Bayerische StaatsBibliothek
Münchener DigitalisierungsZentrum Digitale Bibliothek

Lauterbach, Wolfgang Adam,

Compendium iuris

Tubingae ; Francofurti ; Lipsiae [ca. 1720]

J.rom.c. 202
urn:nbn:de:bvb:12-bsb10565662-0
VD18 10035125-003

60
J. Rom. C. 202.

<36603948050013

<36603948050013

Bayer. Staatsbibliothek



Ioseph à Montalegre fe: Norimbergæ

COMPENDIUM JURIS

BREVISSIMIS VERBIS,

Sed amplissimô sensu & allegationibus, universam ferè materiam Juris exhibens:

E Lectionibus Excellentissimi Dn.

W. A. LAUTERBACHII, U. J. D.

quondam Prof. Primar. Tubing. tandem Directoris Consist. Eccl. Ducatus Würtemb. &c.

Primùm usui privato collectum, posteà verò multorum rogationibus publico datum

à

B. DN. JOH. JACOBO SCHÜTZIO.

Editio Nova prioribus correctior.

Cum Speciali Privilegio CÆSAREO, POLONICO, BORUSSICO, nec non SAXONICO atque BRANDENBURGICO.

Patientia et Spe

TUBINGÆ, FRANCOFURTI & LIPSIÆ,

Sumptibus JOH. GEORGII COTTÆ, Bibliop.

Typis E. & J. R. THURNISIORUM, Fratrum.

Bayerische
Staatsbibliothek
München

BENEVOLE LECTOR.

INscriptio hujus libelli COMPENDIUM *promittit* PRÆLECTIONUM AD DIGESTA B. WOLFGANGI ADAMI LAUTERBACHII, *quondam Professoris Tubingensis Primarii, tandem Directoris Consist. Eccl. Ducatus Würtembergici: Cujus virtutes majores sunt, quam ut paucis possint exponi: Quippe nominandus tantùm est, ne quid laudibus ejus detraham impar præco.*

Integram epistolam, quâ lectiones suas in Compendium redactas publicaturo mihi consensit, sub finem præfatiunculæ subjiciendam duxi, ne, post fata Viri Magnifici, fortè videar mihi quidquam arrogasse alienum à mente ejus, quem submissâ veneratione semper colui, cujusque memoria, quamdiu ero, erit in benedictione: Æternum gaudeat anima Viri verè pii & Jurium scientissimi.

Opusculum hoc jam ante XV. annos Tubingæ absolveram, prius quàm Scholis valedixissem, partim ex prolixo verborum sententiarumque ornatu, qui ex ore Viri disertissimi per sexennium, quô eôdem Præceptore gavisus sum, promanaverat, partim etiam aliorum fidem secutus, in his quæ tempora mea præcesserant; ità tamen in colligendo versatus, ut vix quidquam prætermiserim, cujus non sit per indicem quasi facta mentio: habui enim lucubrationes Lauterbachianas quôvis are cariores.

Tu verò, mi lector, *ne tractes obiter pagellas hasce: penitiùs enim pensitanti exhaustam ferè Bibliothecam offerent, varietate rerum sic instructam, ut, sive in Schola verseris, sive in foro, brevi compendiô teneas potiora, quæ in causarum monumentis pondus habere videntur.*

Utilitas rei per innumeros ferè, eosque gravissimos quandoque, causarum anfractus exantlatos hactenus ipsissimo usu sese mihi commendavit; nam, præter solidam juris theoriam, palmariis cujusque argumenti legibus fundatam

tam, ad Practicorum coronam amplissimam manu ducit sequentem: quotum quisque suæ sententiæ assertores alios plures recenset. Juris Würrembergici placita, quæ Vir amplissimus suis lectionibus subinde miscuerat, maximam partem omisi, qui summam brevitatis habui rationem; Invenies tamen, amice Lector, *magno fœnore, non tantùm ejus Ducatus; sed & omnium ferè totius Germaniæ provinciarum exterorumque populorum patrias Leges in Scriptis Harmonicis D. Henrici Giseberti, Viri non eruditi minus, quàm pii: ita, ut Würtembergici juris allegationibus impræsentiarum carere grave futurum non sit.*

Hoc uno Te potissimùm velim: si quid expectatione dignum offerunt præsentes paginæ, illud acceptum feras Lauterbachio; si quid infirmum vel erratum, mihi ignosce, cui per alienas occupationes jam non licuit altius repetere, quæ quondam mihi soli conscripseram: malui enim plurimorum petitionibus publicare hanc meam opellam minus exasciatam, quam inde speratô commodô quenquam privare, qui non gloriolam aucupor, sed omnibus prodesse in votis habeo.

Age, gloriam omnem restituamus bonorum omnium Largitori unico, Patri Luminum, cui omnis debetur in cœlis & in terra: Ille quondam rationem exiget operum nostrorum & verborum nostrorum, cuique retributurus, quæ perpetravimus in diebus peregrinationis nostræ, sive bonum, sive malum.

Utinam daretur reverti ad unam Sanctiss. Salvatoris & Domini nostri JESU Legem, omnium dulcissimam, scil. ad amorem purum ex corde puro: *neque profanaretur ulterius sanctum Justitiæ nomen, imperitiâ, negligentiâ, malitiâ judicum, advocatorum, litigantium, quorum impiis conatibus tantùm non omnia promiscuè turbari, luctuosa docet experientia: Attamen sic ferunt Sancta Sanctissimi judicia, ut exitiosis concupiscentiarum calamitatibus abripiantur, quibus, relictâ veritate, fabulis implicari, res levis videtur.*

Ad Te, Sanctissime DEUS, *supplices provolvimur: Serva nos in viis tuis, quibus notum fecisti, quam triste sit lucrum, totius mundi usurâ perdere animam!*

Tu verò, Lector amice, *fruere hôc labore nostro, & cura, ut æternùm gaudeas.*

FERDI-

FERDINANDUS CHRISTOPHORUS HARPPRECHT, JCTUS.
&
Antecessor in Alma Tubinga,
Officiosiss. Lecturo Sal.

JAm quartum ex eo illucet Lustrum, ex quo B. *Dominus Schützius, Sobrinus noster, & Amicus, quoad viveret, honoratissimus*, tùm in LLum studiosæ atque cupidæ Juventutis, non promiscuè sanè omnis; sed provectioris atque consummatioris in hoc studio ætatis, tùm & omnium in Scholis ac Foro versantium haud exiguum commodum, *incomparabilis*, *quoad vixit*, *& posteà, Jureconsulti, non magis nostri, æternum venerandi, quàm totius literatæ Germaniæ Præceptoris*, *Domini LAUTERBACHII*, *Lectionum ad Pandectas* nervosum *Compendium* luci publicæ exposuit. Opus ipsum, quod anteà in majore, quod vulgò appellabant, Collegio, consummatissimus JCtus, in quô & Papiniani acumen, & Pauli pondus, & Caji perspicuitas, & cætera omnia edecumatæ eruditionis decora confluxerant, prolixiùs tractaverat, sub pollice ipsius meritissimi Viri, *à libro primô ferè usque ad vicesimum*, sub nomine primùm, quô circumferebatur, minoris Collegii, tùm synopticæ præcipuè Tractationis, eousque profecerat perfectionis, ut nihil in illo vel ipsa invidia, vel proterva Thersitis maledicentia prensare potuisset, in quô quippe ubique Jus cum Ratione, Rationem cum Veritate, Veritatem cum Ordine, Ordinem cum Brevitate, & quod equidem difficillimum, ac proindè rarissimum, Brevitatem cum aureâ Perspicuitate ita junxit Divini Viri indefessa industria, ut profectò, si DEO hanc nobis gratiam indulgere placuisset, ut hoc totum Systema,

eâdem ejusdem Autoris ſtructurâ, ad umbilicum perductum fuiſſet, illud omnes, ut Tullii (1. *de Orat.*) verba noſtra faciamus, Prudentum operas, & auctoritatis pondere, & utilitatis ubertate ſuperâſſet, ſic, ut illud Horatii: (*lib.* 2. *epiſt.* 1.) Venimus ad ſummum, lætabundis inclamare nobis integrum fuiſſet. Sed, ut DEUS hanc nobis felicitatem haud indulſerit; tamen gratâ tùm iſtum, quoad uſque perductus, auro contra nobis charum *ipſius Autoris*, tùm & illum, quem porrò, in hujus Compendii adornatione, *Domino Schützio* debemus, egregium laborem mente deprædicare debemus meritò. Cæterùm, ut illud in honorem beatiſſimi noſtri Domini Præceptoris haud prætereamus, ipſa pietas jubet, ipſe ſanè non ſemel in privatis diſcurſibus, quos quotidianos nobis conceſſit, ſollicitè monuit, ſe non omnia in illo *majore Collegio*, poſt *librum Pandect. viceſimum* obvia; pro ſuis agnoſcere; quippe quos ut ſub æquè exactam trutinam cum prioribus revocaret, immenſa laborum moles ſibi nunquàm permiſerit. Sed & illud nobiſcum, quo plures illud *utrumque Collegium* deſcriptores nactum fuit, & quo pluries *hoc Compendium* typis publicis vulgatum, tanto etiam plura atque frequentiora, ſcriptoria non minùs, quàm typothetica irrepſiſſe errata, quisque hanc ſibi operam, tùm ab ipſô adhuc *B. Lauterbachio* typis tradita ſcripta cum illo majore Collegio conferendi; tùm & textus & autores, in hoc ipſo Compendio magno numero laudatos, paulo limatiore oculo inſpiciendi, haud gravabitur ſumere, profitebitur ingenuè. Igitur, cùm & non ſemel noſtri etiam Auditores hæc deſideraverint, non debuimus non tandem tùm ipſorum, tùm publico bono inſerviendi cupidiſſimi hîc loci Bibliopolæ, *Domini Johannis Georgii Cottæ*, precibus adſurgere; & tùm ea, quæ *ex ipſis B. Domini Lauterbachii ſcriptis* emendanda occurrebant, ad juſtam cum illis conſonantiam redigere, tùm, & quidem præcipuè, Scriptorum partim, partim Typothetarum, quos ultra Nongentos ſexaginta numeravimus, Errores hinc ſedulò eliminare, pulcherrimâ ſpe freti, ab omnibus bonis hanc quoque opellam propenſis animis acceptum iri. Illud verò ſeriò, B. L. te ſubmonitum velimus, complures adhuc in iſto Compendio textus obvios tibi fore, qui parùm, vel nihil ad rem facere videntur; ſed videntur tantùm; revera tamen à B. Autore, in majore Collegio convenientiſſimè fuere adducti; quos dùm ita Compilator (quod eidem haud inſolens) ſub nimis concisâ brevitate retinuit, illud non minùs verum, quàm πολυθρύλλητον: Obſcurus fio dùm brevis eſſe volo, ſubterfugere haud potuit. De cætero quammaxime illud dolemus, quòd iſtum Libellum, non dicemus dupondii, ſed planè tyrones, ſibi hactenus promiſcuè, ſub

primô

primô confeſtim in ſtadio ſtudii juridici introitu, poſthabitô magis facili, in feliciter ſolidandis hujus ardui ſtudii fundamentis & principiis, aliô manuductore, deligere audeant. His profectò hoc *Compendium*, & juridicum quaſi σκέλετον, (Niſi vel ſingularis ingenii præſtantia, vel improbus labor meliora conciliet) non poteſt non certo *diſpendio* eſſe. Atque utinam aliquis, meris & ſolidiſſimis *Lauterbachii* principiis penitiſſimè innutritus, haud paucis in locis, majore id perſpicuitate donaret, &, quod paſſim neceſſarium, nonnihil dilataret, additâ nempe ubivis & cum illis cohærente, nimis breviter dictorum adæquatâ Ratione! Ità namque huic ipſi, ſi molis in eo quantitatem reſpicias, exiguo Libello veriſſimè conveniet illud optimi noſtri Principis: Quòd & initium cupidæ Legum Juventuti, & Finis Legum eruditionis ab hoc Lauterbachiano libello procedat, in §. 3. *procem. Inſt.* Imò utinam eâ omnes, à Sancto Spiritu, felicitate donaremur, ut iſtud *univerſæ*, quod JESUS CHRISTUS, Salvator noſter optimus, ipſa Patris Sapientia, è cœlo nobis attulit, *Chriſtianæ Jurisprudentiæ omnibus numeris ac punctis abſolutum Compendium*: Omnia ergò, quæcunque vultis, ut faciant vobis homines, ita & vos facite illis, (*Matth.* 7. 12.) & Initium, & Finis omnium noſtrarum actionum ſit & maneat! Ita vale, & fove, B. L. qui ſtudioſiſſimum, noſtriſque ſtudiis humaniſſimè fove. Dabam è Muſæo, pridiè Calend. Novembr. Anno τȣ̃ Θεανθρώπȣ

M. DC. XCVII.



 Sequi-

Sequitur Epistola Lauterbachiana suprà memorata:

Dem

Wohl-Edlen/ Gestrengen/ und Hochgelehrten

Herrn Johann Jacob Schützen/ U. J. L. und in der Löbl. Freyen Reichs-Stadt Franckfurt am Mayn Advocato Ordinario, &c.

Meinem sonders Großg. Hochgeehrten Herrn.

Wohl-Edler/ Gestrenger/ sonders Groß-günstig-Hochgeehrter Herr.

Desselben höchst-werthes an mich abgelassenes Briefflein bezeuget genugsam und klärlich die gegen mir annoch continuirende gute Inclination und Affection; darfür ich mich gantz dienstlich und fleißig bedancke/ auch Gelegenheit und Vermögen wünsche/ selbe mit würcklicher Gegen-Bezeugung zu erwiedern: mit dienstlicher Bitte/ so sich einige Gelegenheit darzu ereignen solte/ mir solche an die Hand zu geben/ und zu glauben/ daß es mich ja hertzlich erfreuen würde/ wenn ich nur ichtwas Liebes und Angenehmes erweisen könnte. Sonsten meines Groß-günstig-Hochgeehrten Hrn. Lob-würdiges/ zu des Nächsten Nutzen zielendes Fürhaben betreffend/ ist dasselbe billich von jedermann zu befördern. Solte auch in meinen hiebevor gehaltenen Lectionibus etwas enthalten seyn/ so darzu dienen/ und dem Nächsten nutzen könnte/ hätte ich billich GOTT darfür hertzlich zu dan-

dancken : denn ja alles Gute allein von seiner Güte kommet / und derentwegen Jhme allein die Ehre gebühret / dessen Communication auch / ohne des schändlichen Lasters der Mißgunst / nicht kan gehindert werden. Der liebe GOTT gebe seinen milden Seegen und vätterlich Gedeyen / daß all unsere Gedancken / Worte und Wercke / Thun und Lassen / gereichen zu seines allerheiligsten Nahmens Ehr / und so dann auch zu unsers Nächsten Nutzen und Erbauung / damit sie auch uns nicht nur in Zeit; sondern auch in der Ewigkeit erfreuen mögen. Der Modus und die Weise / wie solch löblich Fürhaben einzurichten / wird billich meines Großgünstig-Hochgeehrten Hrn. Gutbefinden gäntzlich überlassen und anheim gestellet. Nebst dienst-freundlicher Begrüssung verbleibe ich jederzeit

Meines Großgünstig-Hochgeehrtesten Hrn. und werthesten Freundes

Tübingen / den 31. Maii, Anno 1677.

Dienst-schuldigster und geflissener

Wolff Adam Lauterbach / D.

Signo-

Signorum & Notarum libelli minùs consuetarum explicatio hæc est:

Literæ *marginales internæ* docent connexionis rationes, divisionis membra, &c. ita, ut majuscula quævis litera sui similem minorem cum puncto post se requirat: quod si minor non punctata, sed binis virgulis notata majorem sequatur, descendendum est ultra, donec eandem literam minorem invenias cum puncto. Sic e. g. pag. 1. habet A *Jus civile:* pag. 3. a. *Jus Canonicum.* It. pag. 1. B. *libri Juris elementarii:* b,, *Systematici.* pag. 2. b. *Suppletorii sive Correctorii.* &c. quod, ut facilius pateat, asteriscus textui insertus est, cui è regione posita litera marginalis interna respondet: Adhuc major erit cohærentium evidentia, si cui libuerit, utrumque vel plures simili literâ notatos asteriscos, connexionis indices, rubrâ vel viridi linea connectere; quem in finem adhibita est diligentia, ut se invicem respicientes asterisci, vel asteriscis notandæ voces, pari linearum progressu, æquis intervallis sibi substituerentur.

In margine exteriori literarum significatio hæc est:

A. Accidens, adjunctum.	F. Finis.	pr. Probatio.
C. Causa efficiens.	fr. Forma.	Q. Quomodo.
Ci. Causa impulsiva.	H. Homonymia.	R. Requisita.
Ɔ. Contraria.	In. Jus novum.	S. Subjectum.
D. Definitio.	N. Natura.	ſ. Synonymia.
† Divisio.	O. Objectum.	SS. Similia vel concurrentia.
d. Duratio.	o. Officium.	V. Ubi.
E. Effectus.	P. Subject. passiv.	X. Exempla.

In *ipso contextu* numeri citra ulteriorem explicationem positi significant numerum Legis pandectarum ejusdem tituli: Sic, ubi solet alioquin scribi, L. 3. hoc tit. Ego spatii lucrandi gratiâ tantùm posui 3. sed ubi vides 3. C. intelligitur L. 3. Cod. hoc tit.

Cz.	significat Carpzovium.
Fr.	Franzkium.
W.	Wesenbecium.
C. I. A.	Collegium Juridicum Argentoratense.
¶.	usum fori, seu præjudicium in praxi.
¶¶.	communem DD. opinionem.
¶¶¶.	communem DD. opinionem usu receptam.

Gloria DOMINO,

Cujus Virtute Reges imperant, qui ſcrutabitur opera noſtra & cogitationes noſtras.

PRÆFATIO.

A* JUs Civile eſt magnæ autoritatis: *vide Duaren. in præfat. ad π. Artur. Duck. tr. de uſu & auctoritat. Jur. Civ. l.* 1. *c.* 2. Per totam ferè Europam obſervatur. *Molin. ad conſuet. Pariſ. tit. des fiefs, n.* 110. *Marqu. Freher. in præf. de jure Græc. Rom. Duck. d. l.* In Germania primùm ſenſim receptum, deinde Conſtitutione Maxim. I. an. 1495. confirmatum, *Lehmann. l.* 4. *Chron. Spirenſ. c.* 21. *p.* 337. *in fin.* Obſervatur in Camera, *Ord. Cam. p.* 1. *tit.* 13. *&* 57. *& p.* 2. *tit.* 31. *in fin. & p.* 3. *t.* 54. §. Wir ſetzen. Et in aliis provinciis. Ex hoc jure declarantur, reſtringuntur, ſupplentur Jura ſtatutaria. *Gail.* 1. *O.* 50. *n.* 8. *Carpz.* 3. *c.* 20. *d.* 10. *n.* 5. *&* 6. *& l.* 6. *Rx.* 49. *n.* 19. *Berl. p.* 3. *concl.* 24. *n.* 9. *vſ.* 4. Exempl. *vid. ap. Zaſ. in L. properand. verſ. ſive autem alterutra. C. de jud. n.* 20. *Carpz. p.* 1. *deciſ.* 63. *n.* 16. *Schurpf. cent.* 1. *conſ.* 55.

B Libri juris ſunt *ELEMENTARII, ſc. Inſtitutiones, quæ ſunt prima LL. cunabula, §. 3. 4. *procem.* 1. §. 11. *conſt. tanta. de confirm. π.* imperatoria auctoritate confirmata. §. 6. *procem. Inſt. d.* §. 11. *d. conſt. tanta.*

Dividuntur in IV. Lib. & 99. tit. quorum ſinguli ſuos continent §§. Compoſitæ poſt π. libros, §. 2. 3. 4. *Procem. Inſt.* §. 11. *I. de nupt.* promulgatæ verò ante illorum publicationem, np. XI. Kal. Decembr. ſive 21. Novembr. anno Chriſti 533. Juſtiniano III. Conſ. ita tamen, ut cum π. eodem die vim juris acceperint. §. 23. *Conſt. tanta. de Conf. Digeſt.*

b,, *SYSTEMATICI, qui veterum JCtorum reſponſa & Imperatorum conſtitutiones certô ordine diſpoſitas

C continent, ut ſunt **DIGESTA* ſive *PANDECTÆ*, quæ à Juſtiniano Imperatore operâ Triboniani & ſociorum, ex veterum JCtor. libris, ad ordinem perpetui Edicti, intra trien-

 nium

nium ſunt compoſitæ, & XVII. Kal. Jan. anno 533. promulgatæ. Juris verò auctoritatem acceperunt ex III. Kal. Jan. ejuſdem anni. *Conſt. tanta.* §. 23. Omnia, quæ ibi habentur, Imperator ſua fecit. §. 10. *&* 19. *d. Conſtit. tanta. de conf.* π. §. 10. *conſt. Dedit nobis Deus.* Dividuntur à Juſtiniano in VII. part. §. 1. *in fin. d. conſt.* à veteribus Gloſſatoribus in 3. ſc. Digeſtum Vetus, Infortiatum & Novum. Continent 50. libros, titulos in quibusdam exempl. 433. leges v. 9123. Hodiè tres habemus editiones, Vulgarem, Haloandri, & Florentinam, quæ olim Piſana dicebatur, & eſt puriſſima.

*CODEX Juſtinian. repetitæ prælect. prodiit 16. Kal. Decemb. ſ. 16. Nov. anno 534. Juris auctoritatem accepit ex die 4. Kal. Jan. 29. Decemb. ejusdem anni. *Conſt. cordi nobis. de emend. Cod.* §. 4. Continet multas veterum Imperatorum conſtitutiones, 50. novas deciſiones, & alias conſtitutiones Juſtiniani poſt priorem Codicem editas. *d. conſt.* §. 1. Dividitur in XII. lib. Tituli ejusd. ferè ordinis ſunt, ac in π. LL. ſecundum ſeriem annorum poſitæ. Eadem tamen omnium eſt auctoritas, ut & Friderici conſtitutionum. Authenticæ verò non valent, ns. qt. cum Novellis conveniunt. *Hillig. in Donell. enucl.* 1. *c.* 11. *lit. e. Bicc. in proœm. rer. quotid.* §. 15. *lit. g. Alber. Gentil. de libr. jur. Civ. cap.* 6. ¶¶¶ *Sixtin. de regal. lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 33. [*Diſſ. Beſold. diſſert. de lib. jur. cap.* 5. *verſ. d ſunt. Berl. p.* 2. *deciſ.* 257. *num.* 44.] *vid. aut. bona damnatorum. C. de bon. proſcript. aut quas actiones. C. de SS. Eccleſ. aut excipitur. C. de bon. quæ lib. aut. quod ſine. C. de teſtament. aut. hodie. C. de judic. vid. Wiſſenb. in ſyllog. error. Irnerian. poſt tr. de mutuo. Georg. Rittershuſ. in diſſert. de error. Irner.* c.

*SUPPLETORII ſive correctorii, ut ſunt IX. Novellarum, ſive authent. collationes, quæ continent varias Juſtiniani conſtitutiones, poſt Codicem repetitæ prælectionis diverſo tempore editas, & poſtea à privato quodam, ſine ordinis ratione, collectas. Verſio latina hodie eſt authentica. *Alber. Gentil. de l. jur. civ. cap.* 7. *Beſold. de lib. jur. civ. cap.* 5. *Arthur. Duck. de aut. jur. civ. lib.* 1. *cap.* 4. *n.* 16. *Ricc. de lib. Jur.* §. 62. *p.* 136. Accurſius & DD. gloſſis & commentariis illuſtrant tantum XCVIII. Julianus in ſua Epitome ſtatim poſt Juſtinianum edidit CXXV. Haloander CLXV. quibus tres addidit Cujacius. Gloſſatæ uſu ſunt receptæ, cum reliquarum auctoritatem DD. non agnoſcant. *A. Duck. d. tr. c.* 4. *n.* 15. *vid. Gentil. d. tr. c.* 6. *Ricc. d. tr.* §. 64. Capitum inſcriptiones non ſunt authenticæ. b.

Klein-

Kleinschmid. de princip. jur. tr. 4. *sect.* 11. *num.* 69. quæ Novellis ulterius subjiciuntur, non habent vim LL. *Ricc. d. tr.* §. 67. & 92. *pag.* 318. *Rittershus. ad. Nev. proœm. c.* 2. *n.* 26.

Posteriora derogant prioribus. *Gentil. tr. de lib. jur. civ. c.* 1. *p.* 10. *Ludvv. in comm. Inst. ad proœm. n.* 2. *arg. L. f. de Const. Princ. junct.* §. 4. *const. de emendat. Codic.* e. g. Codex Digestis. &c. *vid. Gentil. d. l. pag.* 13. *Carpz. p.* 1. *q.* 2. *num.* 14.

a. * JUS CANONICUM, qt. æquitati ac juri divino non contrariatur, receptum est. *Carpz. J. C. lib.* 2. *def.* 152. *Reink. lib.* 2. *cl.* 2. *cap.* 7. *num.* 5. *Limnæus, de jur. publ. lib.* 8. *c.* 8. *n.* 57. Atque inter hoc & jus civile in dubio non est statuenda differentia. *arg. cap.* 1. *X. de novi oper. nunc.* & *Nov.* 83. *cap.* 1. In causis Ecclesiasticis & conscientiarum atque processus præfertur juri civili. *Rittershus. in proœm. tract. de differ. Jur. civ.* & *Can. Reink. d. cap.* 7. *n.* 11. in reliquis causis attenditur, si jus civile de aliquo casu aut nihil, aut obscurè disposuit. *arg. c.* 1. *X. de nov. oper. nunc. Carpz. lib.* 3 *Resp.* 106. *n.* 2. *Rittershus. d. l. Reink. d. l. n.* 16.

Hujus Juris duo sunt volumina: quorum primum dici-
D tur **DECRETUM*, quod privato studio compilavit Gratianus, Monachus Bononiensis, ordinis S. Benedict. ætate Eugenii III. Pontif. ex S. Scripturæ dictis, conciliorum decretis, pontificum constitutionibus, sententiis Patrum, & LL. Roman. Et hæc in decreto non habent majorem auctoritatem, quam authores, unde compilatum est: *Martin. Delrio, lib.* 5. *disq. magic. sect.* 16. *p.* 790. *Canisius, in summa jur. Canon. lib.* 1. *tit.* 1. *in not. lit. a. Besold. dissert. de lib. Jur. cap.* 8. *Alberic. Gent. disput. de lib. jur. can. cap.* 2. *Covarruv.* 4. *var. resol. c.* 11. [*Diss. Hunn. de aut. Jur. lib.* 2. *cap.* 9. *Axel. in compend. jur. Can. proœm.*]

Paleæ & Gratiani dicta & Canonum inscriptiones omni auctoritate carent. *Besold. d. l. Alberic. Gentil. d. l. Artur. Duck. d. lib.* 1. *c.* 7. *num.* 3. 4. [*Diss. Hunn. Encyclop. jur. part.* 1. *t.* 1. *cap.* 3. *num.* 7. 8. 12.] Dividitur Decretum in 3. part. prima absolvitur 101. distinctionibus, sub quarum singulis certi ponuntur canones. Secunda continet 36. causas, quarum quælibet certas sub se comprehendit quæstiones, quæ iterum suos habent Canones. Quæst. 3. causa 33. agit de pœnitentia & in 7. dividitur distinctiones. Tertia constat 5. distinctionibus de consecratione: In fine adjiciuntur pœnitentiales, & vetustissimi Canones, qui Apostolici dicuntur, ac in cor-

pore Jur. Civ. etiam apparent; de quorum origine, auctoritate, tempore & numero nihil certi habemus. Illos ſpurios eſſe latè docetMeiſner. *in tr. d.LL. lib.* 4. *ſect.* 2. *quaſt.* 5. *num.* 1. *vid. etiam can.* 1. *& ſeq. diſtinct.* 16.

* *DECRETALIUM* volumen continet Pontificum Conſtitutiones, quæ iterum in 4. partes dividuntur: quarum prima habet 5. libros, variis capit. & titt. diſtincta, compoſita à Gregorio IX. Pontif. per Raymundum pœnitentiarium ſuum, anno 1230. & communiter vocatur Extra, eo quod ſit extra corpus Gratiani Decreti, *Caniſ. in ſum. jur. Can. lib.* 1. *tit.* 1. *in not. lit. a.* Secunda pars eſt compilata à Bonifacio VIII. & vocatur Sextus liber Decretalium. *Caniſ. d. l.* Tertiam congeſſit Clemens V. Pontif. eôdem mortuo eandem in lucem edidit ejus ſucceſſor Johannes XXII. hinc appellantur Clementinæ. Quarta pars continet Johannis XXII. Conſtitutiones 20. quibus poſt ejus mortem aliæ adjectæ ſunt Pontificum conſtitutiones, quarum priores nempe Johannis XXII. dicuntur Extravagantes, poſteriores verò dicuntur Extravagantes comunes, & dividuntur in 5. libros, quorum quartus non extat. Quæ in quatuor hiſce partibus continentur, habent vim Canonum. *Caniſ. d. tit.* 1. *Rittershuſ. in proœm. tr. de differ. jur. civ. & can.* Septimus verò decretalium liber, qui opera Petri Matthæi, JCti Lugdunenſis, eſt collectus, & Inſtitutiones juris Can. operâ Lancelloti compoſitæ, authoritate carent. *Beſold. diſſertat. de lib. jur. c.* 8. *in fin. Alberic. Gentil. de lib. jur. Can. c.* 8. *p.* 52. d.

DE JUSTITIA ET JURE. I. 1.

LEges nihil ſunt absque Jurisprudentia. 2. §. 5. 13. *de O. I.*
D. 1. §. 11. *de ventr. inſpic.* * JURISPRUDENTIA eſt civilis prudentia, Jus ad actiones in civili ſocietate obvenientes juſta interpretatione applicandi. Sive divinarum atque humanarum rerum notitia, juſti atque injuſti ſcientia. §. 1. *I. h.* 10. §. 2. *h.* A

F. Finis Jurisprud. * proximus eſt interpretativa juris ad caſus emergentes applicatio. 2. §. 5. 6. 13. *de O. I.* 10. *& ſeqq. de LL.* (authentica & uſualis, *de qua in L.* 9. *ſ.* §. 1. *C. de LL.* 32. 37. *ff. eod. Fr. ad tit. de LL. num.* 8. *& ſeqq.* huc non pertinet.) * Remotus eſt vel Ultimus, ſcilicet ſalus Reipubl. vel. Intermedius, ſcilicet juſtitiæ adminiſtratio. 1. §. 1. *h.* JU- B b.
D. STITIA in genere eſt habitus, ex quo homines ad res juſtas

ſtas agendas idonei efficiuntur, ex quo etiam juſtè agunt, voluntque juſta. *Ariſtot. lib. 5. Eth. cap. 5.*

C *JUSTITIA* * *UNIVERSALIS* eſt virtus perfecta & præ- D.
ſtantiſſima, qua hominum actiones ſecundum omnia LL. præſcripta diriguntur ad publ. civitatis utilitatem, ita, ut virtutes omnes ſub ſe comprehendat. Leges enim juſta omnia, quæ à civibus proficiſci poſſunt, præcipiunt: *Ariſt. d. l. 5. c. 2. 3.* Atque hæc NB. Univerſalis, & non tantum particularis, juſtitia eſt finis Juriſpr. quæ definitur in *pr. I. h.*

c. * *PARTICULARIS* eſt virtus, quæ de bonis externis D.
D ſuum cuique tribuit. Hujus duæ ſunt ſpecies: * *DISTRI-* D.
BUTIVA eſt virtus, quæ de rebus communibus ipſius Civitatis membris, qua talibus, ſuum cuique tribuit ſecundùm propor-
d. tionem geometricam. *Ariſt. 5. Eth. 7.* * *COMMUTATIVA* D
eſt, quæ de rebus ſingulorum ſuum cuique tribuit ſecundùm proportionem arithmeticam: Huc pertinent omnes commutationes, &c. unô verbo: συναλλάγματα ſpontanea & invita, ſive delicta; nam in horum & pœnarum quantitate inveſtiganda reſpiciuntur perſonæ; *Ariſt. 5. Eth. 5. L. 14. 16. §. 1. & 3. de pœn. L. 2. C. ut intr. cert. temp. crim. quæſt. term.* at ubi conſtat de delicti & pœnæ magnitudine, judex ſecundum hanc proportionem pœnam imponit. *Ariſt. 5. Eth. 7. verſ. Jus v. vid. 31. ad L. Corn. de fals. 41. de pœn. & c. 5. de pœn. in 6. Fr. h.*

Fluit JURISPRUDENTIA ex accurata juris cognitione C
& practica ejuſdem exercitatione. Subjectum, cui inhæret, S
eſt homo, & quidem ſecundùm intellectum. Verſatur circa O
a. jus qt. interpretando applicandum. *Eſt autem JUS *(vid.* D
L. 1. L. p. h.) regula actionum moralium, obligans ad id, quod rectum eſt; *Grot. de Jur. B. P. lib. 1. cap. 1. num. 9.* hujus generaliſſima præcepta ſunt honeſtè vivere, alterum non lædere,
E ſuum cuique tribuere. *§. 3. I. h.* Eſtque vel *DIVINUM, quod D
eſſe ſuum habet à divina majeſtate. *can. 1. diſt. 1. Ameſ. de conſci-*
F *ent. lib. 5. cap. 1. num. 2. Molin. h. tom. 1. tr. 1. q. 3.* Eſt eſt * *CON-*
NATUM ſeu *NATURALE*, quod eſt jus divinum, quoad D
proximam potentiam homini connatum, præcipiens ea, quæ natura ſunt honeſta, & prohibens contraria. Ejus præcepta ſunt vel principia, quorum veritas ſtatim patet: vel principiata, quæ per neceſſariam conſequentiam inde deducuntur: Hæc iterum propinqua, vel remota.

E * *REVELATUM*, quod DEUS per ſpecialem revelatio- D

 nem

nem in verbo suo publicavit, estque vel * *MORALE, vid.* G
Deut. 6. vers. 5. Reink. lib. 2. cl. 2. c. 2. num. 1. Zepper. tr. de LL.
D *Mos. lib. 1. cap. 1.* quod est jus divinum scriptum præcipiens sua naturâ honesta, & prohibens suâ naturâ turpia; obligans omnes homines ad integram obedientiam; *Zepper. d. l.* atque inter hoc & jus naturale non est essentialis differentia. *Reink. d. l.*
D *n. 2. Zepper. d. c. 1. Meisn. tr. de LL. l. 3. q. 5.* * *CEREMONIA-* g.
LE est jus divinum scriptum de Ceremoniis circa cultum divinum, l. propter typicam significationem, l. ordinem Ecclesiasticum, à populo Judaico observandis. *Zepper. de LL. Mosaic. l. 1. c. 1. Reink. d. c. 2. num. 10.* Hæ post Christum sunt mortuæ, *Zepp. d. cap. 1. p. 23. & c. 7. Reink. d. cap. 2. n. 11.* * *JUS FOREN-* g.
D *SE* sive judiciale est, quod de rebus politicis latum. Estque
D hoc vel * Universale, quod omni generi humano latum est, H
Grot. de Jur. B. & P. L. 1. c. 1. n. 15. e. g. Lev. 18.
D *Particulare, quod tantùm populo Judaico datum, & h.
Christianos non obligat. *Reink. d. cl. 2. c. 3. num. 1. 2. Luth. tom. 1. Witteb. lat. Vol. 7. pag. 435. vid. omnino Zepper. d. lib. 1. cap. 8. 9.*
D 10. 11. 12. * Jus HUMANUM est, e.
cujus homo est conditor; *Ames. de consc. lib. 5. cap. 1. §. 2. Hugo de Roy, tr. de eo, quod justum est, lib. 1. tit. 4. in pr.* propter humanam malitiam coërcendam. *vid. can. 1. dist. 4. vid. Nov. Leon. 83. pr. Winckler. de princ. Jur. lib. 4. c. 2. in fin.* Estque vel * *JUS* I
D *GENTIUM,* quod gentes ex communi & generali ratione de illis, quæ arbitraria sunt, sibi propter communem utilitatem constituerunt. *§. 2. I. d. I. N. G. & C.* De divisione in primævum & secundarium *vid. Fr. h. num. 122.*
D * *JUS CIVILE* hic est, quod cujuslibet reipubl. Legislator in proprium reipubl. commodum constituit. *§. 1. I. de I. N. G. C. 9. h.* Hoc colligitur ex præceptis naturalibus & Gentium, *§. f. I. h.* sc. illis aliquid addendo, detrahendo &c. *6. h.* i.
Hujus extranei non habent usum. *9. h. 17. §. 1. de pœn.*

DE ORIGINE JURIS. I. 2.

HUjus tit. sunt tres partes: (1.) de origine & progressu A
Jur civil. qui hic est. Principio omnia arbitrio regis gubernabantur. 2. §. 1. Civitate in XXX. curias distributa, Romulus, ejusque successores, LL. tulerunt suffragio curiarum, quas ab initiò dixerunt curiatas l. regias, posteà jus Papirianum, quia Sextus Papirius in unum librum eas conscripsit. *2. §. 2. h. L. 2. de mort. infer.*

Regi-

Regibus exactis populus incertô jure utebatur, 2. §. 3. donec LL. XII. tab. acceperit. *vid. Zepper. d. LL. Mos. lib.* 1. *c.* 13. *Hugo de Roy, de eo, quod justum est, lib.* 1. *tit.* 8. §. 5. *vid. Liv. lib.* 3. His accesserunt, & usu auctoritatem acceperunt interpretationes prudentum, quæ Jus civile dicebantur; 2. §. 5. 12. *h. pr. I. de acq. per arrog. L.* 2. *de usur. vid. Fr. h. & de inoff. test. n.* 9. eodem ferè tempore cœperunt actionem Formulæ. 2. §. 6.7. Ferebantur LL. à populo, 2. §. 8. *inf. h. junct.* §. 4. *I. de I. N. G. C.* Plebiscita à plebe, 2. §. 8. *h.* §. 4. *I. de I. N. G. C. vid. Fr. h. num.* 25. à senatu SCta. 2. §. 9. *h.* §. 5. *I. de I. N. G. C. vid. Fr. h. num.* 28. Et magistratus sua edicta proposuit, primum annua, posteà verò perpetua. 2. §. 10. *h. vid. Fr. h. num.* 32. *& seqq.*

Lege regia latâ, (*vid. Tac.* 1. *annal. vid.* 2. §. 11. *h.* §. 6. *I. de I. N. G. C.*) Augustus ejusque successores varias constitutiones promulgarunt, 2. §. 11. quas usque ad Hadrianum collegit Gregorius JCtus, *v. tn Struv. Ex.* 1. *th.* 65. usque ad Constantinum M. Hermogenes JCtus, usque ad Theodos. Jun. ipse Imperator Theodosius. Ex his tribus codicibus, additis posteriorum Imperatorum constitutionibus, fecit Justinianus novum Justinianæum Codicem. Reliquerunt Imperatores etiam Senatui simulacrum aliquod pristinæ auctoritatis in LL. ferendis. 9. *de LL.* 32. *princ. de donat. int. vir. & ux. L. p. ad SCt. Tertull.* 1. *de feriis,* 16. *de sponsal. vid. L.* 1. *de reb. eorum, qui sub tut.* 60. *de R. N.* 8. *de transact. junct. L.* 23. §. 2. *de condict. indeb.* 7. *C. de præd. min.* 1. *C. de interdict. matr.* Similiter à Jureconsultorum responsis recedere judex non poterat. §. 8. *I. de I. N. G. C.* Prætorum edicta suam autoritatem retinebant. Hæc jussu Hadriani collegit Salvius Julianus, *const. tanta.* §. 18. *de conf. ff. L. p. C. de condict. indeb.* quod opus perpetuum Edictum dicitur.

2„ De reliquis tituli hujus partibus, magistratuum sc. & pru-
2. dentum successione, *vid. l.* 2. §. 16. *& seqq. h.*

DE LEGIBUS, SENATUS CONS. ET LONGA CONSUETUD. I. 3.

A JUs Rom. rat. Finis, est * vel *PUBLICUM*, quod principaliter ad utilitatem reipubl. spectat, §. *f. I. L.* 1. §. 2. *de I. & I. de quo lib.* 1. 10. 11. 12. *Codic. Aur. Bull. Capit. Imperat. Recess. Imper. &c.* D

* vel *PRIVATUM*, quod princi- D
1. paliter ad privatorum utilitatem spectat. §. *f. I. de I. & I.*

D Ratione cauſ. eff. eſt l. * *SCRIPTUM*, *§. 3. I. de l. N.G. C. L. 6.* B *§. 1. de I. & I.* quod expreſſa Legislatoris voluntate rogatur. *32. §. 1.* Civile, quod ex LL. Sctis, Plebiſcitis, PP. plac. & reſponſ. Prudent. venit. Prætorium, quod Prætores introduxerunt. *§. 3.*
C *& ſeqq. I. de I. N. G. C.* Jus ſcriptum fit voluntate Legislatoris expreſſa. *vid. §. 3. de I. N. G.* obſervantia non requiritur, *arg. 32. h. Carpz. p. 2. deciſ.* 101. nec ratio impulſiva attenditur. 20. 21.
S vid. tamen *32. princ. ad L. Aquil. Fr. h. n. 19. & ſeqq. n. 33.* Subjectum ejus ſunt Legislatoris ſubjecti, quibus illud jus præſcribere voluit; *3. C. h.* 2. non etiam ipſe Legislator, ſc. quoad vim coactivam. *31. h. 26. C. de donat. inter vir. & ux. Novell. 105. c. 2. inf.* vid. tamen *L. 4. C. h. 23. de Legat. 3. §. f. I. quibus mod. teſt. infirm. 3. C. de teſtam. 7. C. qui teſt. facere poſſ. 8. §. 2. de inoff. teſt.* Ob-
O jectum res poſſibiles futuræ, (vid. tamen *7. C. h. c. 1. x. de transact.*) indifferentes, *c. 6. de R. I. in 6. 7. C. h. 29. C. de teſtam. vid. Berl. part. 2. dec. 159. Gail. 2. O. 9. n. f.* ſæpè accidentes. 3. 4. 5. 6. 10.
E *12. h. vid. tamen §. 22. & ſeq. I. de R. D.* Poſt duos menſes à promulgatione obligat ad ſcientiam, *9. C. h. 12. C. de jur. & fact. ign. vid. Nov. 66.* c. 1. ad obedientiam, *2. ff. 3. 9. C.* etiam per indirectum in conſcientia, *Rom. 13. v. 1. 1. Petr. 2. v. 13. Hugo de Roy, tr. de eo, quod juſtum eſt, l. 2. t. 2.* vel ad pœnam, ſi ſit adjecta. *v. L. 36. §. f. C. de donat. 5. C. de LL. 7. §. 16. de Pact. 12. C. de teſtam. Vinn. ſel. quæſt. l. 1. c. 1.*

D Jus Civile, quoad intentionem Legislatoris, eſt perpetuum, *6. pr. C. de ſecundis nupt. aut habita. C. ne fil. pro patr.* nec facilè mutetur, *2. de Conſt. PP. Nov. 28. pr. præf. Forſtner. ad Tac. 3. annal. p. 266. Winckler. tr. de pr. jur. lib. 5. cap. 7.* propter evidentem utilitatem tamen mutatur, *c. non debet. 10. x. de conſang. & affin. §. p. I. de I. N. G. C. 7. de reſt. in integr. N. 3. in pr. præf.* licet clauſula perpetuæ Legis ſit adjecta, *arg. 51. in fin. d. recept. qui arbitr. 13. §. 4. ad. Sct. Trebell. Carpz. de L. Reg. cap. 3. num. 21. ſeqq. arg. 35. 100. 153. de R. I.* Abrogatur Lex Lege contraria, *§. p. I. de I. N. G. C. 28. h. L. f. de Conſt. PP. c. 1. de Conſt. in 6.* vel Tacita legislatoris voluntate, e. g. ſi cauſa finalis adæquata omninò & in totum ceſſet, *6. §. 2. de jur. patronat. L. f. de Sct. Silan. vid. Tiraquell. in tr. ceſſante cauſa.* aut terminus Legis ſit elapſus, *21. de vulg. & pup. ſubſt. 27. §. 1. 52. §. 3. de pact.* aut contrarium diu & frequenter obſervatum, *32. §. 1. inf. h. arg. 3. pr. C. de jur. dom. impetr. 1. §. 2. de migr. Carpz. deciſ. 101. n. 23. (obſt. L. 2. C. quæ ſit long. conſuet.)*

* JUS

b. * JUS NON-SCRIPTUM est tacita Legislatoris voluntate introductum, 32.§.1.*deLL.§.9.I.de I. N.G.C.arg. 6.§.2.l.* 18. *mandat.* ad quam eliciendam requiritur (1) publica actuum frequentia, 1.*C. quæ sit long. consuet. vid. Carpz. p. 2. c. 3. def. 22. num. 7.Gail.* 2. O. 31. *num.* 7. nullô contrariô actu interrupta, *arg.c.f.X. de consuet.f.C.quæ sit longa consuet.Reink.l.2. cl.2.c.9. num.17.Berl.p.1.decis.74.num.6.Laymann.inTheol.moral.lib.1. tr.4.c.24.* (2) diuturnitas temporis, 32.§.1. 35.*h.*1.2. *Cod.quæ sit long.consuet.* De utroque horum cognoscit judex.*arg.*1.§.2.*de Jur. delib.* Ratione subjecti, objecti, effectus, &c. non differt à Jure scripto, 32.§. 1.*h.* §.9.*I.de.I.N.G.C.f. C. quæ sit long. cons.* Legem dubiam interpretatur, 37.*& seq. h.* Contrariam pro parte, vel totam tollit, 32. §.1.*h.c.fin.x.de consuet.*§.11.*I.deI.N. G.C.* modò ab allegante legitimè fuerit probata, *Carpz. p.2. C. 3. def.22.* vel per se sit notoria. *arg. c.3. x. de testib. cog. Gail.* 2. O.31.*n.*15.*vid.Jac.Schultes.lib.2.qu.76.& seqq.* Consuetudo Juri divino contraria dicitur irrationalis, nec est observanda. *C. f. x. de Consuet. C. mala cons. dist.* 8. D C S O E Ↄ

DE CONST. PRINCIPUM. I. 4.

A CONSTITUTIONES sunt Jura ab Imperatore promulgata, 1.*pr.* §. 1. *h.* quod si fiat motu proprio, dicuntur D †
a. EDICTA s. LL. edictales: *d.l.*1.§.1.*h.*§.6.*I.deI.N.G.C.6.C.de sec.*
B *nupt.* Si alieno, dicuntur * *RESCRIPTA*, quæ sunt responsa D
principis ad relationem aliorum emissa, *f.C.de divers.rescript.* & sunt l. Annotationes, l. Epistolæ, l. pragmaticæ Sanctiones, *vid.Fr.h.n.26.* sub- & obreptitiæ nullius sunt momenti. *f.C.de divers. rescript. Trentacinq. lib.* 1. *tit. de rescript. resol.* 5. *vid. Reink.lib.2.cl.2.cap.8.num.1.& seqq. Perez. inC.lib.1.tit.19.&*
b. *seq.* * Et *DECRETA*, quibus princeps inter partes litigantes D
causâ cognitâ pronunciat; §.6.*I. de I.N.G.C.* quæ propter principis auctoritatem jus commune faciunt, *f. C. de LL.* etiam interlocutoria, nisi de alia principis mente constet. 1.§.1.*h.* 3, *C. de LL.*

C A subjecto dividuntur in *GENERALES*, quæ omnes D
c. tenent, & *SPECIALES*, sive *PRIVILEGIA*, quæ sunt D
jus singulare, contra juris generalis tenorem, administrandæ æquitatis causa, alicui concessum. §. 6.*I. de I.N.G.C.L.*1.§.2.*h. Enenckel. de privileg. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 6. Hæc sunt ratione † finis odiosa, l. favorabilia sive beneficia. §. 6. *I. de I. N. G. C.* 1. §. 2. *h. Enenck. d. tr. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 6. Ratione subjecti †

 *PER-

D **PERSONALIA*, quæ perſonis conceſſa, illis immediatè D cohærent, & cum perſona extinguuntur; 68. 196. *de R. I.* 42. *de adm. & peric. tut.* 3. *in fin. de cenſib.* 1. §. 43. *de aqua quotidian.* (commodum tamen hujus privilegii ex ſpeciali juris diſpoſitione etiam ad alios extenditur, 6. *C. de profeſſ. & med.* 2. §. *f. C. de Epiſc. & Cler.* 13. *C. de dignitat.* & ad heredes tranſmittitur. 6. *de reſt. in integr.* 20. *C. ad SCt. Vellej.* 7. §. 10. *ad SCt. Macedon.* 19. *de minor. L. un. C. ſi adverſ. dot. vid.* 35.40.59.63. §.8. *pro ſoc.*) Talia ſunt: Benefic. competentiæ, 12.18. *ſol. matr.* 63. §.1. *pro ſoc.* Dotis, *un. C. de privil. dot.* 12. §. 1. *C. qui pot. in pign. vid. Carpz. part.* 1. *c.* 28. *d.* 98. & *ſeq.* Pupilli, 19. §. 1. *de rebus aut. Jud. poſſ.* 42. *de adm. & peric. tut.* Minorum, reſtitutionis, SCti Vellejani, Nobilium, Doctorum, Studioſorum, &c.

D **REALIA*, quæ rei conceſſa, eidem immediatè cohærent, d. & cum illa ad quosvis poſſeſſores tranſeunt. 68. 196. *de R. I. l.* 1. §. 43. *de aq. quotid. L.* 3. §. 1. *inf. de cenſibus.* qualia ſunt beneficium, quod datur judicatis, *f.* §. *f. C. de uſur. rei judic.* 29. *de re judic.* immunitates prædiis datæ; *d. L.* 3. *L.* 4. *de jure immunit.* in dubio reale cenſetur, ſi cauſa impulſiva eſt res; perſonale verò, ſi eſt perſona; gratuitum perſonale, quodque per modum conventionis acquiritur, reale. 9. *de probat. vid. Gail.* 2. *O.* 2. *n.* 13. *Joh. à Sande, ad L.* 68. *de R. I.* Alias privilegiorum diviſiones habet *Enenck. d. l.* 2. *c.* 1.

C CONCEDUNT privilegia, qui LL. ferre poſſunt, §. 6. *I. de I. N. G. C.* 1. §. 2. *h. Reink. lib.* 2. *cl.* 2. *cap.* 8. *vid. Carpz. de L. Regia, c.* 12. *n.* 8. voluntate expreſsâ, tacitâ, 35. *C. de Epiſc. & Cler.* motu proprio, l. ad preces aliorum, *vid. Enenk. lib.* 1. *cap.* 5.
S ob varias cauſas, *vid. Enenk. lib.* 1. *cap.* 10. *REBUS l. PERSONIS* concedentis juri quodammodo ſubjectis, *Reink. de R. S. & E. lib.* 2. *cl.* 2. *cap.* 8. *n.* 24. *Enenk. lib.* 1. *cap.* 4. *n.* 30. in cauſis ad illorum poteſtatem pertinentibus; *arg.* §. 11. *I. de I. N. G. C.* 7. *C. de natural. lib. Carpz. p.* 4. *conſt.* 9. *d.* 6. 7. *Gail.* 2. *O.* 58. *num.* 1. 2. nec in injuriam alterius. 40. *de admin. & peric. tut.* 2. §. 10. & 16. *ne quid in loc. publ.* 4. *C. de emancip.* Explicantur ratione concedentis latiſſimè, 3. *h.* quoad tertium verò ſtrictiſſimè, 2. §. 10. 16. *ne quid in loc. publ.* 43. *pr. de vulg. & pup. ſubſt. Reink. d. l. n.* 37. *Carpz. p.* 2. *d.* 113. *num.* 13. 14. Privilegiatus contra æque privilegiatum non utitur jure ſuo. *arg.* 8. *de excuſ. tut.* 12. §. 1. *C. qui pot. in pign.* 11. §. 6. *de minor.*

*minor.Carpz.p.*1.*d.*3.*n.*15.*Richter.p.*1.*decis.*100.*n.*19.*vid.Trentac. lib.* 1.*tit. de rescript. resol.* 1.

EXTINGUUNTUR (1.) revocatione concedentis, scil. si ex mera gratia fuerint concessa. *arg.* §.11.*de J.N.G.C.*100. *&* 102. §. 1. *de R.I. Carpz.*1.*decis.*87. *num.*16.*Reink.d.l.n.* 29. *Enenck.l.* 3.*c.* 4. (2.) subjecto eorum sublatô, 68. 196. *de R.I. Enenck. d.l.* 3. *c.* 13. (3.) finitâ personarum qualitate, propter quam sunt indulta, 6.§. 14. *de excus. tut.* 4. §. 1. *de mun. & hon. cap.* 60. *x. de appellat.* 87. §. 1. *de Legat.* 2. vid. tamen *L. f. de Decurion.* 17. *C. de quaestion.L.* 11. *eos, qui C. de excus. mun. Richt. p.* 1. *decis.* 4. *n.* 15. (4.) renunciatione tacitâ & expressâ. *c.*6. *x. de privil. arg. L. p. C. de pact.* 41. *de min. Enenck. lib.* 3. *cap.* 15. (5.) tempore privilegio adjecto. *arg.* 27. §. 1. *de pact.* 20. *de test. milit. Enenck. lib.* 3. *cap.* 18. *num.* 2. *NON ETIAM* morte concedentis; *arg. c. f. x. de precar. cap.* 7. *de offic. & potest. judic. deleg. in* 6. *Enenck. l.* 3. *cap.* 2. *num.* 4. Confirmatio successoris tamen utilis videtur. *Buxtorff. ad A. B. θ.* 37. *lit. D. Surd. consil.* 419. *num.* 16. *vid. Enenck. l.* 3. *c. f.*

HODIE in Imperio *LL. UNIVERSALES* fert Imperator cum consensu Statuum. *Capitulat. Imperat.* §. Wir sollen und wollen auch sonderlich 2. Reichs-Abschid zu Worms *anno* 1495. *in pr. &c. Carpz. de I. Reg. cap.* 3. *sect.* 1. *PROVINCIALES* & particulares singuli Status in suis territoriis, vi superioritatis territorialis, krafft Lands-Fürstlicher/ oder hoher Lands Obrigkeit. Quae licet Juri communi contrariae, & inconsulto Imperatore latae, tamen observantur in causis ex illo loco provenientibus, etiam in Camera; *Ord. Cam.p.*1.*tit.*13.§.1.*tit.*57.*in pr. vid. m. praefat. Ordin.crim.Carol. V.in f. Stam. de servit.pers. l.*3.*c.* 8. *Ziegler.Conclus. pract.* §. Landsassen. *num.* 125. *Knichen. de Jur. territ. cap.* 1. *num.* 1350. *Mev. ad Jus Lub. quaest. praelim.* 1. *num.* 39. *Enenck. de privil. l.* 1. *c.* 4. *num.* 10. *Limn. de J. publ. l.* 4. *cap.* 8. *num.* 253. nec rectè Edictis praetorum comparantur. *vid. Reink.* 1. *cl.*4. *c.*16. *n.* 32. *Hahn. ad Wesenb. de LL.num.*3.*v.non rectè.* *CIVITATES PROVINCIALES* indulgentiâ PP. quibus subsunt, Statuta condunt: Quaedam propter privilegium citra ulteriorem confirmationem, *Mevius, ad I. Lub. quaest. praelim.* 2. *num.* 42. *& seq.* quaedam confirmationem petunt. *Carpz. tit.*2.*art.*2.*num.*199.*& p.*3.*dec.*298.*num.*6.*Wesenb.de LL.& ibi Hahn. num.* 3. *OPIFICUM & MERCATORUM COLLEGIA*

GIA communi juri non contraria ſtatuta de rebus ſu is condere poſſunt. *L. f. de colleg. L. f. C. de jurisdict.* Hodiè à ſuperiore confirmanda. *Carpz. p. 4. c. 6. def. 9. & lib. 1. Reſp. 48. num. 11. Mev. ad J. L. lib. 4. tit. 13. art. 3. num. 37. Richt. lib. 2. deciſ. 50. in fin. ubi latè.*

DE STATU HOMINUM. I. 5.

D STATUS HOMINUM hîc eſt conditio hominum, quæ eos ſocios facit alicujus ſocietatis, & ejus juris: Hinc jus
D perſonarum, quod eſt facultas hominibus ex civili ſuâ conditione in ſocietate competens, quæ vindicatur actionibus præjudicialibus. *§. 13. I. de act.* Statusest I. **LIBERTATIS,* A
† D quæ hominem reddit membrum illius ſocietatis, quam natura inter omnes homines conſtituit, 3. *de I. & I.* illumque juris Gent. facit participem. 4. *h. §. 1. I. de jur. perſon.* Hæc contingit hominibus, I. ex nativitate. *l. 5. §. 2. 3. h. pr. I. de ingen.* I. ex hominis diſpoſitione. *6. h. pr. & t. t. I. de libert. tot. tit. ff. qui ſine manumiſſ. & tit. C. pro quibus cauſ. ſerv. pro præm. libert.* Omnes libertini jure novo ſimiles ſunt ingenuis, ſalvo jure patronatus. *Nov. 78. c. 1. 2.* *EXCLUDUNTUR* ab hac prima ſocietate ſervi. 32. 209. *de R. I. 32. §. 6. de donat. inter vir. & uxor. 2. ad L. Aquil. N. 22. c. 9.* quorum conditio introducta eſt jure Gent. *§. 2. I. de I. N. G. C.* fiunt, *ut in §. 4. I. de Jure perſ.* Poteſtas dominica explicatur *in §. 1. I. de his, qui ſui l. alien. jur. L. 79. d. acq. vel om. hær.* Hodiè ſervitus inter Chriſtianos in deſuetudinem abiit. (niſi in captis infidelibus. *Stamm. 1. tit. 1. c. 4. n. 1.*) *vid. Gudelin. de jure nov. lib. 1. cap. 4. Grœnevv. ad tit. I. de Jur. perſon. Stamm. lib. 1. tit. 1. c. 2.* non tamen, quod pietati repugnet. *1. Cor. VII. 21. Arniſæus, 1. Polit. cap. 4.* Homines proprii revera ſunt liberi, *Gail. de pign. lib. 2. cap. 8.* nec à communione Jur. Civ. excluduntur; *Stamm. 3. c. 17. num. 2.* à ſervis tamen ad hos argumentamur. *Schulz. ſynopſ. Inſt. tit. de Jure perſon. Bonacoſſ. & Huſan. tr. de ſerv. & fam.*

D *I. *CIVITATIS*, *§. f. I. de libert.* 3, quæ facit, ut aliquis reipubl. alicujus civis ſit, & ejus jure utatur. Jura Civitatis Romanæ *vid. ap. Bach. ad W. tit. ad municipal. lit. B. & in comment. ad L. 17. h.* *EXCLUDUNTUR* ab hac communione Peregrini. 10. *§. 6. de in jus voc. 17. de pœn. 1. §. 2. de Legat. 3. L. 1. C. de hered. inſt. L. 21. pr. C. de teſtam. pr. I. de Nupt.* Hæc peregrinitas hodiè vix obſervatur, *Schulz. ad tit. I. de nupt. lit. b. Grœnevv. ad 1. C. de hered. ir-*

instit. ad 21.pr. C. de test. & Aut. Omnes peregrini. C.communia de success.Grot.2.de I.B.P.c.6. nisi quoad bannitos & proscriptos ab Imperat. & Camera, qui pro hostibus Imperii habentur. *Stamm. 1.tit. 3.c.4.n. 5.* In Gallia ratione successionis aliquem habet usum. *vid. Joh. Paquetium, de Jure albinag.*

a. *l. *FAMILIÆ, de quâ in tit. seq. 6.* †

B Præterea homines sunt * *MASCULI*, qui perfectiores *Arist. 1. Polit. 5.* & melioris conditionis, *vid. 2. de R.I.L.f. de tut.L.f. de fid. instr.L.2. de injur. 9.de his,qui not.infam. 30. v. inprimis. C. ad L.Jul. de adult. can. est ordo. can.cùm caput. can. mulier. c. 33. q. 5.* majoris dignitatis. 1. 8. *de senator.* 13. *C. de dignit. vid.Tabor. de jure hominum, 5.p. 1.*

b.,, * *FOEMINÆ*, quæ imbecilliores, 4. *C.de sponsal.L.un.§.15.C.de rei ux.act.* deterioris conditionis, *9. h. vid.2. de R. I.45.pr. de leg. 2.§. 10.I.de adopt.§.3.I. de her. qual. & diff. 20. §.6. qui testam. fac. poss. 6. de popul. act.* interdum ex privilegio melioris conditionis. *3. & aut. seq. C. de custod. reorum. 5. §. 3. ad filias. C. ad L. Jul.Majest.9.pr.de jur. & fact.ignor.* Ubi singulare non est constitutum, par est utriusq; conditio. 4. *C.de lib.præterit. vid.Bruckmann.de differentiis utriusque sexus. Beneckendorff. ad 2.de R.I. Carpz. de jure fœm.*

b. * *HERMAPHRODITUS* sexui prævalenti annumeratur. *10. h. 15. §.1. de testib.6. §.f.de lib. & posthum.Carpz.2.def.16.num.10.Baldus,ad 10.h.vid.Carpz.d.l. Sanchez. de matrimon. lib.7.D. 106. num.2.* Si neuter prævalet, & utroque quis potens est, tum ipse electionem habet. *Sanchez. d. l.n. 6.Caranza,tr. de partu. c.17.num. 68.* Semel tamen electum non mutat. *Sanchez. d. l. Gutierrez.de matrim. c. 117. Zacch. 3. quæst. med. leg. tit. 1. q. ult. n. 1. 2.*

C Præterea homines sunt * *NATI*, & horum illi, qui ex legitimo matrimonio nati, patrem, qui ex illegitimo, matrem sequuntur. *19.24.h.1.§.2.ad municip.junct.23.h.5. de in jus voc.* †

c. * *NASCITURI*, sc. qui in utero sunt, hi, licet in rebus humanis esse vix intelligantur, *10. §. 1. de vulg. & pup. Subst. 7. de ventr. in poss. mitt.* & tantum dicantur esse quodammodo; *7. de suis & legit. hered.* attamen pro natis habentur, si de commodo illorum quæritur, *7. 26. h.30.§.1.de A. v. O.H. 231. de V. S.2.§.6.de excus. tut.* omniaque jura in tempus nascendi integra retinent, *3. Si pars heredit.* modò res possit differri, *Caranza, de partu, c. 2. §. 4. n. 5.* ipsique vivi nascantur. *30. §. 1. de A. v. O. H. 29. de N. G. 19.*

§.2.

§. 2. *de test. tut.* 129. *de V. S.* & perfectè, 3. *C. de posth. hær. instit.* 141. *de V. S. Carpz.* 3. *c.* 17. *def.* 17. *L.* 12. *pr. de lib. & posthum. Caranz. de partu, C.* 6. *sect.* 1. nec tanquam prodigiosi; 3. *C. de posth. hær. instit.* 14. *h.* 38. *d. V. S.* Licet sint quodammodò imperfecti, 12. §. 1. *de lib. & posth. Carpz. p.* 3. *c.* 17. *d.* 18. *Coler. dec.* 258. *Perez in C. de Lib. & posth. vid. Caranz. de part. cap.* 9. *num.* 38. & illicò, voce non emissa, decedant, 3. *C. de posth. hær. instit. Carpz.* 3. *d. const.* 17. *d.* 19. illisque præter naturam aliquid adsit, l. desit. 38. *de V. S.* 14. h. In dubio vivi præsumuntur nati naturali modo & debito tempore. *Carpz.* 3. *Const.* 17. *def.* 20. *Caranz. de part. cap.* 6. *num.* 11. Aliis autem regulariter non prosunt; 7. *h.* 231. *de V. S. arg.* 42. *de adm. & peric. tut.* nisi ipsi alias damno afficerentur: sic prosunt matri prægnanti, ut supplicium differatur, donec pariat. 18. *h. adde* 3. *de pœn. arg.* 5. §. 2. *h. vid. Caranz. d. tr. c.* 2. §. 4. *num.* 21. *Carpz. p.* 1. *q.* 118. idem de quæstione, 3. *d. pœn. vid. Carpz.* 1. *q.* 118. *n.* 54. manus amputatione, *Caranz. d. tr. c.* 2. §. 4. *num.* 39. fustigatione & relegatione, si scil. partui sit vicina, & termini relegationis sint longi. *vid. Caranz. d. tr. c.* 2. §. 4. *num.* 30. *Richt. decis.* 7. *num.* 3.

DE HIS, QUI SUI VEL ALIENI JURIS SUNT. I. 6.

D TErtius hominum status, *vid. tit. præced. p.* 13. dicitur *FAMILIA, L. f. de cap. minut.* quæ hic est conditio, qua quis est paterfam. l. filiusfamil. *arg. d. L. junct.* §. 3. *l. de cap.*
D *minut.* *PATERFAMILIAS* est, qui est sui juris, & jus habet familiæ imperandi. 4. *h.* 195. §. 2. *de V. S. FILIUSFAMI-*
D *LIAS*, qui in patria est potestate. 4. *h.*

PATRIA POTESTAS est jus patri competens, liberis in familia existentibus, ad communem familiæ utilitatem, imperandi. Origine est ex jure naturæ, *Plin. in Panegyr. Traj. Arist.* 8. *Eth.* 12. & 1. *Polit.* 12. *can. est ordo. c.* 33. *q.* 5. propria juris civilis. §. 2. *Inst. de patr. pot.* 3. 8. *pr. h.*

C * *ACQUIRITUR* jure civ. (1) *PROCREATIONE* ex A
justis nupt. *pr. I. de patr. pot.* etiam putativis. 57. §. 1. *de R. N. c.* 2. 14. *x. qui fil. sint legit. Coras. in Arrest. Tholosan. contra Arnold. Tilium, annot.* 11. & 115. Censentur autem ex justis nuptiis nati, qui nascuntur in matrimonio, 6. *h.* (*vid.* 29. §. 1. *de probat.*

11. §. 9.

11. §. 9. *ad L. Jul. de adult. & ibi Tholosan. l. 48. c. 10. n. 8. Decium, consil. 657. Gail. 2. O. 97.) TEMPORE LEGITIMO, 6. h.*

Ad cautionem *JUDICIO SISTI* requiritur, ut uno vel pluribus idoneis fidejussoribus caveatur; 1. 5. *§.* 1. *h.* 1. *in jus voc. ut eant. Tabor. D. ad W. q.* 8. neque regulariter pignora sufficiunt, 1. *h.* 7. *de prætor. stip. N.* 53. *c.* 2. 3. *N.* 112. *cap.* 2. *Fr. h. n.* 9. nisi aliud conventum, 61. *de V. S.* aut Lege constitutum, 1. *§.* 9. *de collat.* aut moribus receptum sit, uti de nostris testatur *Carpz.* 1. *Const.* 5. *def.* 7. *& p.* 3. *q.* 112. *num.* 18. Fidejussores idonei censentur arbitrio judicis, 9. *h.* ex facultatibus & conveniendi facilitate: 2. *pr. h. Fr. h. n.* 33. Si posteà non idonei fiant, alii in illorum locum substituendi sunt. 10. *§.* 1. *h.* 4. *de prætor. stip.* *EXCIPIUNTUR* à prædicta regula personæ illustres, 17. *pr. C. de dignit.* & spectabiles, quæ juratoriam præstant, 12. *C. de prox. sacr. scrin. vid. Schulz. ad l. h. lit. a. Treutl. V.* 1. *Disp.* 5. *th.* 3. *lit. b.* ad quam etiam admittuntur, quæ fideijuss. cavere nequeunt. *N.* 112. *c.* 2. *aut. generaliter. C. de Episc. & Cleric. vid. Carpz.* 1. *c.* 5. *d.* 9. *&* 2. *Resp.* 81. *num.* 5. 6. Nudæ promissioni relinquuntur, qui tempore hujus cautionis præstandæ, 15. *§. f. & ibi Bach. h.* bona immobilia possident: 15. *pr. junct. §.* 7. *h. §.* 2. *I. h.* Quales sunt rerum immobilium Domini, etiam nudi Proprietarii, 15. *§.* 1. & qui revocabile, 15. *§.* 3. vel utile tantùm dominium habent, ut Emphyteutæ, Vasalli, Superficiarii, 15. *§.* 1. *Carpz.* 1. *c.* 5. *d.* 20. Tutores & Curatores, qui vel propria, vel pupilli bona immobilia possident, 15. *§.* 5. vel in civitate, ubi lis peragenda, vel extra illam. 15. *§.* 1. *arg.* 7. *§.* 1. *vid. Carpz.* 1. *c.* 5. *d.* 2. 3. Uxor constante matrimoniò propter fundum dotal. 15. *§.* 3. *NON* etiam usufructuarius, 15. *§.* 1. *vid. Carpz.* 1. *c.* 5. *def.* 21. & qui habet fundum oppignoratum, 15. *§.* 2. vel actionem personalem ad rem immob. 15. *§.* 4. nec omnis, qui

habet

habet realem actionem, 15. §. 1. 2. nec qui sperat successionem in immobilibus. *Carpz.* 1. *c.* 5. *d.* 13. & 2. *Resp.* 78. *n.* 14. Hodiè I.n etiam, qui res mobiles pretiosas, quæ facilè amoveri nequeunt, possident, suæ promiss. relinquuntur. *Carpz. tit.* 9. *art.* 5. *num.* 126. & *p.* 1. *const.* 5. *def.* 19. *Bocer. cl.* 6. *D.* 7. *θ.* 82.

Huic cautioni ferè similis est, qua, tempore Justiniani, cavebat *REUS* de sua persona, quod sc. ad finem usque in judicio permanere velit. §. 2. *I. h.* Ejus differentias *vid. ap. Vultej.* 2. *c.* 5. *num.* 285. *ACTOR* quoque J. civ. novo cavebat, (1.) Se intra II. mens. à tempore porrecti libelli litem contestaturum, *aut Libellum. C. de Lit. contest. Nov.* 96. *cap.* 1. (2.) Se in lite ad finem permansurum, (3.) Si convictus fuerit, litem injustè movisse, expensarum nomine decimam partem quantitatis in libello comprehensæ reo soluturum esse. *aut generaliter. C. de Episc. & Cler.*

HODIE cavet actor de judicio peragendo & expensis refundendis, *Vult.* 2. *cap.* 5. *num.* 205. & de reconventione. *Carpz.* 1. *const.* 5. *d.* 1. (modò adversarius ante lit. contest. hoc petierit: *Vult.* 2. *c.* 5. *n.* 208. & 204. *Carpz. t.* 9. *art.* 5. *n.* 28.) eodem modo, quo supr. *Vult.* 2. *c.* 5. *n.* 211. & 287. *Mev. ad J. L. lib.* 3. *tit.* 5. *art.* 5. Immobilium possessores plurimis in locis hodie nec nudè promittunt. *Vult. d. l.* Quantitas hujus cautionis judicis arbitrio relinquitur. *Carpz.* 1. *c.* 5. *def.* 8. & *tit.* 9. *art.* 5. *num.* 42. *Vult.* 2. *c.* 5. *num.* 221. *vid. omninò* §. *p.* & *f. I. h. Vult.* 2. *c.* 5. *num.* 229. *Mev. d. l. n.* 1. In causis criminalibus quomodo caveri debeat, explicat *Vult.* 2. *cap.* 5. *n.* 230. 280. &c. *Carpz.* 3. *q.* 112.

SI EX NOX. CAUS. AG. QUEMADMODUM CAVEATUR. II. 9.

DOminus cavet, se servum in eôdem statu exhibiturum, donec judicium accipiatur, neque alienaturum.

DE EO, PER QUEM FACTUM, QUO MINUS IN JUD. QUIS SISTAT. II. 10.

CAutione præstitâ, si quis impediat dolô malô citatum, datur *IN FACTUM JUDICIUM*, quod est actio D prætoria, personalis, competens adversus illum, qui dolô malo impedit aliquem judicio sisti, ad id, quod actoris interest. A Prætore, 1. *pr.* 3. *pr.* propter Delictum. 1. *pr.* §. 1. 2. *DATUR* C Actori vocanti, & reo vocato, à tertio impedito. 1. §. 3. *h.* 2. S

§. f. junct. 3. Si quis caut. in jud. Et hered. 1. §. 6. *ADVER-*
P *SUS* impedientes : unius tamen præstatio reliquos liberat.
O 1. §. 4. *NON* etiam contra hæred. nisi exinde aliquid ad eos perveneerit. 1. §. 6. *h. AD* id, quod actoris interest, 3. *pr.* unde ratione actoris est rei persecut. ratione rei verò pœnal.
ɔ 1. *pr.* §. 4. *h.* Anno præscribitur. 1. §. 6. *h.*

SI QUIS CAUT. IN JUD. SIST. II. 11. FACT. NON OBTEMP.

SI hoc non fiat, 11. *h.* datur contra reum, & ejus fidejussores actio ad exigendam pœnam promissam : vel si hæc non fuerit promissa, ad verum actoris interesse, 2. §. *f. qui satisd. f. si quis in jus voc.* 81. *pr. de V. O. Fr. h. n.* 6. ex tempore, quo sisti debuit, æstimandum; 12. §. 1. *h.* nisi reus probaverit impedimenta legitima. *vid. Wesenb. h. num.* 3. *Carpz. tit.* 8. *art.* 2. *n.* 51. Qualia sunt adversa valetudo, 2. §. 3. *h.* furor, 2. §. 5. publ. incarceratio, 2. §. *f.* 4. §. 1. mulieris citatæ graviditas, 2. §. 4. tempestas, 2. §. 6. absentia reipubl. causa, 6. *h.* funus domesticum, 4. §. 2. munus publ. 2. §. 1. belli & pestis peric. sonticus conjugis & liberorum morbus, carentia advocati & procuratoris. *Carpz. tit.* 8. *art.* 2. *num.* 45. *&c.* quæ judicis arbitrio relinquuntur. *Carpz. tit.* 8. *art.* 2. *n.* 43.

DE FERIIS ET DILAT. ET II. 12. DIVERS. TEMP.

D FERIÆ sunt dies ad certum quid peragendum destinati, & à judicialibus actibus vacui. 9. *h.* Computantur de Jure canonico de Vespera in Vesperam. *C.* 1. *de feriis*, Jure civ. dies Civilis est à media nocte ad mediam noctem; 8. *h.* & sic accipitur vox diei in actibus indifferentibus. *Gentil. tr. de divers. temp. appell. c.* 5. *in fin. Ripa, de temp. noct. l.* 1. *c.* 3. *n.* 17. Naturalis à solis ortu ad occasum : hujusmodi dies intelligitur in causis judicialibus, *arg. L.* 2. §. 31. *de O. J.* aliisque diurnis. *Gentil. d. l.*

† Feriæ sunt I. * *SACRÆ*, quæ divino cultui dicatæ : *f. pr.* A
D *C. vid. Carpz.* 2. *def.* 150. *vid. Ord. Cam.* 2. 33. *Bocer. cl.* 6. *D.* 16. *Vult. de jud.* 2. *cap.* 2. *num.* 321. Et hæc Festa dicuntur : quæ iterum sunt vel mobilia, vel immobilia, prout eundem mensis diem servant, vel non.

* *HUMANÆ*, quæ hominis gratiâ intro- a.
D ductæ, & quidem * *NECESSARIÆ*, quæ ad utilitatem vel B
necess-

C necessitatem introductæ. *c. f. inf. extra h.* & sunt vel * *URBANÆ*: ut nundinarum. *L. un. C. de Nundin. vid. Carpz.* 1.
c. *c.* 30. *def.* 23. vel * *RUSTICÆ*: *Vult. de judic.* 2. *cap.* 7. *num.* 311. ut messium & vindemiarum. 1. *pr.* quæ omnibus prosunt. 1. *pr. Carpz.* 1. *const.* 3. *d.* 22. & *tit.* 10. *art.* 1. *num.* 10. *Bach. ad. d. L.* 1. *h. num.* 1. A magistratu cujusque loci determinantur. 4. *h. Vult. libr.* 2. *c.* 7. *n.* 313. In Camera messium feriæ sunt ab VIII. Jul. ad XIV. Augusti. *Ord. Cam. p.* 2. *tit.* 33.
b. *Vult. d. l. n.* 315. * *HONORARIÆ*, quæ ob singularem memoriam celebrantur, *c. f.* X. *h.* 26. §. 7. *ex quibus causis maj.*

D (II.) Sunt vel * *ORDINARIÆ* seu solennes, quæ certo † jure sunt constitutæ, & quotannis statis temporibus recurrunt. *arg.* 26. §. 7. *ex quib. caus. maj. Vult. d. l. num.* 284. *Fr. h.* D
d. *n.* 7. * *EXTRAORDINARIÆ*, repentinæ, quæ pro re natâ D indicuntur. *d. l.* 26. §. 7. *L.* 3. *C. de dilat.*

HODIE feriæ sunt vel integræ, vel semiferiæ, quales † alicubi sunt festa Apostolorum, Bet-Tage/ ꝛc. quibus post operam sacris dicatam litib. & aliis negotiis vacamus. *Fr. h. n.* 19.

Ferias *CONSTITUIT* Princeps. 4. *C. h. Reink. lib.* 3. *cl.* 1. C *c.* 2. *num.* 4. Hodiè Status imperii. *Vult. l.* 2. *cap.* 7. *num.* 317. *NON* etiam magistratus, licet majores. 4. *C. Vult. d. l. num.* 318.

Diebus *SACRIS* quiescat animus & corpus à negotiis E profanis, *Zepper. d. LL. Mos. l.* 4. *c.* 9. *p.* 339. *Carpz.* 2. *def.* 250. *vid. L. f. C. h.* judicia, *f.* §. 1. *C. h.* & arbitri compromiss. 7. *in f. C. h.* (*obst.* 36. *de recept. qui arbitr.*) in causis publ. & privatis, 7. *in f.* 8. *C. h.* (*obst.* 5. *C. h.*) etiam criminalibus. 6. *C. h. c.* 1. *extra. h. vid. Clar. lib.* 5. *recept. sent.* §. *f. q.* 50. *n.* 3. *Barbos. ad L.* 6. *C. h. Vult. d. l. n.* 302. 332. Nisi quibus pax publ. læditur. 10. *C. h. vid. tamen Clar. d.* §. *f. q.* 64. *n.* 34. & *q.* 97. *n.* 6. Captura tamen etiam in levioribus fieri potest. *Scacc. de judic. c.* 5. *n.* 8. *Farinac. lib.* 1. *quæst. crim. n.* 109. *Fr. h. num.* 25. Cessent etiam artium officia, 3. *C. h.* juramenta, *c.* 1. *extra. h.* commercia, *c.* 1. *x. h.* nuptiæ, *Carpz.* 2. *def.* 151. &c. venationes, choreæ, saltationes, ludi aliàs liciti. *vid. omnino Zepperum, de LL. Mosaic. l.* 4. *cap.* 9. *p.* 339. & *seqq.* & omnia alia, quæ ut die festo fiant, Christiana Charitas, aut publica necessitas non exigit. *L. f. junct.* 10. *C. c.* 1. *in fin. c. f. X. h. Ames. de Consc. l.* 4. *c. ult. Tabor. D.* 6. *ad W. q.* 4. Et licet permittantur actus voluntariæ Jurisdictio-

nis, qui causæ cognitionem non requirunt, 8. *junct. f.* §. 1. *C. h.* agrorum & vinearum culturæ; 3. *C. h.* vide tamen *c.* 1. *X. h. Vult. l.* 2. *c.* 7. *n.* 295. *Tabor. Ames. dd. ll. Barbos. ad L.* 1. 3. *C. h. Fr. h. n.* 2. *Nov. Leon.* 54. Si hisce diebus actus prohibitus fiat, non solum ex ipsô jure nullus; *c. f. X. h. Fr. h. n.* 24. sed & extra ordinem puniendus. *Carpz.* 2. *d.* 252. *vid. Zepper. de LL. Mos. lib.* 1. *c. p. n.* 46. Feriis etiam *HUMANIS* regulariter nemo in judicium venire debet. 1. *pr.* & §. 1. *h.* 2. §. 1. *inf. Si quis in jus vocat. non ierit. Carpz. tit.* 10. *art.* 1. *n.* 4. *Bach. ad L.* 1. *h. n.* 3. In dubio citatus veniat, & diem feriatum probet. *arg.* 5. *de judic.* 7. *pr. C. h. Vult.* 2. *c.* 7. *n.* 341. Si judex, invitâ unâ parte, procedat, sententia & totus processus vitiatur, 1. §. 1. *h.* etiamsi dies ratione unius tantum sit feriatus. Si *RENUNCIENT* partes, consentiente judice, Feriis necessariis etiam tacitè, 1. §. 1. *L.* 6. *h. c. f. x. h. Vult.* 2. *c.* 7. *n.* 343. *Gail.* 1. *O.* 53. *n.* 16. valet id, quod agitur. 1. §. 1. *L.* 6. *h. Carpz. tit.* 10. *art.* 1. *n.* 5. Partium renunciatio testibus evocandis, præsertim rebus rusticis occupatis, non nocet. *Tess. dec.* 39. *n.* 1. 3. Honorariis & repentinis renunciari non potest. *arg.* 38. *de pact.* 26. §. 7. *ex quibus caus. maj. Gail.* 1. *O.* 53. *Vult. d. l. n.* 344. *Tessaur. dec.* 39. *n.* 7. Etiam citra renunciationem in feriis profanis jus dicitur in causis publ. & fiscal. 5. *C.* liberalibus, tempore & morte perituris, alimentorum, & aliis, ut in 1. §. *f. l.* 2. 3. *h.* & *à Bach. in dd. LL. Vult.* 2. *c.* 7. *n.* 324. Hodiè etiam in criminalibus proceditur tempore messium & vindemiarum. *Jul. Clar. lib.* 5. *recept. sent.* §. *f. q.* 9. *n.* 6.

DILATIO est rei agendæ in aliud tempus rejectio. *Bach. h.* Cujus *PROROGATIO* est termini nondum elapsi in alium productio. *DIVIDITUR* (1.) in peremtoriam, quæ lapsu perimit disceptationem: & non peremtoriam, quæ eam tantum differt. *Fr. h. n.* 32. (2.) ratione caus. effic. in legalem (e. g. decendium, intra quod appelland.) conventionalem, & judicialem. Hæc iterum ratione finis est vel citatoria, vel deliberatoria, vel probatoria: Quarum ultima est illustrissima & peremtoria. *Fr. h. n.* 36. *Vult. lib.* 2. *c.* 7. *n.* 362. *Besold. ad J. Würtemb. D.* 1. *θ.* 26.

JUDICIALEM, de quâ hic agitur, concedit judex, causa cognita, 4. *C. Bach. ad* 7. *h. n.* 1. *Carpz. de process. tit.* 13. *art.* 1. *num.* 159. vel ad alterius petitionem, vel ex officio. *Carpz.* 3. *Resp.* 34. *num.* 15. *Vult.* 2. *c.* 7. *num.* 353. Partibus

ita

ita, ut uni concessa, etiam alteri prosit. *6. C. de temp. in integr. rest. Bach. ad L. 7. h. num. 4. Wesenb. h. n. 9.* nisi impetrans, re integrâ, renunciaverit dilationi. *Bach. v. 1. D. 5. θ. f. lit. c.* In caussis civilibus regulariter unam; *f. h. vide tamen 7. h. Fr. h. num. 39. Bach. ad L. 7. h.* In capitalibus verò (exceptô adulteriô, *l. 41. ad L. Jul. de adult. vid. Bachov. 1. D. 5. θ. f.*) reo tres, actori duas. *f. h.* Hodiè materia dilationum tota dependet ex arbitrio judicis, ita tamen, ut plus reo, quam actori indulgeatur, *Vult. 2. c. 7. n. 361. Fr. h.* nec in probatoriis ultra quartam procedatur. *vid. omninò Vult. 2. cap. 7. n. 360. & seqq. Gail. 1. O. 91.* Q

DE EDENDO. II. 13.

EDERE hic est designare; Et actionis *EDITIO* est simplex actionis designatio. *vid. 1. pr. & §. 1. h. 3. C. h. Vult. de jud. 2. cap. 1. num. 19. Tab. ad W. 6. q. 6. Fr. h. n. 2.* Hodie fit in supplicatione pro impetrand. processſ. cum qua *ACTIONIS LIBELLUS* judici offerri, ac postea, unà cum Citatione, parti transmitti debet. *R. I. de anno 1654. §.* Disem nechst nun. 34. Qui est scriptura, qua coram judice actio proponitur, & contra adversarium intenditur: quod hodiè etiam fit interdum sine scriptura. *Carpz. 1. const. 2. d. 1.* (1.) est vel Articulatus, quo actio per articulos proponitur: talis in Sax. & Cam. non admittitur. *Carpz. 1. c. 2. def. 1. R. I. de anno 1654. §.* Disem nechst nun. 34. *& §.* zu Beförderung. *64.* vel Simplex, quô actoris intentio continuâ oratione proponitur. *Ord. Cam. p. 3. tit. 12. §.* Zum andern. *Vult. c. 4. n. 57.* (2.) est vel Ordinarius, seu solennis, qui solenni forma constat, ac in processu ordinario necessarius: vel Summarius, sive minus solennis, qui offertur in caussis summariis, *Clem. sæpe de V. S. Clement. 2. de judic.* quas recenset *Schulz. obs. 3.* (3.) est vel Conventionalis, vel Reconventionalis. (4.) Civilis, vel Criminalis. (5.) Primæ, vel Secundæ instantiæ. *Vult. lib. 2. c. 4. num. 61.* Actor J. civ. offerebat reo; *aut. offeratur. C. de Lit. contest.* hodiè Judici. D D † † † †

PARTES Libelli sunt * *NESCESSARIÆ*, quæ abesse nequeunt. (1.) Exordium, *L. 1. de O. J.* quod continet nomen Judicis, (non proprium; [*obst. 80. de judic.*] sed officii,) Actoris & Rei. *Umm. D. ad process. 6. θ. 11. num. 49. Vult. l. 2. cap. 4. num. 93.* (2.) Propositio, quæ plerunque fit per Syllogismum: Scilicet præmittendo loco majoris causam gene-

neralem ex Jure desumtam: loco minoris Narrationem Facti brevem, claram, & certam: Quæ continet actionis requisita cum circumstantiis: *Vult. 2. c.4. num.*104. *R. I. de anno* 1654. §. Diesem nächst nun. 34. In actionibus realibus causam proximam (utile interdum etiam est remotam adjicere. *arg.* 14. §. 2. *junct.* 11. §. 2. *de exc. rei jud. vid. Vult.* 2. *c.* 4. *n.* 71.) in personalibus, causam remotam, *c. f. X. de libell. oblat. d. l.* 14. §. 2. Nomen actionis exprimi necessarium non est. *c. dilecti.* 6. *X. de judic. arg.* 6. *de reb. cred. Carpz.* 1. *c.* 2. *d.* 13. *Bach. v.* 1. *D.* 4. *θ.* 10. *lit. c. in f.* Tandem subjecta, conclusionis locô, petitione. *d. Rec.* §. 34. *vid. Carpz.* 1. *c.* 2. *d.* 11. *n.* 2. *& tit.* 4. *art.* 2. *num.* 9. *Gail.* 1. *O.* 61. *n.* 21. *Vult.* 2. *c.* 4. *num.* 125. Aliquando, generali allegatione omissa, narrationi statim subjicitur petitio. *Bach. ad Tr. V.* 1. *D.* 4. *θ.* 10. *lit. D. Vult. d. c.* 4. *n.* 89. In criminalibus (*v.* 3. *de accus.*) specialis petitio non requiritur. *arg.* 1. §. 4. *ad SC. Turpil.* 15. *ad municip. v. Carpz.* 3. *q.* 106. *num.* 14. *Vult.* 2. *c.* 4. *num.* 87.

* *VOLUNTARIÆ*: ad juvandum actorem inventæ; *ADJICIUNTUR* vel * *EXORDIO*, per modum protestationis, (1.) quod libellus offeratur non in forma libelli solennis; sed qualiscunque petitionis: (2.) de se non adstringendo ad superfluam probationem. (3.) de reservando quocunque jure actori competente: (4.) quod nihil injuriandi animô; sed omnia juris sui obtinendi causa dicturus sit: (5.) In possessoriis judiciis, quod Jura sua allegans eô ipsô in petitorium sese intromittere nolit. *Vult.* 2. *c.* 4. *num.* 158. Quatuor priorum nullus effectus. *Vult.* 2. *c.* 4. *num.* 146. *Umm. D. ad process.* 6. *θ.* 12. *num.* 55. *Carpz.* 1. *const.* 2. *d.* 18. Posterioris usus per se manifestus est. *vid. Carpz.* 1. *c.* 26. *d.* 7. *n.* 9. a. B

Vel * *FACTI NARRATIONI*: [1.] quod actor reum sæpius de solutione interpellaverit; sed nihil obtinuerit: *Umm. D. ad process.* 6. *θ.* 12. *num.* 49. 56. *Vult.* 2. *c.* 4. *num.* 159. [2.] salvo errore calculi. Utraque parum aut nihil utilitatis habet. *Umm. Vult. dd. ll.* b,,

Vel * *CONCLUSIONI* seu petitioni: (1.) de reo legitimis remediis ad satisfactionem compellendo: (2.) de damno & interesse refundendo: (3.) de restituendis expensis litis: (4.) petens omni meliori modô, quo id de jure, statuto, vel consuetudine fieri potest, vel debet: (5.) super omnibus & singulis justitiam sibi administrari: (6.) officium judicis nobile implorans: (7.) salvô jure addendi, minu- b.

minuendi, corrigendi, & mutandi, ſalvisque quibuscunque aliis Juris beneficiis. Harum (1.) eſt ſuperflua: *Umm. d. D. 6. θ.12.n. 57. Vult.d.l.n.163.* (2.) & (3.) eſt utilis; quandoque neceſſaria. *Vult.d.l.n. 165. Bach.V.1.D.12.θ.16.lit.d. in f.Carpz.1. c.31.d.20.21.Gail.1.O.151.num.21.* (4.) (5.) (6.) ſunt ſalutares, vitia libelli ſanant; multumque in favorem actoris operantur. *Gail.1.O.61.num.11.Carpz.1. conſt.2. d.15.& c.26.d.7. & lib. 1. Reſp. 70.n.14. Umm.d.l.num.57.Barſchamp.in tract.de clauſul.c.22. §. 1. num.34.* (7.) eſt ſine effectu; *Vult.d.cap.4.n. 182.Umm.d.l.n.57.* poteſtas enim mutandi pendet à Legis vel Judicis arbitrio. *3.C.h.§.34.I.de act.Vult.d.c.4.n.223.Carpz.1.c. 11.d.4.* Hodiè ante litem conteſt. mutari poteſt libellus, modò indemnis ſervetur reus, poſteà non. Nam tùm actor mutaturus libellum ab actione recedere, ac, refuſis expenſis prioris inſtantiæ, novum proceſſum impetrare debet. *Carpz.p.1. c.11.def. 1.2.3.9. Gail. 1. O. 51. num. 9. Vult.d.l.n.199.*

C *INEPTUM* reddunt libellum (1.) * *OBSCURITAS. arg. aut. offeratur. C. de lit. conteſt. Gail.1.O.62. n.2.13. Vult. lib. 2. c. 4. n. 133.* ɔ

ç„ (2.) * *INCERTITUDO. arg. 1.h.arg. §.32.I.de act.junct.18. comm. divid.* Unde *REJICITUR* libellus * *GENERALIS : NISI* actio etiam ſit generalis, vel univerſalis; ut hereditatis petitio, *1.pr.d.R.V.* repetitio dotis, *1. §.4.de dot. præleg. arg.6.31. §. f.ſol.matr. Bach. V.1. D.4.θ.11.lit.a.* actio pro ſocio, tutelæ, negot.geſtorum. *38.pro ſoc.Vult.d.l.n.141.Gail.1. O.68.* aut juſta ſit actoris ignorantia, *76.§.1.de R.V.Vult.cap.4.n.141.* aut reus nihil excipiat. *Carpz. 2.Reſp.56.n.3. Gail. 1.O.62.n.11.*

D

a. * *ALTERNATIVUS,* ſi reus contra eum excipiat. *arg. 7. §. 4. de injur. 75. §. 4. d. V. O. Gail. 1. O.62.n.1. Carpz.1. c.2.d.7.* * *NISI CERTA* determinatio non ſit in poteſtate libellantis: *1. §.4. quod legat.vid. Gail.1. O. 62. num.4. Carpz.1.c.2.d.7.n.4. & 6. def.9. n.2.* puta in obligatione alternativa. *§.33.I.de act.* ut in caſu *l.2.C.de reſc.vend.Carpz. 1.c.2.d.8. v. Bach.V.1. D.4.θ.12.lit.d. Gail.1.O. 62. n.10.* c.

E

c. * *IN CAUSIS* mercatorum & criminalibus; *Carpz. 1. c. 2. d. 9. 10.* NON etiam in cauſa hypothecaria. *vid. 16. §. 3. de pign. arg. 17. de pign. Bach. v. 1. D. 4. θ. 12. lit. b. Berl. p. 1. c. 12. num. 24.*

c„ *(3.) *OMISSIO* cauſæ legitimæ, *Vult. 2. cap.4. n. 129. Carpz.1.c.2.d.11.n.4. def.14.* inf.

inf. & 2. Resp. 53. num. 5. Gail. 1. O. 66. n. 14. in actionibus temporalibus ponendus est annus & mensis fundatæ actionis. *Carpz. 2. Resp. 56. & 2. q. 95. n. 35.* (4.) * CONTRARIETAS: & hoc vitium non sanatur clausulâ salutari; *Carpz. 1. const. 2. def. 15. & c. 26. d. 7. num. 8. & lib. 1. Resp. 70. n. 14.* Sed rejicitur talis libellus, parte non petente, ex officio; *Carpz. 1. c. 2. d. 15.* utut libellus, quantum fieri potest, commoda interpretatione salvari soleat. *Vult. 2. c. 4. n. 130. 137. L. 66. de judic. Gail. 1. O. 66. num. 6. Carpz. 1. const. 2. de 11. 12. & 2. Resp. 77. n. 18.* (5.) * CUMULATIO inepta plurium actionum, *Carpz. 2. Resp. 53. num.* 10. scil. quæ electivè tantùm concurrunt, *76. §. p. de leg. 2.* & quarum una alteram tollit, vel quæ contrariæ, aut præjudiciales sunt. *16. de except. Carpz. 2. Resp. 53. & seq. Vult. 2. c. 4. n. 332. Bocer. cl. 6. D. 11. θ. 42. Obrecht. de form. libell.* Nam alias hodiè uno libellô etiam plures actiones conjunguntur. *Gail. 1. O. 63. Mynsf. c. 1. O. 25. Bocer. cl. 6. D. 11. θ. 2. lit. b. Berl. p. 1. concl. 12. n. 6. Carpz. 1. c. 2. d. 4. & 2. Resp. 53.* c,, c.

O Exhiberi etiam debent INSTRUMENTA seu scripturæ rei probandæ gratiâ confectæ, & rationes sive chartæ continentes dati & accepti consignationem, *6. §. 3.* vel ad instruendum adversarium, *1. §. 3. 10. §. 2. h.* vel ad alterius intentionem fundandam. *5. C. h.* Hæc editio mandatur à magistratu, *1. C. h. 8. §. 1. h.* modò petatur, *2. 6. §. 8. h. Carpz. tit. 14. art. 4. num. 2. 4.* ab eo, cujus interest, absque calumniandi animo, *v. 6. §. 2. 9. §. p. h. Gail. 1. O. 106. n. 2. 3. Berl. 1. concl. 45. num. 4.* ordinariâ aliquâ actione, *v. 9. pr. h. 48. 52. pr. de A. E. V.* vel officii judicis imploratione. *6. §. 2. 8. L. 4. §. 1. ff. f. C. h. Bach. ad. l. 9. pr. h.* * ACTOR reo, ante litem contestatam, ad illum instruendum, edere debet, (1.) Instrumenta, vel illorum exempla, sine die & consule, *1. §. 2. L. 11. h.* quibus ipse in judicio usurus est. *1. §. 3. v. Carpz. 3. Resp. 78. n. 3.* postea verò, (2.) ad fundandam ejus exceptionem, reliqua ad causam pertinentia. *5. 6. f. C. h. Bach. h. pr. n. 6. Carpz. l. 3. Resp. 78. n. 3. p. 1. c. 17. d. 26. n. 3. Berl. p. 1. concl. 45. n. 11.* quem tamen vid. *n. 15. &c.* (3.) Omnes rationes, *5. 6. f. C. h.* illuc pertinentes, *10. §. 2. h.* & quidem cum die & consule. *1. §. 2. 4. pr. 6. §. 6. h.* * REUS, regulariter, nec instrumenta, nec rationes edere compellitur: *1. f. C. h. 10. §. 4. de quæst. 7. C. de testib. Carpz. tit. 14. art. 4. num. 27. Berl. 1. c. 45. num. 23.* Nisi justa causa aliud suadeat, *1. C. h.* C S F f,,

Carpz.

Carpz. 3.*Resp.*78.*num.*14. *& art.* 4. *tit.*14. *n.* 31. Ut si instrumenta sint talia, quæ etiam tertius edere jubetur, vel causa sit fiscalis; sed non capitalis: 3. *h.* 2. §. 1. 2. *de jur. fisc. Gail.* 1. O. 106. *n.* 11. aut agatur de replicatione actoris probanda. *Bach.V.* 2. *D.* 2. *θ.* 4. *lit. a. verb. ne tunc quidem. inf. Carpz.* 3. *Resp.* 78. *n.*14. *& seq. Perez. in C. h. n.* 11. *vid. omninò Berl.* 1. *c.* 45. *n.* 31. *& mult. seqq.*

f. *TERTIUS, regulariter, nihil edit. *arg.* 2. *pr. C. quando & quibus quarta pars deb. Bocer. cl.* 6. *D.* 14. *θ.* 72. Nisi sint petentis propria, vel ipsi communia, 5. *fam. erciſc.* 7. *C. h. Carpz. tit.*14. *art.*4. *n.* 35. *Berl.* 1. *c.*45. *n.*66. & 68. aut acta publica, 2. *C. h. Perez. in C. h.* *n.* 12. etiam inquisitionis, *Oldecop. obs. crim. t.* 4. *O.* 2. vel ejus gratia confecta, qui editionem postulat. 4. §. 1. *h.* Hinc argentarii, quamvis argentariam facere desierint, 4. §. 4. eorumque successores universales, 6. §. 1. *h.* & interdum etiam singulares, 9. §. 1. rationes suas illis, quorum gratiâ factæ sunt, 4. §. 1. 6. §. 5. *h.* debito loco, 4. §. 5. *& LL. seqq.* & sumtibus petentis, 4. §. *f. h. f. C. de fid. Instr.* edere jubentur. 4. *pr.* 10. *pr. & §§. seqq.* *h.* Idem est in Notariis & similibus. *Gail.* 1. O. 106. *n.* 6. *Boc. cl.* 6. *D.* 14. *θ.* 77.

Edere jussus jurat, se nec possidere, nec dolo desiisse possidere. *f. C. de fid. instrument. Carpz. tit.* 14. *art.* 4. *n.* 65. *Berl. p.* 1. *c.* 45. *n.* 92. Nam alias, ratione rei, instrumenta habentur pro editis & recognitis. *Carpz. tit.* 14. *art.* 4. *n.* 52. *Berl. d. l. n.* 91. Contra tertios hodiè compulsorialia sine clausula decernuntur. *Berl. d. l. n.* 86. *Carpz. tit.* 14. *art.* 4. *n.* 56. B

Argentarii, si dolo vel latâ culpâ non edant, 8. *h.* Edicto prætoris coërcentur actione in factum data illis, quorum interest, 6. §. 5. *h.* & heredibus, *f. h.* contra Argentarios, non etiam contra heredes, *f. h.* nisi ex proprio facto, *f.* 6. §. 1. 9. §. 1. ad id, quod interfuit. 6. §. 4. 8. §. 1. 10. §. 3. Hæc actio anno præscribitur. *f. h.* 35. *de O. & A.* C

DE PACTIS. II. 14.

PACTUM sive conventio in genere, est actus, quo plures de aliquo præstando consentiunt. 1. §. 2. *h.* 3. *de pollicit.* D

A. Dividitur (1.) ratione causæ efficientis remotæ in pactum †

a. *J. GENTIUM & *J. CIVILIS. 5. 7. *pr. h.* 5. *de J. & J.* §. 2. *I. de J. N. G. C.*

B. (2.) Rationæ causæ efficientis proximæ in *EXPRESSUM, quod fit consensu expresso, voce vel literis declarato: & ✠

*TA-

D **TACITUM,* quod fieri censetur consensu à Lege ex facto, b.
vel alia causâ præsumpto, vel ficto. 2.4. *h. v. Carpz.* 2. *C.* 33. *d.*
14. *num.* 7. *Bach. h. rubr. secund. divis. num.* 4. & 6. & *V.* 1. *D.*
28. *θ.* 8. *lit. b.* Ut si creditor debitori Chirographum reddiderit,
inter ipsos, ne debitum petatur, conventum videtur. 2. §. 1. *h.*
3. §. 1. *de lib. leg.* 59. *de leg.* 3. *L.* 44. §. 5. 84. §. 7. *de leg.* 1. *v.*
Carpz. 2. *const.* 29. *d.* 12. Etiamsi plures tabulæ ejusdem debiti
fuerint scriptæ, nec omnes redditæ; *arg.* 2. §. 1. *h. junct.* 8. *de*
Publ. in rem. & 39. *h.* alias nihil fuisset actum. *Bach. V.* 1. *D.* 6.
θ. 3. *lit. b. h. rubr. secund. divis. n.* 7. Quoad alios verò in eo-
dem Chirographo obligatos nihil operatur ejusmodi restitu-
tio. *arg.* 2. §. 1. 17. §. 4. *h.* 38. §. 17. *de V. O. Bach. V.* 1. *D.* 6.
θ. 3. *lit. b.* Pignore reddito, pignus censetur remissum, non de-
bitum. *arg.* 1. §. 1. *de liber. leg.* 3. *h. Bach. d. l. Perez. in C. h.*
n. 2. Plura exempla taciti pacti sunt in 4. *pr.* & §§. *seq. h.* 8.
quemadmodum serv. amitt. 3. *C. in quibus caus. pign. tac.* 7. *ff.*
eodem. 13. *pr.* 17. §. 1. *de usur.* 5. *C. eodem.*

† (3.) Ratione subjecti in **PERSONALE,* 7. §. 8. C
D quod ad personas paciscentium restringitur, nec ad heredes
pertinet. 17. §. 3. 21. *pr.* 25. §. 1. Et **REALE,* sive generale, c.
D quod non restringitur ad personas paciscentium; sed ad illo-
rum quoque heredes, 40. *pr.* & §. *f. h.* & successores singula-
res, 16. 17. §. 5. *h.* omnesque pertinet, quibus ut utile sit, pa-
ciscentium interest. 21. §. *f. h.* e. g. fidejussori. 21. §. *f. vid. f. h.*
In dubio respicitur ad mentem, 7. §. 8. & potius reale censetur:
nam persona tantùm demonstrationis gratiâ adjicitur. 7. §. 8.
h. arg. 9. *de probat.* 40. *pr. h.* 38. *pr. de V. O.* Mixtum videtur
in L. 57. §. 1. *h. v. tamen Bach. V.* 1. *D.* 16. *θ.* 4. *lit. b.* & *ad*
τὰ πρῶτα, pag. 598. *Carpz.* 2. *C.* 41. *D.* 14. *in fin.*

† (4.) Ratione finis est vel **OBLIGATORIUM,* quô sci- D
D licet obligatio constituitur, estque ** NUDUM,* 15. *de P. V.* 10. E
C. 7. §. 4. 45. *h.* 1. *C. de pact. convent.* quod non est munitum
vi efficaciter obligandi, nec de J. civ. actionem producit; 7. §. 4.
5. 27. §. 2. 41. 45. *h.* 10. 13. 21. 28. *C. h.* 1. *C. de pact. convent.*
15. *de P. V.* 3. *C. de rerum permut. vid. tamen* 6. *C. de transact.*
sed in nudi pacti finibus consistit. 27. *C. locat.* Hoc naturaliter
obligat. 5. §. 2. *de solut.* ** NON-NUDUM* dicitur, e.
D quod vim & potestatem habet efficaciter obligandi, & actio-
nem producit civilem. 15. *de P. V.* estque *vel *CONTRACTUS,* F
D qui est modus obligandi ex conventione, per se & suâ naturâ
produ-

producens obligationem efficacem. 7. §. 1. 2. (1.) Distinguitur †
G tur tanquam genus analogicum, in * *VERUM*, qui vero con- D
sensu perficitur, verbis, literis, vel facto declarato. 4. *pro soc.*
H 48. *de O. & A.* 6. §. 2. 18. *mand.* Et est * *NOMINATUS*, 7. §. 1. 2. D
qui certum habet contrahendi modum, nomen, & nomi-
I natam actionem producit: 7. §. 1. *h. arg.* 2. 3. *de P. V.* * *REA-* D
LIS, qui rei traditionem ad sui perfectionem requirit. e. g.
mutuum, commodatum, depositum, pignus, *t. t. I. quib.
mod. re contr. obl.* Non etiam dotis & arrhæ datio. *vid. Disp.
de arrha, th.* 10.

i,; * *VERBALIS*, qui verbis fit, ut stipulatio. *pr. I. de V. O.* 1. *ff. eod.* D
i,, * *LITERALIS*, qui fit literis, ut lit. obl. §. *un. I. de lit. obl.* D
i; * *CONSENSUALIS*, qui fit solô consensu quoquô modo de- D
clarato, ut emtio, locatio, societas, mandatum. §. *un. I. de
oblig. ex consens.* 2. *pr. & §§. seq. de O. & A. Tabor. part. Elem.*
h. *p.* 189. * *INNOMINATUS*, D
qui absque propriô nomine ac forma actionem speciali no-
mine carentem producit, 7. §. 2. *h.* 1. 2. 3. *de P. V.* Omnis con-
tractus innominatus est realis. 1. §. 2. *de rerum permut.* 5. *pr.
& §§. seqq. de P. V.* Requiritur itaque, ut conventio ex altera
parte sit impleta. *dd. LL.* Et causa hic significat dationem
vel factum sub lege mutuæ præstationis. 7. §. 2.

g. * & *QUASI CONTRACTUM*, D
qui fit conventione à L. præsumpta vel ficta, 13. §. *f. commod.
Vult. ad pr. I. de Oblig. quæ quasi ex contr.* sine vero consensu.
25. §. 16. *fam. ercisc.* 46. *de O. & A.* ut negotiorum gestio, tutelæ
administratio, rerum & hereditatis communio, hereditatis
aditio, indebiti solutio, &c. *t. tit. I. de oblig. quæ quasi ex con-
K tract.* (2.) In * *BONÆ FIDEI*, in quibus non verbis adhære- †
mus; sed æquâ & benignâ interpretatione tantum agit offi- D
cium judicis, quantum in aliis nominatim ejus rei conventio.
7. *de N. G.* 24. *deposit.* §. *un. I. de oblig. ex consens.* §. 30. *I. de act.*
2. §. *f. de O. & A. vid. Fr. exerc.* 13. *q.* 6. *n.* 11. Ut sunt ex veris, no-
minatis, consensuales omnes. 2. §. *f. de O. & A.* (Actio ex stipula-
tu, quâ uxor dotem repetit, est bonæ fid. §. 29. *I. de act.*) Ex reali-
bus commodatum, depositum, pignus. Ex innominatis æ-
stimatorius & permutatio. *arg.* §. 28. *I. de act.* Ex quasi contract.
negotior. gest. tutelæ administratio, rerum & hereditatis
communio. *arg.* §. 28. *I. de act.*

k & * *STRICTI JURIS*, in quibus judicis potestas ad D
verba & naturam conventionem est adstricta. *arg.* 99. *de V.
O.* ut

O. ut mutuum, stipulatio, literarum obligatio, hereditatis aditio, indebiti solutio, & reliqui contractus innominati. *arg.* 28. *I. de Act.* 7. *junct.* 5. *de eo, quod cert. loc.* Et omnia pacta legitima sunt stricti juris. 5. *junct.* 7. *de eo, quod cert. loc.* 16. §. 1. *de const. pecun.* (3.) In * ΜΟΝΟΠΛΕΥΡΟΥΣ, ut mutuum, stipulatio, literarum obligatio, hereditatis aditio, indebiti solutio: & * ΔΙΠΛΕΥΡΟΥΣ, ut contractus consensual. & commodatum, depositum, pignus, negotiorum gestio.

* *PACTA LEGITIMA* sunt, quæ ab initio fuerunt nuda, posteà verò speciali Lege sunt confirmata. *Bach. h. cap. de pact. legit. num.* 2. * *OBLIGATORIA* sunt modi per conventionem, ob specialem Legis assistentiam, efficaciter obligandi. 6. *h.* Legis vocabulum hic etiam SCta & Const. PP. & Jus prætorium comprehendit. [*Diss. Bach.*] Ut Donatio, 35. §. *f. C. de donat.* §. 2. *I. eodem.* Dotis promissio; 6. *C. de dot. promiss.* vid. tamen *un. pr. C. de R. U. A. Bach. d. l. num.* 5. Pacta usurarum, *de quibus in* 30. *de usur.* 12. *C. eod. N.* 136. *c.* 4. *L.* 5. §. 1. 7. *de naut. fœn. Bach. d. l. num.* 9. Constitutum. 1. *& t. t. ff. & C. de const. pecun.* NON verò conventio hypothecæ, *de qua in* 17. §. 2. *h.* 1. *de pign. act.* (*obst.* 17. §. 2. *h.*) nec pactum compromissorium, *de quo* 5. *C. de recept. arb. Bach. d. l. n.* 8. nec pactum suffragii, *un. C. de suffr. Tab. de suffr. c.* 4. *n.* 31. 32. nec stipulatio, aut literarum obligatio. *arg.* §. *f. I. de oblig. junct.* 6. *&* 7. *h.* * *LIBERATORIA sunt in* 17. §. 1. 27. §. 2. *vers. sed si pactum.* §. 4. *h. junct.* 7. §. 14. *inf. h.* (*obst.* 4. §. *f.* 5. 6. §. 3. *de his, qui not infam.*) *vid Bach. d. l. inf. Vinn. h. c.* 4. *n.* 8.

* *PACTA INCONTINENTI ADJECTA* contractib. (*vid. tit. de C. E. V. p.* 309. *sq.*) videntur esse pars contractus, cui accedunt. Et mutant illorum naturalia externa & accidentalia. 7. §. 5. *h.* 13. *C. h. v. Fr. ad tit. de contrah. emt. n.* 317. *& mult. seqq. Bach. h. cap. de pact. adject.* 2. *C. de pact. inter. empt. & vend.* Interdum etiam actio præscriptis verbis exinde datur. *d. L.* 2. *L.* 12. *de P. V.* 6. *de resc. vend. Bach. d. l. num.* 6. *Fr. d. l. n.* 414. *vid. Mastert. de Just. LL. Rom.* 1. *dubit.* 35. * *EX INTERVALLO ADJECTA* pro nudis habentur, & Jure civili nulla exinde datur actio. 7. §. 5. *h.* 13. *C. h.* 72. *de contrah. emt. vid. omninò Tabor, partit. elem. p.* 3. *sect.* 3. *th.* 39.

* *LIBERATORIUM* tendit ad obligationem tollendam: Et est vel * *NUDUM*, quod de jure civ. naturalem obli-

gati-

gationem ipso jure tollit, 95. §. 4. *de solut.* civilem verò & exceptionem ex priori pacto liberatorio competentem tantum ope exceptionis & replicationis elidit. 17. §. 2. 27. §. 2. *h.* §. 3. *I. de Except.*

n. * *NON NUDUM*, quod etiam civilem obligationem ipso jure solvit. Ex hoc genere pactorum quædam certam formam nomenque habent, ut novatio, acceptilatio, §. 1. 2. 3. *I. quibus mod. toll. oblig.* alia certum nomen aut formam non habent, & simpliciter pacta Liberatoria dicuntur. 6. *h.* ut in 17. §. 1. 27. §. 2. *vers. sed si pactum.* §. 4. *h.* 17. §. 6. *de injur.* D

Tandem (5.) pactum est vel *JUDICIALE*, vel *EXTRAJUDICIALE. vid. W. h. n.* 4. *& 9. ubi agit contra L.* 28. *C. de transact.* †

Pacta *FIUNT* consensu, signô aliquô declaratô, vel à Lege præsumpto, vel ficto. 1. §. 3. *h.* 55. 57. *de O. & A.* Debet etiam causa adesse non erronea, ut pacta sint efficacia, 1. 3. *de condict. sine causa.* 2. §. 3. *de exc. dol. mal.* 56. *h. arg.* 25. *pr. de probat. c.* 14. *X. de fid. instr.* 51. *h.* eaque exprimi, &, nisi hoc fiat, à Creditore probari. 25. §. *f. de prob. d. c.* 14. In liberatoriis donatio præsumitur. 40. *pr. h.* C

Celebrant pacta, & quidem, ubi sufficit ex æquitate fictus consensus, omnes omninò: etiam prodigi, furiosi, &c. 3. §. 5. 6. *de N. G.* 1. §. 2. *de contrar. tut. act.* 46. *de O. & A.* Ubi requiritur consensus ex facto proprio præsumtus, vel fictus, ibi tantùm admittuntur, qui etiam veros contractus celebrant, 3. §. 4. *de N. G.* quales sunt omnes, qui verè consentire, ac consensum signô aliquô idoneô declarare valent. *arg.* 1. §. 3. *h.* masculi & fœminæ. 6. *c. de revoc. donat. Carpz. de jur. fœm. sing. decad.* 3. *posit.* 1. *n.* 16. paterfamil. & fil. 39. *de O. & A.* mutus vel surdus, 4. §. 1. *h.* 48. 52. §. *p. f. de O. & A.* cœcus. *arg.* 9. *de adopt.* S

O * *IMPEDIUNTUR* furiosi, mente capti, 5. 40. *de R. I.* 70. §. 4. *de fidejuss.* 2. *C. de contrah. empt. & vend. vid. tamen* 6. *C. de curat. furios.* infantes, §. 9. *I. de inutil. stipul.* 14. *de sponsal.* 18. *C. de Jur. delib.* extremè ebrii, *c. sanè discimus.* 7. *c.* 15. *q.* 1. *c.* 14. *x. de vit. & honest. Cleric.* dormientes. 1. §. 3. *de A. A. P.*

o. * *PROHIBENTUR*, contrahentes, Pater cum filio in potestate de rebus non castrensibus, sc. quoad Jus civ. §. 6. *I. de inut. stipul.* 2. *pr. de C. E. V. arg.* 4. *de Judic.* 7. *de O. & A.* Advocatus cum Cliente de quota Litis, 53. *h.* 6. §. 2. *C. de postuland. vid.* 1. §. 12. *de extraord. cogn. Carpzov.* 1. *c.* 1. *def.* 24. 34. Ægrotus cum medico pro salute, 9. *C. de profess. & med.* 3.

de ex-

de extraord. cogn. Mayrard. lib. 3. decis. Tholosan. 73. Bach. h. cap. de objecto pactorum. n. 4. PUPILLI infantiâ majores sine tutorum autoritate ex sua conventione regulariter nec naturaliter obligantur; 28. pr. h. 41. de cond. indeb. 59. de O. & A. nisi locupletiores facti, 5. pr. §. 1. de aut. tut. 13. §. f. 14. de condict. indeb. 3. pr. commod. 1. §. 15. depos. 66. inf. de solut. aut dolosè egerint. d. l. 1. §. 15. 3. C. si min. se maj. dix. junct. 111. de R. I. aut agatur de Tertii præjudicio. 127. de V. O. 1. §. 1. de novat. §. 3. I. quib. mod. toll. obl. Idem est in MINORE curatorem habente, 3. C. de in integr. rest. junct. 6. de V. O. Prodigo, 1. 6. 10. 16. de curat. furios. Carpz. p. 3. c. 9. def. 10. vid. 6. de V. O. 3. de novat. 40. de R. I. 9. §. 7. de R. C. & nostris moribus FOEMINA. Carpz. 2. c. 15. d. 1. & tr. de sign. fœm. jur. decad. 3. per tot. Servi ex conventione naturaliter quidem, non etiam civiliter obligantur. 14. de O. & A. 21. §. 1. h. 22. de R. I.

O OBJECTUM sunt * RES (1.) Existentes, licet tantùm P
spe: 8. pr. §. 1. de contrah. empt. non etiam, quæ existere non possunt. §. 1. I. de inutil. stip. 15. pr. de contrah. empt. 1. §. 9. de O. & A. nam neque harum æstimatio aut pœna debetur. 69. 103. de V. O. v. 83. §. 7. d. t. (2.) in commercio. 83. §. 5. vers. nam de his. de V. O. non etiam, quæ extra commercium, §. 2. I. de inut. stip. 1. §. 9. de O. & A. 83. §. 5. 103. de V. O. 6. 34. §. 2. de C. E. V. sive absolutè, sive ejus tantum, cui promittuntur. 34. de V. O. v. 11. §. 16. de leg. 3. 11. de re milit. t. t. C. ne Christ. manc. Judæ. &c. (v. tit. de contrah. E. V. in Objecto) (3) de quibus conventio specialiter non est prohibita. t. t. de litigios. Huc non simpliciter pertinent res alienæ. 16. §. 1. 9. 36. §. 1. de pign. act. 15. commod. 25. §. 1. de contrah. empt. Bach. ad W. h. n. 6. & h. t. num. 4. De HEREDITATE delata valida est conventio. t. t. ff. & C. de her. vel act. vend. Circa VIVENTIS HEREDITATEM pactum * AFFIRMATIVUM, quod fit de succedendo, respiciens * PACISCENTIUM hereditatem, regular. J. civ. nullum est, 61. de V. O. 15. 19. C. h. 5. C. de pact. convent. 4. C. de inut. stipul. etiamsi sit conservativum: 15. C. h. f. de suis & legit. Mæstert. 1. de just. LL. Rom. dub. 41. neque naturalis inde oritur obligatio. arg. 15. C. h. 5. C. de pact. convent. 4. C. de inut. stip. Hahn. de jure rer. concl. 69. n. 2. Nisi inter milites, in quibus est instar ult. volunt. 19. C. h. Carpz. 2. c. 35. def. 20. & personas illustres, Carpz. 2. c. 35. d. 25. Hahn. d. t. concl. 73. & conjuges,

Q
R

ges. *Hahn. d. tr. concl. 73. Myns. cent. 2. O. 33. Gail. 2. O. 8. n. 2. Scheffer. part. 2. q. 29. v. Hahn. d. tr. concl. 71. Pistor. l. 4. q. 1. & seq.*

r. *TERTII hereditatem etiam Jur. civ. subsistit; 3. §. 2. *pro soc.* modò, si de certi hominis hereditate fiat, ille quoque consentiat, & ad finem hanc voluntatem habeat. *f. C. h. Carpz. 2. c. 35. d. 17. 19. vid. 2. §. f. de his, quæ ut indign. aufer. 29. §. f. 30. de donat. Carpz. d. l. n. 10.*

q. * *NEGATIVUM*, quo quis futuræ hereditati renunciat, J. civili etiam nullum est. 94. *de A. vel O. H. 3. C. de collat. 35. §. 1. C. de inoff. testam. L. f. de suis & legit. hered. Mæstert. 1. dubiet. 42. vid. tamen. c. quamvis. 2. de pactis. in. 6. Carpz. 2. c. 35. d. 4. lib. 5. Resp. 4. 5. Hahn. d. tr. concl. 84. Treutl. V. 1. D. 6. θ. 8. & ibi Bach. Kellenbenz. tr. de renunc. success. quæst. 2.*

p. * *FACTA*, quæ natura & jus permittunt. Nuda, quæ sc. nullum effectum juris post se relinquunt, ut Lipsiam ire, &c. 72. *de V. O.* Et non nuda, quæ Jus tribuunt, & causam bonorum habent. 52. §. 1. *de V. O.* *NON* etiam, quæ natura vel leges vetant. 7. 26. 35. *pr.* §. 1. 137. §. 6. *de V. O.* 1. §. 11. 31. *de O. & A.* 15. *de condit. inst.* 7. §. 3. 27. §. 3. *h.* Ne quidem juramentô accedente. 7. §. 16. *h.* Sic etiam non subsistit pactum, ne Dominus rem suam alienet; *p. h. arg.* 15. *de Servit.* 38. §. 17. *de V. O.* Nisi paciscentis intersit, aut ipse jus in re habeat; quo posteriori casu alienatio, ratione paciscentis, est nulla. 7. §. *f. de distr. pign. à Sande, tr. de prohibit. rer. alienat. p. 4. c. 1. n. 2.* Idem est, si Dominus rei suæ alienationi talem adjecit legem, ne à novo Domino alienetur; 20. §. 1. *de pact. dotal.* 48. *h.* neque enim hic, si contra fiat, dominium transfertur. *f. C. de reb. alien. non alien. 3. C. de condict. ob causam. f. C. de pact. inter empt. & vend. arg. p. C. si mancip. ita fuer. alien. Joh. à Sande, d. l.* (*obst. L. 3. C. de condict. ob causam.* 135. §. 3. *de V. O. Mantic. Bach. de act. 3. disp. 4. θ. 19.*)

S Producunt pacta liberationem vel obligationem, * *NUDA* obligationem naturalem tantùm; 5. §. 2. *de solut.* cujus effectus sunt in *L.* 7. §. 4. *h.* 3. *C. de usur.* 13. 19. 26. §. 12. 41. *de condict. indeb.* 5. 14. §. 1. *de pign.* 6. §. *f.* 7. 16. §. 4. *de fidejuss.* 1. §. 7. *de const. pecun.* 1. *de novat.* 6. *de compens.* Actionem tamen non pariunt de J. civil. 7. §. 5. *h.* quod nec J. can. expressè mutatum. (*obst. c. 1. 3. x. de pact.*) Hodiè producunt actionem; *Wesenb. h. n. 10. ibi Hahn. vers. non stricti Jur. inf. Carpz. 2. const. 19. d. 17. num. 7. & 8. p. 2. const. 32. d. 10. num. 9. & p. 3. c. 5. d. 22. n. 2.* nisi sint pacta tantùm præpa- E

D ratoria

ratoria contractuum, *v. Carpz. 2. c. 33. d. 23.* * *NON NUDA* obligatoria civilem obligationem atque personalem actionem, *7. pr. §§. seq. h. 42. §. 2. de procurat.* qua, in Obligatione Dandi, debitor rem habens præcise illam tradere compellitur: *§. 2. I. de donat. vid. tamen 5. §. 1. de P. V.* In Obligatione Nudi Facti, ad interesse condemnatur. *13. in f. de re judic. 72. de V. O. vide tamen Grœnevv. ad 13. in f. de re judic. Donell. ad L. 72. de V. O.*

D *ACCIDENTIA* conventionum sunt (I.) *CONDITIO*, quæ, propriè loquendo, est qualitas actui adjecta, quæ vim ejus confert in casum futurum incertum. *§. 4. I. de V. O. 39. de R. C. 34. §. 1. 79. pr. de condit. & demonstr. 9. §. 1. de novat. 18. de condict. indeb.* Cognoscuntur præprimis ex mente disponentis: *19. pr. §. 1. de condit. & demonstr. 2. de his, quæ pœn. caus. f. c. quæ res pign. obl. poss.* deinde ex particulis, Si, Cum, Nisi, Postquam, Donec, &c. vel ex duobus ablativis in oratione dispositiva absolute positis (*vid. 2. §. 16. de O. 7.*) verbisque futuri temporis junctis. *93. ad L. Falcid. 109. de condit. & demonstr. 69. §. 4. de Eviction. vid. Tabor. in Thesaur. loc. comm. Barbos. 1. c. 1. ax. 1.* Conditiones propriè *NON* sunt, (1.) quæ propter naturam vel LL. dispositionem tacitè insunt, *vid. 1. pr. & §. f. de condit. & demonstr. 21. 41. de jur. dot.* (*obst. 107. de condit. & dem.*) & in diem resolvuntur, *73. pr. de V. O. 99. de cond. & demonstr. 6. §. 1. junct. 5. §. 1. quando dies legat. 4. §. 2. h. Bach. h. cap. de secunda pact. divis. num. 10. Gœdd. tr. de contrah. stipul. c. 8. num. 129. Riemer. de contract. c. 7. §. 35. num. 8. & §. 36. n. 21.* etiamsi expressè additæ sint. *3. de leg. 1. 107. de condit. & demonstr. 7. pr. & §. 1. quando dies legat. arg. 3. C. de fidejuss.* (2.) Quæ actum in præsens vel præteritum conferunt: talis enim conventio statim valet, si verum est, in quod collatum, aut nulla est, si falsum. *§. 6. I. de V. O. 10. de condit. inst. 3. §. 13. de bon. libert. 100. 120. de V. O. 37. de R. C.* (3.) Impossibiles natura & jure, *vide 35. §. 1. 137. §. 6. de V. O. 15. de cond. inst.* Conventiones statim vitiant; *1. §. 11. de O. & A. 7. 35. de V. O. §. 10. I. de inut. stip.* (*obst. c. f. X. de condit. appos. in desponsat.*) In ultimis voluntatibus habentur pro non adjectis. *§. 10. I. de her. instit. 1. 6. 14. de cond. instit. 3. de condit. & demonstr.* (4.) Contrariæ, quia necessariæ sunt, actum illicò faciunt subsistere. *7. 8. de V. O. 50. §. 1. de her. inst. §. 10. 7. de inut. stip.*

† Conditio (1.) est vel **SIMPLEX*, **POTESTATIVA*,

quæ

quæ dependet à voluntate & poteſtate implere debentis. *L. un.* §. 7. *C. de cad. toll.L.f.C.de neceſſ.ſerv.her.inſt.* & quidem in nudam voluntatem rei debendi expreſsè conferri nequit. 17.46.§.*f.de V.O.*8.*de O. & A.*13.*C.de contrah.empt.vend.*7.*ff. eodem.vid.Fr. diſp. de Oblig. th.*30. *Riemer.d.l.* Eſtque vel dandi, vel faciendi, vel mixta. 60. *de condit. & demonſtr.*

* *CASUALIS* eſt, cujus impletio à ſolo caſu dependet. *L. un.*§.7.*C. de caduc. toll. L. fin. C. de neceſſ. ſerv. hered. inſt.* * *MIXTA* dicitur, quæ partim arbitraria, partim fortuita eſt. *d.* §.7. *Riemer. d.l. num.* 16. (2.) *SUSPENSIVA* ſive conſtitutiva, quæ actum plenè perficiendum confert in eventum futurum. *RESOLUTIVA*, quæ actum jam perfectum ſub futuro aliquo eventu reſolvit. 2. *de in diem addict.* 1. *de L. commiſſ.* Illa ſuſpendit actus perfectionem, 7.*pr. de contrah.emt.*43. §.*p. de Ædil. edict.* adeò, ut ipſum Jus in ſuſpenſo ſit, 16.§.*p. de fidejuſſ.*19. *de conſt.pec.*13. §. *p.de pign.*213. *de V. S.*36. *de R. C.* 41. *de cond. & demonſtr.*116. *de V.O.vid.*16.*pr.*48. *de condict. indeb.* & tantùm ſpes ſit, debitum iri; §.4.*I.de V.O.* quæ tamen ſpes in conventionibus hoc facit, ut quis creditor dicatur, 42. *pr. de O. & A.* 10. 54. *de V. S.* atque res ipſius bonis annumeretur. 73. §. 1. *ad L. Falcid.* Alios effectus *vide in* 4. *de ſeparationibus.* 31. *pr.* §. 3. *de reb. aut. jud. poſſ.*6. *ex quib. cauſ. in poſſ.eatur.* impedit pœnitentiam, 8. *de peric. & commod. rei. vend. Paul. de Caſtro, in L.* 2. *C. quando lic. ab empt. recedere.Riemer. de contract. c.*7.§.36. *n.* 29. hæc obligationis ſpes utrinque etiam ad hæredes tranſit. §.4.*I.de V. O.* 24.*I.de inut.ſtipul.*57.*de V. O.* Etiamſi conditio ſit poteſtativa: modò perſona non fuerit ſingulariter ſpectata. 13. *C. de contrah.ſtipul.f. de condit. inſt. Vinn.ad* §. 4.*I. de V. O. num.* 7. Hinc apparet, etiam pendente conditione aliquid ſubeſſe, quod conventionem ſuſtentat, *Gœdd. de ſtipul. c.* 9. *num.* 176. atque ſic obligationem tanquam in utero materno latere. *Carpz.*3.*c.* 9. *d.*18. *num.*3. *Bach.v.*2.*D.*27.*th.*6.*lit.d.* unde conventiones conditionales ex præſenti vires accipiunt; 26.*de ſtipul. ſerv. vid. Riemer. d. l.* quod ſecus eſt in legatis. *L. un.* §.7. *C. de cad. toll. L.* 42. *pr. de O. & A.* 4.5.§.2. *quando dies leg. ced.*

Ut itaque conventio conditionalis obligationem producat, conditio Caſualis omninò eſt expectanda: Poteſtativa verò in forma ſpecifica, 44. *de cond. & demonſtr. Carpz.* 2. *c.* 45. *def.* 3. *n.* 6. aut ſi non poteſt, per æquipollens adimplenda.

16. de uſ. & uſufr. leg. 44. de hæred. inſt. Gail. 2. O. 4. n. 15. Sin verò impediatur facto adverſarii, 161. de R. I 24. 81. §. 1. de condit. & demonſtr. 50. de contrah. emt. 50. in f. de V. O. Carpz. 1. c. 1. d. 28. n. 5. aut caſu, 8. §. 7. 23. de condit. inſtit. vid. omnino Bach. V. 2. D. 13. θ. 6. lit. f. Riemer. d. l. n. 38. Vinn. ad. §. 11. I. de her. inſt. in f. pro impleta habetur. dd. LL. Conditione autem ſemel EXISTENTE, L. 7. C. de inſtit. & ſubſtit. perinde habetur, ac ſi ab initio purè conventum eſſet, 20. de condit. inſt. 11. §. 1. qui pot. in pign. 8. pr. de contrah. emt. 8. pr. de peric. & commod. rei vend. vid. omnino 9. §. 1. qui pot. in pign. Bach. v. 2. D. 27. θ. 2. lit. d. verſ. filiusfamil. patr. & ſtatim cedit ac venit dies, modò plures conditiones copulativè adjectæ omnes impleantur, §. 11. I. de her. inſt. 5. de condit. inſt. 129. de V. O. vel tempus adjectum exactionem non ſuſpendat. 8. de V. O. vid. Bach. v. 2. D. 27. θ. 6. lit. g. Riem. de contract. c. 7. §. 37. Si DEFICIAT conditio, deficit etiam ipſa conventio. 8. pr. de peric. & commod. rei vend. 37. de contrah. emt. (II.) *DIES conventionibus vel tacitè ineſt, 2. §. 6. de eo, quod cert. loc. 41. §. 1. 73. pr. de V. O. §. 5. I. eodem. vid. l. 137. §. 2. d. t. 14. de V. O. vel expreſsè: Et quidem vel temperandæ obligationis gratiâ, 10. de V. O. vel præſtationis multiplicandæ, (hoc caſu initio cujuſque anni, tanquam purè promiſſa, petuntur) §. 3. I. de V. O. 56. §. 4. de V. O. 16. §. 1. eod. vel obligationis finiendæ: & tum lapſus diei exceptionem pacti vel doli parit, §. 3. I. 56. §. 4. de V. O. L. 44. §. 1. de O. & A. vel differendæ ſolutionis, 46. pr. 118. §. 1. de V. O. 132. d. V. S. quæ dicitur eſſe facta ex die, vel in diem, §. 2. I. de V. O. L. 213. de V. S. imò etiam ad diem. 77. de V. O. 40. de R. C. Adeoque in conventione ad diem
E *CERTUM, debitoris gratiâ additum, ſtatim cedit dies; §. 2. I. de V. O. L. 213. de V. S. 46. pr. de V. O. junct. 42. §. 2. de procur. §. 10. I. de exc. Fr. ex. 10. q. 2. Bach. V. 2. D. 27. θ. 6. lit. c. non autem venit dies, antequam totum tempus præterierit. §. 2. I. L. 56. pr. de V. O. 213. de V. S. 44. §. 1. de O. & A. Idem dicendum eſt, ſi tantum in incerto ſit, quando ille certus dies venturus ſit. arg. 17. pr. de condict. indeb. *INCERTUM: AN & QUANDO extiturus ſit, vel ſaltem, AN extiturus ſit, obligatio ſuſpenditur, cum hujusmodi dies verè pro conditione ſint. arg. 16. §. 1. 56. de condict. indeb. 38. §. 1. de V. O.

Etiam in conventione purâ (vid. §. 2. I. de V. O. 9. §. 1. de novat. 79. pr. de condit. & demonſtr.) judex ex humanitate

aliquam

aliquam dilationem solutionis concedit. 105. *de solut. §. f. I. de inut. stipul. Bach. v. 2. D. 27. θ. 6. lit. a.* Sunt autem etiam puræ conventiones, quæ habent conditionem necessariam, vel in præsens, vel in præteritum collatam, vel resolutivam. 2. *pr. de in diem addict.* item cui dies multiplicandæ & finiendæ obligationis gratiâ est additus. *§. 3. l. de V. O. 56. §. 4. de V. O.*

t. (III.) * *MODUS* etiam non facit, quo minus D
conventio sit pura; est autem modus causa finalis, propter quam
aliquid fit vel præstatur. Additur per particulam UT, 17. *§. f. de* E
condit. & demonstr. Non suspendit obligationem. 41. *pr. de contrah. empt. vid.* 17. §. 2. 44. *de manumiss. testam.* 40. *in f.* 80. *de condit. & demonstr. Carpz.* 3. *c.* 13. *d.* 29. Non impletus tamen resolvit negotium condictione. 1. *C. de donat. quæ sub mod. Riemer. de contract. c. 7. §. 36. n. 34.*

DE TRANSACTION. II. 15.

TRansigere hic est controversiam vel rem dubiam con- D
ventione decidere, aliquo dato, promisso vel retento. 1 *h.* 2. 7. 33. 38. *C. h. Fr. h. n. 3. Vinn. h. c. 1.* Et Transactio est rei dubiæ conventa & non gratuita decisio. *dd. LL.*

A Estque *Universalis, quæ omnes, etiam diversi generis lites †
a. continet: vel * Generalis, quæ respicit plures ejusdem generis lites, etiam posteà repertas; modò dolus & error absit,
a. 19. 29. *C. h.* vel *Specialis, quæ fit de re aliqua certa, liteque speciali, quæ ad alias non pertinet, licet additum sit hoc: nihil à te petam. 31. *C. h.* Deinde est vel Jurata, vel Non-jurata. 41. †
42. *C. h.* Pœnalis, vel Non-pœnalis. 15. *ff.* 37. *C. h.* Judicialis, vel Extrajudic. 28. *C. h.*

Fit vel pacto, 2. 15. *ff.* 28. *C. h.* contractu innominato, C
ft. *FORMA* eſt in *L.* 20. *C.* Mandatum vitiat hunc quaſi contractum, *L.* 1. *de procurat. l.* 20. *C. h.* ut & ratihabitio, negotiô nondum perfectô, *L. ult. C. ad SCt. Macedon. L.* 60. *de R. J. v. L.* 9. *ff.* & *L.* 9. *C. h. Fr. h. n.* 13. & neceſſitas gerendi. *L.* 20. *C. h.*
E Inde naſcitur mutua obligatio & actio, *d.* §. 1. *GESTORIS*, principaliter ad id, ut debitâ diligentiâ gerat, atque mortuô Dominô ad finem perducat. 21. §. 2. 31. §. 2. Regulariter ſufficit exacta diligentia. 11. *ff. L.* 20. *C. h. Fr. exerc.* 11. *q.* 11. & *h. t. n.* 26. & *ſeqq.* Si alius diligentior actu concurrat, & hujus contemplatione abſtineat, requiritur exactiſſima diligentia. *d.* §. 1. Si utilitas Domini non intenditur, aut ratio geſtionem diſſuadeat, etiam caſus fortuitus præſtandus eſt. 6. §. 3. *L.* 11. *h.* Si amicus gerat negotia aliàs peritura, ſufficit dolum præſtare. 3. §. 9. Qui aliqua ſuſcepit, alia gerere neceſſariò non tenetur; 15. 16. *ff.* 20. *C. h.* niſi ſint connexa, vel alius omnia geſturus hujus intuitu abſtineat. 6. §. *f.* Debita à ſe ipſo exigere, 6. §. *f.* 8. §. 1. *l.* 38. *h.* & rationes debet, 2. & gratuitò reddere omnia, 8. §. 1. *L.*23. 38. etiam uſuras, quas ex hac geſtione accepit,

pit, vel percipere potuit. 19. §. 4. *L.* 31. §. 3. *vid. tamen L.* 13. §. 1. *de usur.* Si ipse pecuniâ Domini usus est, maximas debet. 38. *DOMINUS* negotii minus principaliter ex hoc obligatur ad indemnitatem gestoris, 2. *ff. junct. L.* 22. *C. h.* ad impensas utiles & necessarias, 45. 27. *inf. pr. h.* cum usuris; 19. §. 4. *ff. L.* 18. *C. h.* etiamsi negotium diversum habuerit exitum: 12. §. 2. modò gestor cum ratione susceperit, 10. §. 1. *h.* nec plus, quàm oportuit, impenderit. 25. Negotiorum gestori debet cedere actionem contra furem competentem, *L.* 53. §. 3. *L.* 85. *de furt.*

ACTIO negotiorum gestorum est civilis, personalis, *L.* 3. §. 7. *h.* bonæ fidei, 7. *h.* §. 28. *I. de act.* quâ agitur inter negotiorum gestorem & eorum Dominum, ad ea, quæ sibi invicem ex hoc quasi contractu præstare debent. D

DIRECTA datur Domino & heredibus; 3. §. 7. licet gestor ea ad alium pertinere crediderit, 5. §. 1. *L.* 6. §. 8. *L.* 45. §. *f. h.* adversus gestorem & ejus heredes, 3. §. 7. ad omne illud, quod ex hoc quasi contractu præstare debet. *L.* 2. *h.* §. 1. *I. de Oblig. quæ quasi ex contr.* *CONTRARIA* datur gestori & heredibus, contra dominum & heredes, 2. 3. §. 7. ad omne illud, ad quod ex hoc quasi contractu sunt obligati. Utraque est perpetua, 8. *C.* utraque est directa, quæ datur omnibus concurrentibus requisitis, vel utilis, quæ datur ex æquitate, unô vel alterô requisitô deficiente, & in subsidium applicatur. *L.* 7. *C. arbitr. tut. L.* 17. *C. h.* Quoad effectum nihil interest inter hanc & illam, *L.* 47. §. 1. *ff. h.*

DE CALUMNIATORIBUS. III. 6.

CALUMNIATORES hîc dicuntur, qui pecuniam acceperunt, ut calumniæ causâ alicui litem moveant, vel non moveant. 1. *pr. vid.* 19. *ad exhib. L.* 233. *pr. de V. S. L.* 1. §. 1. *ad SCt. Turpill.* Inde datur ACTIO in factum prætoria, pœnalis, illi, cujus causâ pecunia data, promissa vel remissa est, ut ipsi calumniosum negotium in judicio fiat vel non fiat, adversus accipientem, intra annum in quadruplum, post annum verò in simplum. 1. *pr. h.* §. 25. *I. de act.* D D

Oritur ex delicto, sc. pecuniâ, 1. §. *f.* obligatione, liberatione, vel aliô quocunque lucro à quovis, 2. 3. *pr.* §. 2. 5. ante vel post litem contestatam. 1. §. 2. per se, vel per alium, 2. *h.* eum in finem accepto, ut supra 1. *pr.* & §. 1. etiamsi effectus non fuerit sequutus. 3. §. 1. C

S *DATUR*, ut ſupr. 3. §. 3. *L.* 7. *pr.* & §. 1. *h.* non datur heredibus, 4. nec tertio, qui miſericordia ductus pecuniam dedit, ne mihi negotium fiat calumniâ; huic tamen datur condictio ob turpem cauſam; 7. *pr.* §. 1. ſed qui dedit, ut alteri negotium fiat, ille non habet repetitionem, 3. §. *f.*

P *CONTRA* illos, ut ſupr. 1. *pr.* non contra heredes, niſi aliquid ad eos pervenerit. 5.

O *AD* exigendum intra annum utilem, *v.* 6. quadruplum ejus, quod reus accepit, 1. *h.* cui regulariter etiam res accepta ineſt; 5. §. 1. niſi tertius dederit, ne mihi injuria fiat, tum enim illi datur condictio, mihi quoque actio in quadruplum. 7. *pr.* & §. 1. *h.*

Poſt annum datur in ſimplum. *d. L.* 1. *pr. h.*

I.n *HODIE* hâc actione hanc calumniam civiliter non vindicari tradit *Granevv. h. t. Gudelin. l.* 3. *c.* 13. *p.* 136.
SS *CONCURRUNT* cum ea Criminalia remedia, *l.* 1. §. 1. *l. pen. h. Weſenb. h. Schneidevvin. ad d.* §. 25. *I. de act.* Condictio ob turpem cauſam, ſecundum tamen ſupradictam limitationem. Et hæc non tollit illam in totum, illa verò hanc. 5. §. 1. *arg. L.* 7. §. 1. *commodat. L.* 34. §. 2. *L.* 41. §. 1. *de O. & A.*

IV. 1. DE IN INTEGRUM RESTITUTIONE.

D *RESTITUTIO* in integrum in genere eſt reductio in priſtinum ſtatum.

† Eſtque GRATIÆ, quæ fit indulgentia Principis, *L.* 1. §. 10. *de poſtul. L.* 1. *L.* 4. *f. C. de ſent. paſſ.* vel *JUSTITIÆ*, quæ fit à magiſtratu, officio jurisdictionis. 4. *L.* 1. §. 10. *de poſtul. Carpz. p.* 1. *deciſ.* 76. *num.* 9. & 10. Hæc iterum eſt
† *CIVILIS*, de qua in *L.* 2. *C. de reſc. vend. L.* 31. *de Jurej. L.* 33.
D *de re judicat.* vel *PRÆTORIA*, de qua hic; quæ eſt auxilium prætoris extraordinarium, quo magiſtratus, ex juſta cauſa imploratus, ſine culpa ſua læſos in priſtinum ſtatum reducit. *L.* 16. *pr. de minor.* Cum ordinariis regulariter non concurrit; *d. L.* 16. niſi ſit pinguius, *arg. L.* 3. §. 1. *naut. caup. ſtabul. Bach. ad Tr. V.* 1. *D.* 11. *th.* 1. *lit. a. Fr. h. num.* 8. vel ordinarium minori contra tertium competat, *L.* 3. *C. ſi tut. l. curat. Carpz. p.* 2. *c.* 11. *d.* 34. vel incertum ſit, utrum competat, tum enim ſubalternativè peti poteſt. *c.* 8. *x. h. Schurpf. cent.* 3. *conſ.* 64.

C *INTRODUCTUM* à Prætore. 1. *h.* *CONCEDITUR* à ma-

à magistratu majori, & mandatariis ejus; *L. ult. C. ubi & apud quem cogn. in integr. rest.* sed non à municipali, *L. 26. §. 1. ad municip.* vel judicibus pedaneis, aut arbitris compromissariis. *d. L. f. C. Bach. ad Tr. V. 1. D. 11. th. 1. lit. c.* Hodie omnes restituunt, qui habent jurisdictionem civilem, *Giph. ad d. L. f.* etiam contra propriam & antecessorum sententiam; *L. 42. l. 16. §. f. de minor.* sed non contra superioris; *L. 18. eodem. 1. C. ubi & apud quem.* modò causa illorum jurisdictioni sit subjecta, idque vel ratione domicilii rei, *arg. L. 2. C. ubi & ap. quem cogn. in int. rest.* vel in rescissoria & metus causa actione, ratione rei sitæ; *arg. L. f. C. ubi in rem act. Fr. h. n. 32.* sed non ratione contractus. *vid. Bach. in comm. h. p. 963. v. p. 102.*

OB CAUSAM metus, doli, ætatis, absentiæ, aliusve justi impedimenti, status mutationis, alienationis judicii mutandi causa, & interdum erroris. 1. 2. *Hahn. h. n. 1.* Absque causæ cognitione nunquam conceditur. 3. 7. *pr. §. 1. h. Carpz. p. 1. c. 26. def. 23.* C.i

PETITUR officio judicis vel per modum actionis, *L. 24. §. f. de minor.* vel per modum exceptionis, *L. 9. §. 4. de Jurej.* etiam per procuratorem, *L. un. C. etiam per procurat.* cum speciali mandato, *L. 25. §. 1. de minoribus.* vel cum generali cum libera, *c. 4. de procur. in 6.* vel si incidenter petatur. *c. suscitata. 6. x. h. Perez. in C. etiam per procurat. & c. Carpz. l. 2. R. 99. num. 11. Mynf. cent. 2. obs. 26.*

DATUR læsis, 1. *h.* & Successoribus, *6. h. L. 18. §. f. de minor.* etiam singularibus; *L. 24. pr. eodem. L. 20. §. 1. de tut. & rat. distr.* nisi defunctus eô uti noluerit. *arg. L. un. C. Si advers. dot. Carpz. 2. R. 98. n. 19. & seq.* S

Adversus Lædentes, & interdum quosvis rerum possessores; non etiam contra patronos & parentes; *L. 2. C. qui & advers. quos.* nisi in casu *Nov. 155. v. Perez. d. tit. n. 3. Bach. ad Tr. V. 1. D. 11. th. 13. lit. a.* P

Ad rescindenda negotia valida, quibus quis contra æquitatem læsus est; *L. 16. pr. de minor. L. 2. L. 4. C. in quibus caus. in integr. rest. L. 2. C. de præd. min. Carpz. p. 2. c. 11. d. 20. n. 3.* Dummodo læsio sit alicujus momenti. 4. *h. vid. Carpz. p. 1. c. 1. d. 9. Bach. in comm. h. p. 964.* O

A *POSTULATA* restitutione omnia in suo statu manere debent, *L. un. C. in integr. rest. postul. &c. Berlich. p. 1. decis. 179. num. 1.* nec executio fieri potest, *arg. d. l. un. L. 32.* E

C. de

C. de transact. L. 42. *de minor. Finckelth. obs.* 106. *num.* 1. *Mynf. c.* 6. O. 80. *Berlich. p.* 2. *dec.* 219. *& p.* 1. *concl.* 84. *n.* 50. etiamsi inchoatus sit executionis processus; *vid. Berl. part.* 2. *d.* 219. *Carpz.* 2. R. 93. nisi justè præsumatur, illam malitiosè esse petitam, tum enim sententia executioni mandatur, præstitâ à victore cautione, de omnibus restituendis, si adversarius in integrum restitutionem impetraverit. *c. suscitata.* 6. *x. h. arg. L.* 38. *ff. de R. V. Finckelthus. d. O. num.* 6. de qua præsumptione cognoscit judex. *Finchelth. d. O. n.* 9. *IMPETRATA* restitutione restituitur amissum, *L.* 1. *C. in quibus caus. in integr. rest. nec. L.* 24. §. 4. *de minor. L.* 26. §. 8. *ex quib. caus. maj.* omniaque in pristinum statum reducuntur ex utraque parte. *L. un. C. de reput. quæ fiunt in judic. in integr. restit. L.* 22. §. 1. *L.* 29. *ex quib. caus. maj. L.* 39. §. 1. *de minor. vid. tamen L.* 29. §. 1. *de minor. L. p. C. de his, quæ vi metusve causa.* a.

QUOD METUS CAUSA GESTUM ERIT. IV. 2.

R EX hâc causa restituitur, qui vi metuque compulsus aliquid gessit, unde læsus est. 1. *h.* Requiritur itaque, ut (1.) restituendus aliquid gesserit. 1. *v.* 9. §. 3. quo ipso excluditur vis ablativa, expulsiva, turbativa, offensiva, &c. 3. *pr.* 14. §. 12. delictum, quod geri non dicitur. *Gœdd. ad. L.* 19. *n.* 14. *&* 15. *ff. de V. S. quo facit l.* 7. §. 1. *de in integr. restit. vid. tamen Carpz. part.* 1. *q.* 18. *n.* 50. *Bach. in comm. h. p.* 978. excluduntur etiam ultimæ voluntates. *per ea, quæ tradit Gœdd. d. l. num.* 16. (2.) Vi metuque compulsus. 1. 3. *pr. v. l.* 9. §. 1. *inf. ff. h.* quid sit vis, quid metus, habetur *in* 1. 2. Utrumque hic requiritur: (3.) Et quidem ex parte *AGENTIS* vis injusta, 3. §. 1. *l.* 9. §. 1. *l.* 21. *pr.* facto atrox. 3. §. 1. *L.* 9. *C. h.* Minæ verbales regulariter non sufficiunt, nisi sint capitales. *arg. d. L.* 9. 7. *C. h.* Nec metus vanus sufficit. 9. *pr.* 21. *pr.* Ex parte PATIENTIS metus requiritur, *L.* 2. *L.* 4. *C. h.* præsens, 9. justus, 6. *h.* 3. *ex quibus caus. maj.* qualis est mortis, 3. §. 1. *h.* 3. *ex quibus caus. maj.* etiam civilis, 8. §. 1. 22. *f.* §. 1. *h.* stupri, 8. §. 2. amissionis omnium vel plurium bonorum. *c.* 2. *extr. h. Mynf. cent.* 3. *obs.* 27. Non autem sufficit timor vexationis, vel infamiæ, 7. *pr.* nec metus potentiæ vel reverentiæ, 6. *C. h.* 22. *de R. N.* adeò, ut propter hunc metum gesta nec officio judicis rescindantur; *arg. d. L.* 7. *pr. L.* 6. *C. h. Andr. Schæffer. lib.* 2. *quæst.* 2. *num.* 74. nisi minæ concurrant, & magna subsit læsio. 11. 12. *C. h.*

A a,,

C. h. Gail. lib. 2. *O.* 93. Judicis arbitrium hic observetur. 3. *ex quib. caus. maj. vid. Gail. d. l.* Illud nihil interest, in se quis veritus sit, an in liberis. 8. §. *f.* Nec refert, an metum patiens antea rei illicitæ dederit operam. 7. §. 1. 8. *v. infr. de condict. ob turp.*
a. *caus. vid. c.* 15. *x. de spons.* (4.) Ut exinde damnum senserit. 12. *inf.* Nam quæ metu fiunt, regulariter subsistunt, §. 1. *I. de Except. L. f. C. h.* illorum enim principium non est simpliciter extra agentem. *v. L.* 21. §. *p. h. L.* 85. *de A. vel O. H. Arist. lib.* 3. *Eth. c.* 1. Et hoc verum est etiam in B. F. contractibus, licet metus illis causam dederit. 7. *f. C. c.* 2. *x. h. Perez. in C. h. n.* 4. Ipso tamen jure nulla sunt metu contracta matrimonia, *c.* 15. *inf. x. de sponsal. v. Carpz. l.* 2. *def.* 27. & *L.* 3. *def.* 55. *Gerh. Ames. Dunte.* manumissio, *L.* 9. *pr. L.* 17. *qui & à quibus manumiss.* dotis promissio, 21. §. 3. sed non juramentum. *vid. infr. de Jurej. per ea, quæ tradit Bach. ad Tr. V.* 1. *d.* 11. *th.* 4. *lit. d.*

Petitur ob hanc causam restitutio vel per *EXCEPTIONEM*, 9. §. 3. quæ est in rem scripta, 9. §. *f. h.* 4. §. 33. *de dol. mal. except.* & datur etiam fidejussori. *L.* 7. §. 1. *de except.* 14. §. 6. vel per *ACTIONEM*, eamque vel veterem, quæ, negotiô rescissô, à prætore iterum datur; sed utilis tantum, quæ tamen cum directa est ejusdem naturæ, 9. §. 4. 21. §. *f. ff. h.* 3. *C.* vel novam, scilicet actionem *QUOD METUS CAUSA*, quæ est prætoria, 1. *h.* personalis, §. 31. *I. de act.* in rem scripta, 9. §. 8. arbitraria, *d.* §. 31. competens propter justum metum læso, ejusque heredibus, adversus metum inferentem, & quemcunque rei metu amissæ possessorem, ad illam recuperandam, vel intra annum utilem ad ejus quadruplum exigendum, si res ad arbitrium judicis non restituatur. Q

Practici dividunt hoc remedium in rescindens & rescissorium; *Fr. in comm. de rest. in integr. n.* 13. quæ divisio de Jure civili incognita est. *Bach. de act. D.* 3. *th.* 26. †

ORITUR ex delicto, scilicet ex vi compulsiva: Datur vim passis & heredibus, 16. §. 2. 14. §. 2. adversus inferentes, licet tertius rem possideat. 14. §. 5. vel ipsa perierit, 1. *C. h.* 18. §. 1. *de dol. mal. arg. L.* 8. §. 1. *de condict. furt. vid.* 14. §. 1. *h.* & quidem contra singulos in solidum: unius tamen præstatio cæteros liberat. 14. §. *f. & seqq.* (nam hæc actio suâ natura est rei persecutoria, & propter contumaciam non restituentis demum fit mixta pœnalis. 14. §. 1. 2. & 3. *L.* 16. §. 2. *h.*) Adversus heredes illorum datur, quatenus aliquid ad illos C S P.

ex eo

ex eo pervenit, 16. §. *f.* licet illicò consumptum sit. 17. 19. Datur etiam contra b. f. possessorem, 14. §. 3. *&* 5. qui tamen liberatur, si res ante litem contestatam perierit, 14. §. 5. nisi inde locupletior factus. 18.

O *REPETITUR* res cum fructibus, à delinquente & m. f. possessore etiam percipiendis, 12. 14. §. 7. quæ si ad arbitrium judicis non restituantur, intra annum utilem (qui non est mutatus in quadriennium: *arg. L.* 32. *in f. C. de appell. vid. L. ult. C. de temp. in integr. restit.*) reus, etiam b. f. possessor, *arg.* 14. §. 3. *h. l.* 152. §. 2. *de R. J. L.* 1. §. 14. *in fin. de vi & vi arm.* in quadruplum, cui etiam res inest, condemnatur. 14. §. 1. 3. *&* 7. *&c.* Post annum verò, causâ cognitâ, actio datur in simplum, quæ est perpetua, 14. §. 1. *L.* 17. 19. *ff.* 4. *C. h.* Actor etiam restituere debet, quæ pro re metu gesta accepit, 3. 4. *C.* nisi officialis à subdito violenter emerit. *L. p. C. h.* Pretium, quo tertius possessor illam rem comparavit, restituere non tenetur, 2. *C. de furt.*

NB. Probatio, hæc ita esse, incumbit affirmanti. 14. §. 3.

IV. 3. DE DOLO MALO.

AD restitutionem ex hac secunda causâ requiritur Dolus malus, quo Jus alterius læditur, quique aliô juris remediô non vindicatur. Requiritur ergò A

R (1.) DOLUS malus. 1. *& t. t. ff. & C. h.* Dolus bonus huc non pertinet. 1. §. 2. *&* 3. *h. v.* 77. §. 31. *de leg.* 2. *L.* 19. §. 3. *de negot. gest Bargal. de dol. lib.* 1. *c.* 3. Vocabulô doli simpliciter posito, malus intelligitur. *L.* 1. §. 3. *h. L.* 23. *de R. J. L.* 5. §. 2. *Commod. v. Barg. d. l.* 1. *c.* 9. Est vel * *PRÆSUMTUS*, quando Lex B

† latam culpam interpretatur pro dolo: quod regulariter fit in causis pecuniariis. *L.* 32. *depos.* 8. §. 3. *de precar. L.* 1. §. 2. *si is, qui test. lib. L.* 1. §. 1. *si mens. fals. mod. Fr. h. n.* 11. *Bach. h. n.* 4. *in f.*

D * *VERUS*, qui hîc requiritur, 6. *C.* 7. §. *f.* b.
est in *GENERE* machinatio alium scienter & malignô animô lædendi. *L.* 71. §. 8. *de A. v. O. H.* 1. *pr.* §. 12. *Si quis omiss. causa test. L.* 12. §. 1. *de incend.* sive clam fiat, sive palàm, & vi aperta. *L.* 7. 10. *ad L. Corn. de sicar. L.* 2. *pr. &* §. 8. *vi bon. rapt. L.* 14. §.

D 13. *quod metus causa.* In *SPECIE* verò est fraudulosa machinatio, qua aliud agitur, aliud simulatur, alterius decipiendi gratia. 1. §. 2. *L.* 7. §. 9. *de pact.* 43. §. 2. *de. C. E. V.* Præterea distingui-

tur

C tur Dolus in dolum ex *PROPOSITO, qui initiô & eô tempore, quô negotium fit, adhibetur. 36. *de V. O.* Et dolum †
c. *EX RE, qui ex postfacto supervenit. *36. de V.O.2.§.3.4.5.& 7. de dol. mal. & metus exc.8.§.9.mandat. Bach. comm. h. c.* 1. *n.* 5.

D Dolus in specie dividitur in eum, * qui *CAUSAM DEDIT* † contractui, quo alioquin non contracturus ad contrahendum inducitur; *Barg. lib.* 2. *div.* 5. atque contractum b. f. ipsô jure reddit nullum. *7. pr. h. L. 16. §. 1. de minor. Vinn. l. 1. sel. quæst.* 12. *Barg. d. div.* 5. *n.* 12. *propter L. 5. C. de resc. vend.* Idem est in realibus contractibus b. f. *Riemer. de contractibus, lib. 1. c. 6. §. 30. n.* 10. *arg.* 6. Deceptus tamen habet electionem, an contractum nullum dicere, an verò contra adversarium agere velit. *Riemer. d. §. 30. n. 25. Barg. d. div. 5. num.* 51. *Carpz. p. 2. c. 34. def. 4. n.* 4. Rei quoque ex tali causa à Domino traditæ dominium transfertur in accipientem. *arg. 7. h. junct. 3. C. si advers. lib. L. 10. C. de resc. vend. 3. §. 8. de condict. causa dat. arg. t. t. ff. & C. de condict. indeb. Bach. h. c. 2. Vinn. d. quæst.* 12.

Contractum stricti juris ipsô jure non vitiat, *36. de V. O. Riemer. d. §. 30. n. 19. Barg. d. div. 5. n.* 22. nec actione ex contractu purgatur; *7. §. 3. inf. Vinn. d. quæst.* 12. sed re adhuc integrâ datur doli exceptio: *36. de V. O. 5. C. de inut. stip.* Contractu verò impletô, & deficientibus aliis remediis, actio de dolo. *Vinn. d. quæst. 12. Donell. & Zas. in L. 36. de V.*
d. *O. Richter. dec. 87. n.* 13. & dolum * *INCIDENTEM*, quo spontè contrahens in re vel modo contrahendi decipitur. *Barg. d. div. 5. n. 2.* Hic in stricti juris contractibus purgatur vel exceptione vel actione doli, *36. de V. O. 7. §. 3.* in b. f. contractibus non purgatur querelâ nullitatis; sed vel actione ex ipso contractu, *7. pr. & §. 3. l. 9. pr. h. 13. §. 4. & 5. de A.E.V. 2. C. eod.* vel exceptione doli. quæ b. f. judiciis inest. *21. sol. matr. 84. §. 5. de leg. 1. Vinn. d. quæst. 12. Barg. d. l. n. 3, & 4.*

2,, (2.) Requiritur, ut Jus dolo decepti læsum sit, 7. & quidem ad duos aureos. 9. 10. unde actor exprimere debet, in quo læsus sit. 16.

3,, (3.) Ut nullum aliud subsit juris remedium. 1. §. 1. & 4. *L.* 7. §. 1. 2. & 4. *h.* nam excluditur, etiamsi illud tempore vel actoris culpa finitum sit, 1. §. 6. & 7. aut contra tertium competat: 1. §. *f.* & *LL. seqq.* dummodo is non sit inops. 6. Multò magis excluditur, si remedium juris certum adsit,

adſit, v. g. interdictum, reſtitutio in integrum, 1. §. 6. vel exceptio, 1. §. 4. etiam doli. *f. Bach. ad Tr. V. 1. D. 11. θ. 6. lit. d.* Cæterum, ſi probabiliter dubitetur, an aliud competat, datur actio de dolo. 7. §. 3. Item ſi actio concurrens æque ſit famoſa, *arg.* 1. §. 4. *ff.* 1. *C. h.* 59. §. 1. *mandat. Bach. d. θ.* 6. *lit. e.* aut criminalis. 9. §. 2. *v. Bach. comm. h. c.* 4.

Hæc tria copulativè, & cauſæ cognitio requiritur. 1. §. 1. a.

D *ACTIO* de dolo eſt prætoria, 1. *pr.* perſonalis, (ex delicto) 14. *h.* §. 31. *I. de act.* arbitraria, §. 31. *I. de act.* 18. *pr. h.* rei perſecutoria, 1. *pr.* 17. *pr.* 18. *pr.* famoſa, 1. §. 4. *h. L.* 1. *de his, qui not. infam.* & ſubſidiaria, 1. §. 1. & 4. quæ datur dolo deceptis, 1. *pr.* & heredibus, 13. *pr.* adverſus decipientes, ad damni illati reſtitutionem.

P Datur contra decipientes, etiam pubertati proximos, 13. §. 1. Tutores & procuratores. 15. §. 2. unde in libello deſignari debet, cujus dolo factum ſit: 15. §. *f.* Plures in ſolidum tenentur ſinguli; unius tamen præſtatio liberat reliquos. 17. *pr.* Contra heredes datur ſub qualitate actionis in factum, quatenus ad illos aliquid pervenit. 13. *pr.* 17. §. 1. 26. 27. 28. 29. Eôdem modô datur adverſus illos, quorum negotia geſſit, qui dolum fecit. 15. *pr. vid. Bach. h. c.* 3. *n.* 1. *p.* 1020. Ob adminiſtratoris dolum eôdem modô datur etiam contra dominum, 15. §. 2. municipes. 15. §. 1. *Bach. d. l.* *NON* datur hæc actio liberis & libertis contra parentes & patronos, neque perſonis vilibus contra excellentes; ſed datur in factum actio, detracta mentione doli. 11. §. 1. 12. *Bach. in comm. h. c.* 4. *n.* 1. *p.* 1025. *L.* 4. §. 16. *de dol. mal. exc.*

O Petitur res cum omni cauſa, 22. 35. *de V. S.* vel, ſi ad arbitrium judicis non præſtetur, actor intereſſe juramento in litem æſtimat. 18. *pr.* Si res caſu perierit, ſtatim reus ad intereſſe condemnatur. 18. §. 1. *Fr. h. num.* 8. quod etiam obſervatur in caſu *L.* 18. §. 4.

Ne, aliis actionibus deficientibus, doloſis malitia ſit lucroſa, deceptis verò ſimplicitas damnoſa. 1. *pr. vid. Bach. h. t. c.* 1. *num.* 1.

C Hæc actio etiam in judicium deducta Jure civ. continuô bienniô præſcribitur. *L. f. C. vid. Mynſ. cent.* 1. *obſ.* 51. Actio verò in factum contra reum, & ejus heredes, quatenus locupletiores, eſt perpetua. 28. 29. quod etiam de doli Exceptione dicitur *in L.* 5. *in f. de dol. mal. & met. exc.*

DE

DE MINORIBUS XXV. ANN. IV. 4.

TErtia causa restitutionis est, si aliquid gestum, quo, vel propter facilitatem minoris, vel propter adversarii malitiam, Jus minoris læsum est. Requiritur igitur *(1.) ut aliquid gestum, 1. §. 1. 7. §. 1. vel non gestum. *p. C. arg. §. ult. I. de V. O.*

*(2.) Ut læsus sit minor, 1. §. 1. h. e. qui annum XXV. nondum excessit, 1. §. 2. (tempore naturaliter computato; 3. §. 3. *vid. Fr. h. n.* 4.) sive sit impubes, *p. h.* 2. 3. *f. C. si tut. vel curat. interven.* sive in utero existat, 45. masculus & fœmina; *pr. I. de Curat.* modò veniam ætatis non impetraverit, 1. *C. de his, qui ven. ætat. vid. Limn. de J. publ. libr.* 2. *c.* 9. *n.* 149. quæ Jure civili masculis XX. annis, fœminis XVIII. annis majoribus conceditur, 2. *pr. &* §. 1. *C. d. t. vid. Limn. d. l.* Grœnevv. *ad d. l.* 2. ita, ut bona sua, excepta immobilium alienatione, 2. §. 1. *L.* 3. *C. d. tit.* validè administrare possint, nec eorum nomine restituantur. *d. l.* 1. *Mandos. de ætat. minor. c.* 5. *n.* 86. nam hi hactenus habentur pro majoribus, adeoque non restituuntur; 3. §. 4. *vers. prætor.* regulariter autem majorum appellatione non continentur. *L. f. C. de his, qui ven. ætat. vid.* 38. *pr. L. f. C. si adv. vend. pign. Bach. h. c.* 7. *num.* 5. Nec locum habet hæc restitutio, licet cum minore negotium cœptum, citra dolum adversarii, cum majore finitum sit. 3. §. 1. *h.* 1. *C. si advers. rem judic.* Pro minoribus etiam non habentur Electores completo XVIII. ætatis anno. *c.* 7. *Aur. Bull. Arumæus, ad A. B. disc.* 4. *quæst.* 14. & 15. *Mevius, ad Jus Lubec. p.* 1. *tit.* 7. *art.* 6. *num.* 6. Et omnes, quorum major ætas hoc annô terminatur secundum Statuta, *vid. Stat. Hamb. lib.* 1. *tit.* 9. *art.* 1. *Mev. d. art.* 6. *num.* 5. Jus Saxon. perfectam ætatem post XXI. annum constituit. *Carpz. p.* 2. *c.* 11. *def.* 9. Igitur neque hi restituuntur. *Mev. d. art.* 6. *num.* 15. Si minor quidem gessit, sed major exinde læsus, idem non restituitur; 23. quod tamen secus est; si minor negotia gessit. 24. Illud nihil refert, ipsi minores, an illorum nomine tutores, procuratores aliquid gesserint, ex quo minores lædantur. 47. *pr.* 3. *f. C. si tut. vel curat. interv.* 4. *C. Si advers. rem judic. vid. tamen L.* 13. §. *ult. C. de judic.*

*(3.) Requiritur læsio, 5. *C. h. vid.* 16. *pr.* 3. *C. de præd. min.* 4. *C. in quib. caus. in integr. rest. necessar.* v. g. rei amissio, &c. 44. 6. 7. §. 6. quantitatem judex cognoscit. *arg. L.* 1. §. 1. *de jure delib.* enormis non requiritur. *arg.* 1. *vid. Bach. h. c.* 2. *n.* 1.

(4.) Quæ contigit ætatis facilitate, vel adversarii malitia. 1. *pr.* 11. §. 4. *L.*17.24. §. 1. *L.*44. *in f. ff.* & *L.* 5. *C.* nam alioquin superveniens læsio non parit restitutionem. 11. §. 4. & 5. Hinc minor non restituitur, nisi præsente adversario, 13. *pr. in f.* 29. §. 2. & diligenter causa cognoscatur. 11. §. 3. *L.* 44. a.

pr. Restitutionem petens probat ætatem, 9. *C. de prob.* 4. *C.* 39. *pr. Mandos. d. tr. quæst.* 1. *vid. Mascard. de prob. V.* 2. *concl.* 1063. *Carpz. p.* 1 *const.* 16. *def.*49. *n.*2. & 3. *Bach. V.* 1. *D.*11. *θ.*8. *lit. E.* & læsionem. 5. *C. h.* 9. §. 4. *de Jurej.* 19. *de probat. Carpz.*

Q *p.* 1. *const.* 26. *d.* 23. Petitur hæc restitutio tantùm extraordinariâ persecutione. 24. §. *f. v.* 13. §. *f.*

C Concedit Prætor ob causas suprà explicatas.

S Minoribus ex dictis causis. 3. §. 4. (Effectus hujus privilegii tamen etiam ad majores heredes transmittitur. 18. §. *f. L.* 19. *h. un. C. si advers. dot. Carpz. lib.* 2. *R.* 89. *n.* 13.) Patribusfamil. & Filiisfamilias, 3. §. 4. modo horum intersit. 3. §. 4. & 10. Patri ex negotio filii convento non datur hæc restitutio; 3. §. 4. *vers. si igitur. &c.* nisi tanquam successor filii, 3. §. 9. vel tanquam defensor ejus conveniatur, & filii nomine restitutionem petat. 27. *pr.* Datur, etiamsi sit juris Doctor, *arg.* 1. *in f. h.* 1. *C. qui & adv. quos.* nisi ignorantia juris lapsus. *arg.* 2. §. 43. *de O. J. arg. L.* 30. *C. de transact. Vinn. lib.* 1. *Select. quæst.* 13. *Qintil. Mandos. tr. de minor. ætat. quæst.* 6. *num.* 2. *Bocer. cl.* 6. *D.* 10. *θ.* 40. *Straccha, de mercat. p.* 3. *num.* 26. & *seqq.* Etiam Fidejussor habet hoc remedium, si dolo adversarii fuerit læsus minor. 2. *C. de fidejuss. min.* 7. §. 1. *de except.* Sin verò minor facilitate lapsus, fidejussori regulariter non succurritur; sed minor etiam contra fidejussorem restituitur in integrum, 13. *pr. h.* 1. & 2. *C. si adv. fidejuss.* nisi creditori, qui cum minore contraxit, salva sit actio contra tertium, 51. *de procurat.* 2. §. 1. *de adm. & peric. tut. Struv. h. θ.* 60. aut minor per restitutionem exuat illam qualitatem, cujus ratione fuerat obligatus, cujusque intuitu fidejussorem dedit. 51. *de procurat. d. l.* 2. §. 1. *L.* 89. *de A. v. O. H. Vinn. lib.* 1. *select. quæst.* 11. *in f.* aut fidejussor ipsi minori succedat: quamvis hoc in casu potius ut heres minoris utatur hôc remediô. 93. §. 2. 95. §. 3. *de solut.* Socio minoris non prodest; *L. un. C. si in communi. &c.* nisi causa sit connexa & individua. 10. *ff. quemadmod. serv. amitt. Carpz. lib.* 2. *R.* 98. *num.* 2. & *seqq.* & *part.* 1. *const.* 16. *def.* 17. *n.* 2. *Berlich. p.* 2. *decis.* 180.

Re-

Regulariter datur adversus illos, cum quibus negotium gestum est, 13. §. 1. & heredes; 6. 7. *C.* 14. sed non contra tertium possessorem; 13. §. 1. *L.* 14. nisi malâ f. possideat, 13. §. *f. arg.* 14. aut, si b. f. possideat, minor aliô modô tutus esse non possit, 13. §. 1. *L.* 14. aut aliàs intersit, rem potius, quàm pretium habere. 9. *pr. vid.* 35. Conceditur his casibus vel cognitio prætoria, vel, rescissâ alienatione, in rem judicium. 13. §. 1. Contra patrum gesta liberis non datur, *L. f. C. qui & advers. quos. ibi Perez. n.* 2. *&* 3. *vid Nov.* 155. *cap.* 1. nec contra minorem, 11. §. 6. nisi ipse certet de damno vitando, alter de lucro captando. 34. *pr.* Contra SCtum Macedonian. restituitur minor; 11. §. *f.* sed non contra Vellejanum, si principalis debitor solvendo sit; sin minus, restituitur. 12. P

Objectum sunt Minorum negotia valida, 16. *pr.* quibus illorum Jus læsum, 1. §. 1. 7. *pr.* Judicialia, 7. §. 4. §. *p. & f. L.* 16. §. *f. L.* 36. *h.* 4. *& t. tit. C. si advers. rem judicat. Bach. h. c.* 6. *n.* 1. *&* 2. Extrajudicialia, licet tutoris auctoritas & judicis decretum intervenerit, 11. *C. de præd. min.* aut pignora ex causa debiti fuerint distracta, 9. *pr. p. h. L.* 1. *C. si advers. vend. pign.* & plus licitanti addicta: 7. §. 8. his tamen casibus parciùs indulgetur. *dd. LL. Bach. h. c.* 9. *n.* 2. Transactio, Divisio, 1. 2. *C. si advers. transact.* Donatio, Dos, *L. un. C. si advers. dot.* 2. *C. si advers. donat.* Mutuum, 1. *C. si advers. Credit.* Solutio, 7. §. 2. *h.* 1. *C. si adv. solut. vid.* 2. *eodem. Bach. ad Tr. V.* 1. *D.* 11. *θ.* 11. *lit. A.* Hereditatis aditio, 7. §. 5. *h. L.* 1. *&* 2. *C. si min. ab hered.* & Repudiatio, 1. 2. *C. si ut omiss. hered. vel bon. poss. vid.* 24. §. 2. *h. f. C. de repud. hered.* adeò, ut contra repudiatam restitutus, iterum audiatur adversus aditionem. 7. §. 9. *Bach. h. c.* 4. *inf.* NON autem datur contra venditionem bonorum sub hasta, propter debita fiscalia, 5. *C. de fid. & jur. hast. fisc. Berlich. p.* 1. *dec.* 113. *Bocer. cl.* 6. *D.* 10. *θ.* 63. Contra solutionem minori ex Decreto judicis factam, 25. *C. de adm. tut.* §. *f. l. quib. alien. lic.* 7. §. 2. *Carpz. p.* 2. *c.* 11. *d.* 46. *Bach. d. θ.* 11. *lit. D.* Libertatem, *L.* 31. *h. tot. tit. C. si advers. libert.* Venditionem sui ipsius, 9. §. 4. Matrimonium, Omissum injuriarum judicium, 37. *pr.* Delictum dolosum. 9. §. 2. *&* 5. *L.* 37. §. 1. *h. l.* 1. *C. si advers. delict. arg.* 48. §. 1. *de R. N.* Unde nec contra veram contumaciam: *Bach. h. c.* 14. quod secus est in quasi contumacia, 8. & in delictis culposis. 2. *C. si advers. delict.* 9. §. 5. *h.* 1. *C. in quib. caus. in integr. rest. necessar.* In veris delictis contra confessionem temerariam admittitur restitutio, *arg.* 6. §. 5. *de Con-* O

feſſ. Bach. d. c. 14. *Perez. in C. ſi adverſ. delict.* & interdum propter minorem ætatem pœna quoque mitigatur. 37.§.1. *vid. Carpz. pr. crim. p.* 3. *quæſt.* 143.

E Impetratâ reſtitutione minor omnia recipit, 27. §. 2. & quatenus locupletior factus, reſtituit. 7. §. 5. 24. §. 4. 40. §. 1. 47. §. 1. *h. L. un. C. de reput. quæ fiunt in judic. in integr. reſt. vid. omninò Bach. h. c.* 13.

Ɔ Contraria ſunt huic reſtitutioni (1.) Dolus minoris, 9. §. 2. 37. §. 1. e. g. Si ſe majorem dolo dicat, 2. 3. *C. ſi min. ſe maj. dix.* ſecus eſt, ſi per errorem hoc dicat; 1. 3. *C. d. tit.* niſi per juramentum hoc affirmet, tùm enim inſtrumentis contrarium probandum eſt, ut reſtituatur; planè ſi corporale fuit juramentum, omninò non reſtituitur. 3. *C. d. tit.* Dolus adverſarii concurrens hunc tollit & compenſat. *arg.* 36. *de dol.* 3. ℣. *quod ſi. C. ſi minor ſe maj. Fr. h. n.* 2. *Gail. lib.* 2. *O.* 65. (2.) Decretum magiſtratus, quo minor major fuit declaratus. 32. *Bach. h. c.* 14. (3.) Ratihabitio à majore, 1. 2. *C. ſi maj. fact. ratih.* facta verbis vel factis, 3. §. 1. quæ neceſſariò inferant approbationem. 3. §. 2. (4.) Juramentum minoris corporale à pubere præſtitum. *aut. Sacramenta. C. ſi adverſ. vend. vid. Bach. h. c.* 14. *ferè in fin. Vinn. lib.* 1. *quæſt.* 15. *Grœnevv. ad. d. tit. C. ſi adverſ. vend.* (5.) Aliud æquè commodum remedium. 16. *pr. v.* 3. *C. ſi tut. vel curat. interven.* 13. §. *f. C. de judic.* (6.) Præſcriptio quadriennii currentis à tempore, quo quis major factus, vel ordinariô jure, vel etiam ex diſpenſatione *L. f. C. de temp. in integr. reſt.* ita tamen, ut poſteriori in caſu ante 25. ann. non finiatur. *L.* 5. *C. de temp. in integr. reſt.* (7.) Semel denegata ex eadem cauſa non conceditur. 1. *& t. t. C. ſi ſæp. in integr. reſt. pet.*

SS Exemplo minorum reſtituuntur Eccleſiæ, & alia pia loca, *c.* 1. 2. 3. *&* 7. *x. de reſt. in integr. Tiraquell. de privil. piar. cauſ. priv.* 183. Reſpublicæ, 4. *C. quibus ex cauſ. maj.* 3. *C. de Jure Reipubl.* 9. *de appellat. Bach. ad Tr. V.* 1. *D.* 11. *θ.* 8. *lit. H.* & reliquæ univerſitates. ¶¶. *Berlich. p.* 2. *deciſ.* 216. His quadriennium currit ex tempore læſionis, nec poſteà audiuntur, niſi ob probabilem cauſam. *c.* 1. *&* 2. *de reſt. in integr. in* 6. *Clement.* 1. *eodem. v. Carpz. lib.* 2. ℞. 96. *Berlich. p.* 2. *deciſ.* 218. *Richter. p.* 2. *deciſ.* 71. *num.* 13.

IV. 5. DE CAPITE MINUTIS.

D QUarta cauſa reſtitutionis eſt Capitis deminutio, quæ in genere eſt prioris ſtatus mutatio, cujus tria ſunt genera, Ma-

Maxima, quâ libertas, Media, quâ sola civitas tollitur, & Minima, quâ familia mutatur. *f. h.* §. 4. *l. eodem. Vinn. ad. d.* §. Hic titulus pertinet ad tertiam speciem, quâ olim juris subtilitate civiles obligationes extinguebantur; sed ex hoc Edicto à prætore in minutum restituebantur, 2. §. 1. atque in perpetuum heredibus & contra heredes dabantur. 2. §. *f.* Hodiè hujus Edicti usus directus est nullus. *Fr. h. in f. Bach. h. n.* 10. Per maximam & mediam diminutionem omnes quidem actiones amittuntur; sed utiles adversus illos conceduntur, ad quos bona capite deminùtorum pervenerunt. 2. *pr.*

EX QUIBUS CAUSIS MAJOR. XXV. ANN. IN INTEGR. REST. IV. 6.

QUinta in integrum restitutionis causa in specie dicitur Majorum, si jus alicujus, propter absentiam, vel aliud justum impedimentum, læsum fuerit. 1. *pr.*

A *REQUIRITUR* igitur, * Ut *JUS LÆSUM* sit, 1. *pr.* etiam per omissionem lucri, *v. L.* 17. §. 1. 27. 41. 43. modò hoc non veniat ex pœna, vel damno alterius. 18. Hâc restitutione non indiget, qui jure suo agere impeditur, 1. *in f. C. de ann. except. v.* 1. *C. de bon. matern.* 30. *C. de jur. dot.* 7. §. 4. *C. de* 30. *l.* 40. *ann. præscr. c.* 10. *in f. x. de præscr.* etiamsi propter bellum; *d. cap.* 10. *cap.* 13. *c.* 16. *q.* 3. *R. J. de anno* 1654. §. So viel nun die Capitalien/172. ꝛc. *Carpz. p.* 2. *dec.* 116. quamvis de jure Civili tale impedimentum facti, & extrinsecus superveniens juris, cursum usucapionis ipso jure non sistat. 18. *C. de capt. & postlim.* 26. §. 4. & 7. *Bach. h. c.* 4. *n.* 3. *p.* 1188. R

a,, *(2.) Propter *ABSENTIAM.* Absentia dividitur in Fictam, qua corpore præsens, propter certam causam, à jure fingitur absens, 124. §. 1. *de R. J.* 2. §. 3. *de jure codicill.* 17. §. 11. *de injur.* 26. *de captiv. & postlim.* Et Veram, quæ iterum Ordinaria, quando quis abest à loco, ubi non habet domicilium, & Extraordinaria, quando quis à domicilio abest. 7. *C. de incol. Fr. h. n.* 6. Hæc est vel necessaria, vel voluntaria; Utraque vel laudabilis, vel vituperabilis, vel indifferens. Necessaria laudabilis est legatorum, militum &c. qui reipubl. causa absunt: 7. 8. 33. *& seqq.* 45. *v.* 36. 42. 35. Necessaria vituperabilis est eorum, qui propter delictum absunt, relegati, carcerati, &c. 9. *pr.* 26. §. 1. Necessaria indifferens est, si quis v.g. à latronibus detineatur. 9. *pr. v.* 2. §. 1. 3. 38. §. 1. Voluntaria laudabilis

bilis eſt ſtudioſorum: 28. *pr. h. junct. aut. habita. C. ne fil. pro patr.* Vituperabilis, qui per contumaciam abeſt. 2. §. 8. *ſi quis caut. in judic.* Indifferens, qui ſui lucri cauſa abſunt. 42. *h. Fr. in*
5 *comm. h. n. 7. & ſeq.* Datur *PRÆSENTI*, cui nocuit adverſarii abſentia: 1. 21. Hic ſufficit quælibet abſentia, 21. §. 1. etiam ficta, 22. §. *f.* etiam neceſſaria & voluntaria laudabilis. 22. §. 1. 29. *NON* datur, ſi abſens procuratorem reliquit, à quo rem ſuam recuperare poteſt, 21. §. 2. 39. *h.* aut ad interrogationem præſentis extitit ſpontaneus defenſor. *v.* 21. §. 2. *&* 3. *L.* 22. *pr.* Novo jure his etiam ordinariô remediô ſuccurritur; *L.* 2. *C. de ann. exc.* Sed reſtitutio pinguior eſt: nam illud competit tantùm ad præſcriptionem interrumpendam, hæc verò eſt reſciſſoria, & ipſam rem quoque recuperat, adeoque per illud reſtitutio non eſt ſublata. (*quod vult Bach. h. c. 3. n. 1.*) *arg.* 35. *pr. C. de inoffic. teſt.* 32. *in f. C. de appell.* 27. *C. de teſtam. Riemer. de act. D.* 3. *th.* 26. Et *ABSENTI* à præſente læſo, indiſtinctè, etiamſi procurator relictus ſit, modò abſentia ſit laudabilis, 1. 26. §. *f.* 28. *pr. Fr. h. n.* 17. aut neceſſaria indifferens. 15. *pr.* 26. §. *f. Fr. h. n.* 14. Sin verò fuerit voluntaria indifferens, vel neceſſaria vituperabilis, datur reſtitutio, ſi procuratorem non potuit relinquere, vel à procuratore dato non defendatur, & damnum à procuratore non poſſit reſarciri. 26. §. 1. *arg.* 36. 42. *Fr. h. n.* 18. Abſentia voluntaria vituperabilis pœnam magis, quam hoc auxilium meretur. 2. §. 8. *Si quis caut. in judic.*

(3.) Vel *ALIAM JUSTAM CAUSAM.* 1. §. 1. 26. §. *f.* 2.
v. g. ſi prætor, propter ferias extraordinarias, vel pecuniâ corruptus, Jus non dicat, 26. §. 4. *&* 7. propter juſtum errorem & facti ignorantiam. 1. §. *f. quod falſ. tut. &* c. 15. §. 5. *quod vi aut clam.* §. 33. *I. de act. vid. Berlich. p.* 1. *dec.* 40. *&* 41. Si quis jure ſuo uti non poſſit propter adverſam valetudinem, 1. *pr.* aut alium caſum fortuitum, 1. *pr. h.* 35. *de S. P. R.* 1. §. 9. *de itin. act. priv.* vel per tertium aliquem, qui non eſt ſolvendo, 3. §. 1. *de eo, per quem fact.* & alias cauſas, quæ non prohibentur, 1. §. 1. 26. §. *f.* 28. §. 2. *NON* etiam datur hæc reſtitutio propter negligentiam, 16. aut aliam injuſtam cauſam, 44. nec propter ſolam ignorantiam contra præſcriptionem, *arg. f. C. de præſcr. long. temp.* 3. *in f. &* 4. *C. de præſcr.* 30. *l.* 40. *ann. junct. L.* 1. *C. ſi adv. vend. Bach. v.* 1. *D.* 11. *th.* 17. *lit. a. Berlich. p.* 1. *concl.* 10. licet officio judicis deſuper implorato. *Hahn. ad W. h. in fin. vid. tamen Gail.* 2. *O.* 19.

Hiſce Prætor variè ſuccurrit: amiſſam appellandi facultatem

tem reſtituit, *f. de in integr. reſt.* poſſidentibus exceptiones concedit: 28. §. 5. *v.* 31. interdum dat actionem, quæ vel eſt inſtitutoria, quando ſcilicet, omiſſô lucrô, nova conceditur actio, quam, ſi præſens vel non impeditus fuiſſet, inſtituere potuiſſet. 17. *pr. &* §. 1. 41. 43. *h. v.* 8. §. *p. ad SCt. Vellej. Bach. h. c.* 5. *n.* 2. vel Reſtitutoria, ſive reſciſſoria, 28. §. *f. h.* 24. *C. de R. V.* ſi ſcilicet impeditus jus quæſitum & actionem amiſit: Hæc à priori differt non ſpecie; ſed tantùm adjectitia qualitate, *Bach. D.* 3. *de act. th.* 30. *Riemer. de act. D.* 3. *th.* 25. & prout illa fuit realis, vel perſonalis, ita & hæc. *Bach. h. c.* 5. *pag.* 1203. 18. *C. de poſtlim. reverſ.* Contra uſucapionem datur ex ficto dominio ad recuperandam poſſeſſionem actio realis, §. 5. *I. de act.* etiam heredibus, 35. §. 6. *h. f. C. h.* 1. *C. de reſt. milit.* adverſus quemcunque poſſeſſ. 30. *pr. &* §. 1. ad rem amiſſam cum fructibus. 23. §. 2. 28. §. *f.* Olim intra annum utilem; §. 5. *I. de act.* Hodie quadriennium continuum, quod ignoranti & durante impedimentô non currit; *f. pr. C. de temp. in integr. reſt. Gail.* 2. *O.* 48. interdum tamen hoc auxilium minori ſpatio durat. *v. L.* 26. §. 8. *Bach. D.* 3. *de act. th.* 29.

DE ALIENAT. JUDIC. MUT. CAUS. FACT. IV. 7.

SExta reſtitutionis cauſa eſt alienatio rei poſſeſſæ doloſa, judicii mutandi cauſa facta, quo adverſarii conditio redditur deterior. *REQUIRITUR* igitur (1.) Rei poſſeſſæ alienatio, R
4. §. 2. 4. *L.* 8. §. 2. *h.* inter vivos, citra neceſſitatem facta. 8. §. *f. L.* 10. (2.) Dolus malus: 1. 4. §. 1. *&* 3. *h. Bach. h. pag.* 1216. ratio eſt in *L.* 4. §. 1. (3.) Judicii mutandi cauſa: 1. 4. §. 1. ſive quis metuat vindicationem, ſive aliam realem, vel in rem ſcriptam actionem: 1. *h. L. un. C. h.* Stricto jure cum hoc alienante amplius agi non poteſt; *L. un. C. h.* dolus tamen eſt pro poſſeſſione & dantur utiles actiones. 150. *de R. J.* 27. §. 3. *L.* 36. *de R. V.* 25. §. 8. *de her. pet.* Hoc etiam remedium relinquitur electioni actoris, utpote aliquando utilius & neceſſarium: *v. Bach. h. p.* 1216. niſi reus utilem actionem pati malit. 3. §. 5. (4.) Actoris læſio, 1. 4. §. 5. ſi v. g. novus poſſeſſor rixoſus, &c. 1. *inf.* 2. 3. *pr. Bach. ad W. h.* ſi genus actionis, 3. §. 1. aut ſtatus negotii mutatus. 3. §. 2. *&* 3.

Datur ex hoc Edicto actio in factum, 1. quæ eſt prætoria, D
perſonalis, 7. rei perſecutoria, 4. §. *f.* 7. competens illi, qui per

hujusmodi alienationem læſus eſt, (& ejus heredi, 4. §. *f.*) adverſus alienantem, (non contra heredes, 4. §. *f. L.* 7.) ad omne intereſſe; 1. 3. §. 4. *L.* 4. §. 5. (ſed non ad alienationem reſcindendam. *arg. dd. LL.*)

Ceſſat hæc actio, ſi actoris nihil interſit. 1. 3. §. 4. *L.* 4. §. 5. Hinc, ſi rem recepit, qui illam alienavit, non tenetur ex hoc edicto, 8. §. 4. *h.* neque datur ultra annum. 6. 7. *h.*

DE RECEPT. QUI ARBITR. RECEP. IV. 8. UT ARB. DIC.

ARBITRI in genere dicuntur, quorum arbitriô res gubernatur: 21. *C. mandat.* in SPECIE verò, qui ab aliis eliguntur ad arbitrium ſuum interponendum. Idque vel
* A Magiſtratu, 5. *C.* ad totam controverſiam decidendam: ut A
ſunt judices in b. f. & arbitrariis judiciis, 38. *pro ſoc.* 24. *depoſ. f. rem pup. ſalv. t. t. C. arbitr. tut.* vel ad cauſam incidentem. *L.* 9. *de his, qui ſatisd. cog.* 1. §. 6. *ſi cui plus, quam per L. Falc.* Hi ſunt arbitri juris, *Fr. h. n.* 7.
*A privatis eliguntur * ex Legis diſpoſitione, 16. *f. C. de judic.* a.
qui à DD. ſtatutarii appellantur: *vid. Blanc. tr. de compromiſſ.* B
Ad hos etiam arbitri Auſtregarum referuntur. *vid. Schubhard. in tr. de Auſtregis.* * Vel ex liberâ voluntate, * Ad contra- b.
ctum conciliandum aut controverſias amicè componendas, C
qui Arbitratores, Schiedsleute dicuntur, 25. *locat.* 76. *pro ſoc. f. C. de C. E. V.* 13. §. 2. *in f. h. Vinn. lib.* 1. *ſel. q.* 16. *Gail.* 1. O. 150. *n.* 4. *Baptiſt. à S. Blaſio, tr. de differ. inter arbitr. & arbitrat.*
* Vel ad con- c.
troverſias, obſervato judiciorum ordine, cognoſcendas & definiendas, 1. 13. §. 2. *h.* 14. *pr. C. de judic.* qui propriè dicuntur *ARBITRI COMPROMISSARII,* 5. §. 1. *C. h. L. f. C. ubi & ap. quem cogn. in integr. reſt.* Willkührliche Schieds-Richter. *Carpzov. p.* 1. *c.* 1. *d.* 13. *n.* 5. de quibus h. l. agitur, & ſunt quaſi judices, qui libera partium voluntate, ad controverſias ſecundum judiciorum ordinem cognoſcendas, & liberô ſuô arbitriô definiendas electi, officium illud in ſe receperunt. 1. 3. §. 1. *l.* 13. §. 2. *h.* 14. *pr. C. de judic.* 17. §. 3. *l.* 19. Speciales ad unam vel certas, Generales, ad omnes partium controverſias conſtituuntur: 43. *h. Bach. h. c. f. p.* 1289. quod compromiſſum plenum dicitur, 21. §. 6. futuras tamen non comprehendit: 46. Nam compromiſſa ſunt ſtricti juris. *Bapt. à S. Blaſio, d. tr. quæſt.* 57. *n.* 13. *Carpz. tit.* 17. *art.* 4. *n.* 54.

Cauſa

Causa efficiens est * (1.) partium electio, 11. §. 1. quæ dicitur C
COMPROMISSUM, & est conventio, qua litigaturi arbitrum eligunt, & illi supra memoratam potestatem concedunt, 17. §. 3. 19. *pr. Bach. h. c. 2. n. 4. in pr.* simulque se ejus sententiæ staturos promittunt: 5. *pr. C.* 11. §. 4. quod fit pacto, 13. §. 2. *&* 3. *h.* 5. *pr. C.* vel stipulatione, cui sæpè clausula doli, **alles treulich und ohne Gefährde**/ 31. *h.* & ut plurimum pœna adjicitur. 3. §. 2. *L.* 11. §. 2. 30. 32. *pr. &* §. 1. *vid. l.* 27. §. *ult. ff. cap.* 9. *x. h. t.* Vetus Juramentum 4. *C.* prohibuit Justinianus; *N.* 82. *c.* 11. *aut. decernit. C. h. t.* sed illud iterum admisit Jus Canon. *c.* 2. *&* 9. *x. h. Bapt. à S. Blasio, q.* 35. *n.* 71. *Gutierrez. p.* 3. *c.* 14. *n.* 4. & * (2.) Arbitri consensus: Invitus enim non cogitur: 3. §. 1. Censetur autem consentire, si promittat se suâ sententiâ controversiæ finem impositurum. 13. §. 2. *L.* 32. §. 1. *h. v. Lanfranc. de Oriano, d. tr. p.* 1. *n.* 15. *& seq.*

Compromittere possunt, qui de eâdem re transigere: *Borell. d. tr.* §. 1. *gloss.* 3. *n.* 267. *Lanfr. d. tr. sect.* 3. *n.* 3. Controversiarum domini, Procuratores in rem suam, *Lanfr. d. l.* & in rem alienam, cum speciali compromittendi, *c.* 9. *x. h.* aut generali omnium negotiorum mandato; *arg.* 17. §. 3. *de Jurejur. v. c.* 9. *x. h. Lanfr. d. n.* 7. *vide suprà de transact.* Tutores & Curatores in utilitatem pupilli, *arg.* 35. *de jurejur.* 46. §. *f. de adm. & peric. tut.* accedente decreto, si de re immobili alienanda agatur. *arg. L.* 4. *C. de præd. min. Simoncellus, in tr. de decret. lib.* 2. *tit.* 6. *inspect.* 8. *n.* 71. *& seqq.* Patres, ratione adventitii regularis. *Lanfr. d. sect.* 3. *n.* 9. Vasalli etiam sine consensu domini. *c. un. lib.* 2. *F. tit.* 15. *c. un. lib.* 2. *F. tit.* 34. *&* 46. *arg. c. un.* §. *Si vasallus, lib.* 2. *F. tit.* 15. *c. un. lib.* 2. *F. tit.* 34. *&* 46. *Bach. ad Tr. v.* 1. *D.* 12. *th.* 6. *Lit. A. Finckelth. Disp. Feud.* 9. *th.* 14. Sed NON Episcopi & prælati sine consensu capituli; *c.* 1. *& t. t. X. de his, quæ fiunt à prælat. sine consens. Capit.* Pupilli & Minores sine tutorum & curatorum consensu. 3. 35. *h. arg. L.* 3. *C. de in integr. rest. vid.* 34. §. 1. *de minor.* Fœminæ alieno nomine: 32. §. 2. Moribus nostris etiam in propriâ causâ curatoris consensum adhibere debent. *Wibel. de contract. mulier. c.* 3. §. 8. *n.* 239. *Berl. p.* 2. *concl.* 17. *n.* 53.

Arbitri eligi possunt, qui nec impediuntur, nec prohibentur, *arg.* 43. §. 1. *de procurat.* Integræ & læsæ famæ, 7. *pr.* P
Laici & Clerici, 32. §. 4. *vid. Lanfr. d. tr. p.* 2. *n.* 4. Patresfamilias & Filiifam. 5. Hic etiam in causa patris arbiter esse potest. 6. *IMPEDIUNTUR* Furiosi, &c. 9. §. 1. *PROHIBENTUR* Servi, 7. *pr. &* §. 1. Fœminæ, *f. C. vid. c.* 4. *x. h. Lanfranc.*

p. 2. n. 2. Minores XX. ann. 41. Judices, ad quorum cognitionem causa jure ordinariô pertinet. *9. §. 2. Bapt. à S. Blasio, d. tr. quæst. 15. n. 34. & seqq.* Quod nonnulli mutatum putant per *cap. 5. 7. & 10. x. h. c. 21. x. de præbend. Compilat. decis. Cameral, voce Compromiss. Grœnevv. ad 9. §. 2. h. Lanfr. d. p. 2. n. 14. inf.* Laici in causa spirituali. *c. 8. x. h.* Quilibet in causa propria. 51.

Si *PLURES* eliguntur, 17. §. 6. omnes debent esse habiles, *7. §. f. Lanfr. d. tr. p. 2. n. 23.* & præsentes; *17. §. 2. & §. f. L. 18. Carpz. p. 1. c. 1. d. 14. vid. c. f. de arbitr. in 6to.* nisi alternativè fuerint electi. 8. 17. §. 4. Unius dissensio non impedit validitatem majorum: *17. §. f. 27. §. 3. arg. 36. 39. de re judicat. Carpz. d. def. 14. n. 4. c. 1. de arbitr. in 6.* Si vota sint paria, laudum non subsistit, *27. §. 3. & 6.* nisi in quantitate tantùm dissentiant, tum enim in minorem omnes consensisse intelliguntur. *27. §. 3. h. c. 1. de arb. in 6. arg. L. 1. §. 4. de V. O.*

O Objectum sunt omnes controversiæ, non exceptæ: *Lanfr. d. tr. p. 4. inf.* *EXCIPIUNTUR* autem publ. judicia, & alia delicta famosa, *32. §. 6. Joh. à Sande, L. 5. decis. Frisic. tit. 8. def. 5.* Actiones populares, Causæ status, de libertate & ingenuitate, 32. §. 7. Restitutionis, *L. f. C. ubi in integr. rest. Bernhard. Wurmser. tit. 1. O. 3. vid. c. p. x. de Rest. in integr.* Res judicatæ, *c. 11. x. h.* Matrimoniales, *c. p. x. de in integr. rest. Lanfr. d. p. 4. n. 5. Perez. in C. h. n. 6.* ac reliquæ causæ, quæ non sunt privati arbitrii. *c. 5. x. h.*

F Finis est, ut lites abbrevientur. 1. 37. *Carpz. p. 1. c. 1. d. 13. & 15.*

Q Coram arbitris observatur ordo judiciarius: Procuratores & advocati admittuntur: 31. 32. §. 18. Partes per epistolam & nuntium adesse jubentur: 32. §. 18. *L. 49. §. 1. h.* Absentium contumacia punitur: 39. *pr.* Exiguntur cautiones: *Carpz. p. 1. c. 3. d. 19.* Opponuntur dilatoriæ except. *Carpz. d. l. & def. 20.* Offertur libellus. *Everh. in loc. top. de jud. ad arbitr.* quem sequitur quasi litis contestatio: *Everh. d. l. Wurms. tit. 3. O. 6. n. 2.* Juramentum calumniæ præstatur: *2. §. 4. C. de jurejur. propter cal.* Testes & instrumenta producuntur: *39. pr. h. f. C. de testib.* Merita causæ examinantur: *3. §. 1. h. c. 10. x. h.* Instantia trienniô finitur: *arg. 13. pr. C. de judic. Myns. cent. 3. O. 44. n. 8.* Et in hisce arbiter modum in compromisso præscriptum observare debet: *27. §. 4. inf. h.* quæ hisce definita non sunt, agit secundum communem ordinem judicio-

ciorum, 1. *h. L.* 14. *pr. C. de judic. Everh. d. l. t.* 40. *n.* 1. & 2. nec officium ſemel ſuſceptum recuſare poteſt; ſed, ut ſententiâ ſuâ controverſiæ finem imponat, compellitur nobili judicis officiô, vel mulctæ indictione, vel pignorum captione; 3. §. 1. 32. §. 3. & §. 12. *h.* 9. §. *f. ad L. Jul. pecul. Bernh. Wurmſer. tit.* 3. *O.* 5. *in pr.* niſi juſtam habeat excuſationem, 9. §. 4. 5. & *LL. ſeqq. L.* 15. & *ſeqq. h. vid.* 13. §. *f.* adeò, ut nec alium ſubſtituere poſſit; 32. §. 16. *h. arg. L. un.* §. 9. *C. de Cad. toll.* niſi hoc quoque in compromiſſo fuerit expreſſum: 32. §. 16. Cujus limites diligenter cuſtodire debet; 32. §. 15. & *f. h. c.* 6. *x. h. Lanfr. div.* 7. *n.* 2. De acceſſoriis tamen judicat; *arg. c.* 21. *verſ. ſexta nobis. in f. x. de off. & pot. jud deleg. Bartol. de arbitr. n.* 9. *Bach. h. p.* 1259. non etiam in reconventione. *c.* 6. *x. h. Lanfr. m.* 5. *n.* 25. *Boc. cl.* 6. *D.* 37. *th.* 53. Finem imponere debet controverſiæ, 32. §. 14. 19. §. 1. *h. v.* 21. *pr. h.* per certam ſententiam; 21. §. 3. præſentibus partibus, 27. §. 4. & 5. *L.* 47. debitô tempore, 1. *C. L.* 21. §. 5. & 8. *L.* 13. §. *p.* & loco: 21. §. 10. & 11. *vid.* 21. *pr. h.* Sententiam mutare non poteſt. 19. *f. arg. L.* 55. *de re judic.* quod etiam de declaratoria affirmat *Wurmſ. t.* 3. *O.* 7.

Huic ſententiæ partes ſtare debent, & heredes eorum, propter compromiſſum, 37. *Lanfr. d. tr. membr.* 5. *num.* 47. *Carpz. p.* 1. *c.* 1. *d.* 13. licet arbitri nulla ſit autoritas, *arg.* 3. *C. de jurisd. Carpz. d. loc.* ejusque ſententia per ſe nec actionem pariat, nec judicati exceptionem. 2. *h.* 1. *C.* Neque illa ſubjecta eſt appellationi, 1. *C. Carpz. d. d.* 13. *n.* 7. aut reductioni ad boni viri arbitrium; *arg. d. L.* 27. §. 2. *L.* 76. *pro ſoc. Bach. h. p.* 1273. *Perez. in C. h. n.* 14. *vid. tamen Gail. L.* 1. *O.* 150. *n.* 9. & 10. licet iniqua ſit. 27. §. 2. *h.* 76. *in f. pro ſoc.* COMPELLUNTUR partes ſententiæ parere, vel per *DIRECTUM*, actione in factum, & exceptione pacti, 5. *pr. C. h. Fr. h. n.* 30. non quidem coram arbitro; *arg.* 15. *de re judicat.* ſed coram judice ordinario, 5. *pr. C. h. Bernh. W. tit.* 3. *O.* 8. etiamſi pacto ſimplici compromiſſum, ſententia tamen expreſsè, vel X. dierum ſilentio, tacitè approbata ſit, quod dicitur laudum homologatum; 5. *pr. C. Gail.* 1. *O.* 150. *n.* 13. per *INDIRECTUM*, actione ad pœnam, vel, ſi hæc non fuerit ſtipulata, ad intereſſe, 27. §. *fin.* Quo præſtito à judicatis receditur, & cauſa agitur de novo, coram judice ordinario; *Nov.* 82. *c.* 11. *aut. decernit. C. h. Fr. d. tit. n.* 28. niſi expreſsè ſtipulata fuerit pœna, ſalvô laudô. *Gail. l.* 1. *O.* 150. E

Hæ actiones præscribuntur XXX. annis. *Vinn. ad* §. 3. *I. h. n.* 4. *Gail. l.* 2. *O.* 120. *num.* 7. *Richt. d.* 40. *num.* 22. Ad heredes transeunt etiam anteà non præparatæ. *Vinn. d. l. Richt. d. l. n.* 24. *Gail. d. l.* O

DE HEREDITATIS PETITIONE. V. 3.

HEreditas significat (1.) Rem universalem jure, 178. §. 1. *de V. S.* 8. *de A. vel O. H.* quæ personæ vicem obtinet, 22. *de fidejussorib.* scilicet quoad præsens tempus, defuncti, quoad futurum aditæ hereditatis, heredis. 31. *in f. de her. inst.* 24. *de novat. Bach. v.* 1. *D.* 19. *th.* 1. *lit. d.* (2.) Jus hereditarium, 208. *de V. S.* §. *un. I. de reb. corp.* 1. §. 1. *de R. D.* 2. *C. si omiss. sit caus. test.* quod est jus in re, quo hereditas alicujus est propria, & ex quo quis heres dicitur. *v.* §. *f. I. de her. qual.* 48. *de hered. inst.* 10. §. 1. In utraque significatione accipitur latè, 138. *de V. S.* H D H

V.S. t.t.I. de fideicommissar. hered. tit. 5. & 6. hujus libri. Stricte, quatenus Jure Civili per directum acquiritur, uti accipitur

D hic. *HEREDITATIS PETITIO* est actio universalis, mixta, b. f. competens heredi adversus possessorem pro herede vel possessore, ad hereditatem vindicandam, & petendas præstationes personales. 1. *pr. de R. V.* 8. 9. 10. 25. §. 18. *h.* 7. *C. h.* §. 28. *I. de act.*

† *DIVIDITUR* in directam & utilem. 13. §. 4. & §. 8. *h.*

C *CAUSA* efficiens est Jus hereditarium Jure Civili directè acquisitum, *arg.* 1. 3. 10. §. 1. & obligatio ex rerum hereditariarum administratione. *arg.* 25. §. 18. 50. §. 1. *h.* 7. *C.* Qui ex testamento nullo hereditatem petiit, ab intestato petere non prohibetur. 8. *h.* 11. §. 2. *de exc. rei judicatæ.*

S *DATUR* Heredibus testamentariis & legitimis, 1. primis & secundis, 3. *h.* 194. *de R. J.* 65. 70. *de V. S.* & ex benigna interpretatione in certis rebus institutis. Utilis actio datur emptori hereditatis. 54. *pr.*

P *ADVERSUS* eum, qui hereditatem vel jus, vel rem hereditariam pro herede, vel pro possessore possidet. 9. 10. *ff.* 7. *C.*

R *REQUIRITUR* igitur (1.) *POSSESSIO* vera vel ficta, *dd. LL.* Fictè possidet, (1.) qui se malitiosè, tanquam possessorem, ignoranti obtulit. 13. §. 13. 45. *vid.* 25. 26. 27. *de R. V.* (2.) qui dolo desiit possidere. 13. §. 2. §. 14. *L.* 25. §. 8. *h.* 157. §. 1. *de R. J.* Liberatur tamen fictus possessor, si verus velit judicium accipere, & petentis nihil intersit, aut verus possessor rem vel æstimationem jamjam præstitit. 13. §. 14. *h. l.* 95. *de Solut.* Si fictus possessor litis æstimationem solverit, hoc vero nihil prodest. 13. §. 14. *h. L.* 95. §. 9. *de solut. L.* 7. *de R. V.* Qui bonâ fide possidere desiit, nec locupletior factus, hâc actione non convenitur. *arg.* 16. §. 5. 20. §. 17. 25. §. 11. Sufficit possidere tempore sententiæ, licet antea non possederit. 18. §. 1. *vid.* 4. 41. (2.) *REI HEREDITARIÆ*, licet minimæ. 9. 10. 16. §. 4. & *f.* e. g. juris possessio, quo debitor hereditarius se heredem dicat, & propterea solutionem neget. 13. *in f.* & *LL. seqq.* 42. Hic res functionem recipiunt. 13. §. 4. 16. §. 1. 2. 5. & *f.* 20. §. 17. 22. *in f.* (3.) *PRO HEREDE* vel Possessore. 9. *ff.* 7. *C.* Pro herede possidet, (*v. L. p.* & *t. t. ff.* & *C. pro hered.*) qui non est heres, rem tamen hereditariam, tanquam heres, vel fideicommiss. vel bonorum possess. possidet, idque sive bonâ, sive malâ fide. 11. *pr.* 20. §. 13. *PRO POSSESSORE*, qui sine titulo. 11. §. 1. 12. 13. *pr.* &

§. 1.

§. 1. 16. §. 4. *SUCCESSORES* universales horum tenentur indistinctè. 13. §. 3. *&* 11. Singulares strictô jure & directâ actione non conveniuntur; 13. §. 8. Si tamen malâ fide acceperint, indistinctè tenentur utili actione; 13. §. 8. *&* 9. Sin autem b. f. tum demum conveniuntur, si res aliter salva esse non possit, aut huic non expediat contra alienantem agere. 13. §. 4. *vid. Bach. v.* 1. *D.* 14. *th.* 4. *lit. D. RELIQUI*, qui aliô validô titulô possident, hâc actione non conveniuntur; sed res ab illis singularibus actionibus vindicantur. 7. *C. h.* 4. *C. in quibus caus. cessat long. temp. præscr. Vinn. l.* 1. *q.* 23. Hinc possessor titulum allegare debet. 11. *C.*

PETITUR principaliter hereditas, 3. 10. §. 1. *h.* 1. §. 1. *Si pars hered. pet.* & præstationes personales. 10. 25. §. 18. *RES* hereditariæ etiam sunt, quæ tempore mortis apud defunctum extiterunt, depositæ, commodatæ &c. 19. *pr. &* §§. *seqq.* post mortem ejus hereditati acquisitæ, fructus, &c. *v.* 21. *de hered. vel act. vend. vid. omninò tit. de A. R. D. in fin.* 20. *pr. &* §. 3. *L.* 25. §. *f. & LL. seqq.* quæ in illorum locum successere, 22. corporales & incorporales, 18. §. 2. 13. §. *f.* exceptis servitutibus. 19. §. *f. PRÆSTATIONES* personales comprehendunt debita à debitoribus hereditariis exacta, actiones nomine rerum hereditariarum acquisitas. 16. §. 4. *& seqq.* 40. §. 2. In specie verò distingue, BONÆ FIDEI possessor, etiam in jure errans, 20. §. 6. 25. §. 6. restituit res hereditarias, & quantum tempore rei judicatæ. 23. *pr.* 36. §. 4. exinde locupletior factus. 25. §. 11. 20. §. 6. 28. *ff.* 1. *C.* Post litem verò contestatam, aut interpellationem à tertio factam desinit b. f. possidere. 20. §. 11. 25. §. 5. *&* 7. *ff. L.* 1. *C. MALÆ FIDEI* possessor omnia restituit, etiam, quæ possidere desiit, vel acquirere potuit, 20. §. 6. 25. §. 1. *&* 8. *h.* cum omnibus accessionibus. 27. *h. vid. tamen* 62. §. 1. *de R. V.* 20. §. 14. 27. & fructibus perceptis & percipiendis: 25. §. 4. *ff.* 1. §. 1. *C.* Præstat culpam; 25. §. 2. secus est in b. f. possess. qui regular. de culpa non tenetur. 31. §. 3. *L.* 25. §. 11. *L.* 30. Quoad *CASUM* fortuitum disting. Fur, Raptor, &c. qui semper in mora, *L.* 8. §. 1. *& L. f. de condict. furtiv.* præstat eum: 7. §. *f. de condict. furtiv. L. f. C. eodem. L.* 1. §. 34. *& seq. L. p. de vi & vi arm.* 46. *princ. de furt.* 1. *C. de his, quæ vi metusve.* Simplex m. f. possessor non restituit pretium rei ante judicium acceptum peremtæ; 26. *pr. de R. V.* 25. §. 2. *in f. h.* sed post judicium acceptum præstat æstimatio-

mationem, 40. *in pr.* & fructus percipiendos, usque ad tempus rei judicatæ. 17. §. 1. 33. *de R. V.* Bonæ fidei possessor nec ante, nec post judicium acceptum tenetur de casu fortuito; 40. *pr. h.* 16. *pr. de R.V. arg.* 21. 24. *pr. de usur.* 63. *de R. J.* nisi actor probet, si res fuisset restituta, se illam voluisse & potuisse statim distrahere. 15. §. *f. de R. V. vid.* 16. *pr. h.* 8. *de re judicat.*

DEDUCIT possessor, quæ hereditatis nomine solvit. 17. 53. *ff.* 4. *&* 5. *C. h.* Circa *IMPENSAS* disting. Expensas *FRUCTUUM,* quæ fiunt in fructus præsentis anni quærendos, conservandos, &c. 36. §. *f. h.* 3. §. 1. *L. f. de impens. in res dot. fact.* tàm b. f. quàm m. f. possessor de fructibus deducit. *d. L.* 36. §. *f.* 1. *C. de fructib. & lit. exp.* 46. *de usur.* Et b. f. possessor illas consequitur, licet fructuum nihil perceperit. 37. Expensas *REI* (*v.* 79. *de V. S. L.* 1. *pr. de imp. in res dot. fact.*) necessarias, & utiles 79. *pr. &* §. 1. *de V. S. L.* 5. §. *f. L.* 10. 14. §. 1. *de impens. in res dot. fact.* b. f. possess. indistinctè deducit, licet res non exstet, 38. *h.* & m. f. possessor judicis officio deducit, si res meliorata existat. 38. *v. l.* 1. *C. de infant. expos.* 13. *de condict. furt. Fr. ex.* 4. *q.* 6. Voluptuarias, *v.* 7. *pr. de impens. in res dot.* 79. §. 2. *de V. S.* b. f. possess. deducit, m. f. possess. tollere potest, modò fiat citra rei corruptionem. 39. §. 1. *h.* 38. *de rei vind.*

pr. Actor *PROBARE* debet, (1.) *MORTUUM* esse illum, de cujus hereditate agitur: *arg.* 2. *de probat. Carpz. p.* 1. *c.* 16. *d.* 37. *vid. Mascard. de probat. concl.* 1373. *Carpz. lib.* 2. *def.* 166. nam mors non præsumitur; *dd. LL.* nisi de absente, LXX. annis majore, post diligentem diuturnam inquisitionem, nihil constare potuit; tùm enim proximioribus hereditas ejus conceditur. *Carpz. p.* 3. *c.* 15. *d.* 57. Infra hanc ætatem si quis etiam 30. annos abfuerit, nisi aliæ probationes concurrant, cognatis nil nisi bonorum administratio, sub cautione, officio judicis conceditur: *Carpz. p.* 3. *c.* 15. *d.* 48. *& seq.* (2.) *SE* illius heredem esse ex testamento vel ab intestato, *Carpz. p.* 3. *c.* 18. *d.* 28. *& seq.* (3.) *ADVERSARIUM* res possidere. *v. Carpz. p.* 3. *c.* 33. *d.* 6. *& seq.*

E Judicio hoc accepto, possessor res hereditarias non distrahit, nisi sub cautione, aut justa causa; 5. Interim tamen Creditoribus hereditariis & legatariis respondere tenetur, modò hi caveant de indemnitate præstanda, & indebito restituendo. *f. pr. &* §. 1. *C. h.* Contra reum restituere jussum, dolo non parentem, juratur litem. 20. §. *f.* 25. §. 10. *h.*

AFFINIA ſunt poſſeſſoria & fideicommiſſaria hereditatis petitio; familiæ erciſcundæ actio; & interdictum quorum bonorum.

PRÆSCRIBITUR hæc actio XXX. annis. 7. *C. h.*

SI PARS HEREDITATIS PETATUR. V. 4.

SI quis ex parte tantùm heres ſit, agit hac actione contra poſſeſſorem hereditatis totius, vel ejus partis, ut ſupra. 1. §. 1. *v.* 1. §. 2. *& ſeqq.* Dum alii deliberant, alius tantùm ſuam partem vindicat. 2. Si defunctus unum filium & uxorem prægnantem reliquit, ille quartam tantùm petit, 3. 4. *h.* 28. §. *f. de judic.* 36. *pr. de ſolut. vid. L.* 7. *pr. de reb. dub.* quæ ipſi officio judicis pro indiviſo reſtituitur. 7. Realis rerum hereditariarum diviſio petitur familiæ erciscundæ judicio. 7. *h. t. t. famil. herciſc. vid. Donell. & Hillig. l.* 19. *Comm. c. f.*

DE POSSESSORIA HEREDITAT. PETIT. V. 5.

HÆc competit Bonorum Poſſeſſori ad vindicandam bonorum poſſeſſionem. Cæterum à civili nihil differt. 1. 2. *h.*

DE FIDEICOMMISSARIA HEREDITATIS PETITIONE. V. 6.

HÆc competit Fideicommiſſario univerſali, cui hereditas vel ejus pars à fiduciario reſtituta, adverſus eum, qui pro herede, vel pro poſſeſſore poſſidet, (non contra fiduciarium) ad hereditatem fideicommiſſariam vindicandam. 1. 3. Eadem requirit, quæ civilis hereditatis petitio. 2. *Fr. ad tit. de poſſeſſ. hered. pet. n.* 2.

DE REI VINDICATIONE VI. 1.

R*EI VINDICATIO* eſt actio in rem, qua dominus, contra poſſeſſorem, ſe rei corporalis dominum declarari, eamque ſibi à detinente reſtitui petit. 9. 23. *pr. h.* §. 1. *I. de act.*

Directa & Utilis. *L. un.* §. 5. *C. de R. U. A.*

ORITUR DIRECTA ex dominio rei corporalis, (ſc. quo res alicujus propria eſt, 9. 23. *pr.*) etiam reſtricto, 24. *rerum amot.* minus pleno, directo, 33. revocabili: 66. *NON* etiam datur ob naturale, utile, & fictum: *arg.* 9. *C. UTILIS* da-

tur à Lege propter utile dominium, vel ob aliam æquitatis rationem. 5. §. 3.

S *DATUR DIRECTA* Domino: 23. *pr. v.* 15. *C.* Et ex æquitate ei, qui post litem contestatam demum dominium acquisivit. *c.* 3. *de sent. & re judic. in* 6. *arg.* 27. §. 1. *Bach. V.* 1. *D.* 15. *θ.* 2. *lit. D. Fr. h. n.* 13. *& seq.* Si actor post judicium acceptum amiserit dominium, absolvitur reus. *arg.* 27. §. 1. *& LL. seqq.* 7. §. *f. ad exhib. UTILIS* Superficiario, 73. §. 1. Emphytheuticario, 1. §. 1. *Si ag. vectigal.* Vasallo, *c. un. l.* 2. *F. tit.* 8. hujus actionis Emtori, Legatario, Cessionario proprio nomine, 55. *de procurat.* 5. 7. *f. C. de her. vel. act. vend.* 1. *C. de O. & A.* 18. *C. de legat.* Pupillo, Minori, Ecclesiæ, quorum pecuniâ tutor, curator, administrator suo nomine rem emit, 2. *quando ex fact. tut.* 23. *C. de SS. Eccles.* Militi & Uxori in simili ferè casu, 8. *C. h.* 55. *de donat. inter V. & U.* Ac quibusdam aliis. 5. §. 3. *h.* 30. *de donat. mort. causa.* 1. *C. de donat. quæ sub mod.* §. 34. *I. de R. D.*

P Datur *CONTRA* possessorem, 36. *pr. L. f. h. l. un. C. de alien. jud. mut. caus. fact.* civilem, naturalem, ac nudum detentorem: 9. *h.* posteriores tamen liberantur, auctores suos nominando; nec ab autoribus suis regulariter conveniuntur. *arg.* §. 1. *I. de act. Bach. de act. d.* 2. *θ.* 15. Possidere autem quis debet tempore litis contestatæ, & quo res judicatur. *vid. tamen* 27. §. 1. Datur etiam utilis vindicatio contra fictum possessorem, qui fraudulenter se obtulit liti, 25. *& seq.* vel ante litem contestatam dolo desiit possidere: 27. §. 3. 36. *pr.* Si lite jam contestatâ reus dolo desiit possidere, continuatur directa: 68. *Bach. V.* 1. *D.* 15. *θ.* 4. *lit. E.* Si ante litis contestationem b. f. possessor possessionem, licet lata culpâ, amiserit, non tenetur; *arg.* 27. §. 3. 36. *pr. h. Bocer. cl.* 5. *d.* 26. *θ.* 41. Sin post litis contestationem, pati debet æstimationem, 36. §. 1. 63. nisi culpa abfuerit. 27. §. 2. *Bocer. d. D. θ.* 43. Contra *HEREDEM* possessorum datur, quatenus possidet, unum ex pluribus. 42. 51. 55. *ff.* 2. *C. si unus ex plurib. hered.* Si verò defunctus dolô desierit possidere, datur contra heredes actio in factum, quatenus ex illa re locupletiores facti sunt, 52. vel si aliud quid condemnatione dignum post litem contestatam admiserit, heredes etiam, licet non possideant, propterea condemnantur. 42. *h. arg.* 3. §. 11. *de pecul.*

O *PETUNTUR* hâc actione res singulares, corporales, mobiles & immobiles, 1. *pr.* §. 1. *h.* §. 1. *inf. I. de act.* etiam colle-

collectæ, ut grex. 1. §. *f.& seqq. h. v.* 30. *de usurpat.* NON petuntur res incorporales & juris universitates, 56. tignum b. f. alienis ædibus junctum. 23. §. 6. *h.* 7. §. 10. *de A. R. D. L.* 1. *de tign. junct.* Actor debet designare, quam rem, aut quam ejus partem petat. 6. 73. *v.* 76. §. 1. Petuntur res cum omni causa. 17. §. 1. *L.* 20. 34.

A Circa FRUCTUS distingue: * Bonæ F. possessor

B *ANTE litem contestatam perceptos fructus quoscunque suos facit. §. 35. *I. de R. D.* [*obst.* 40. *de A. R. D.* 45. *de usur.*] 48. *pr. &* §. 2. *de A. R. D.* 28. *de usur.* 13. *quibus mod. ususfr. amitt.* 78. *h.* 136. *de R. I. Vinn. l.* 1. *q.* 25. De percipiendis & consumtis, licet inde locupletior factus, *v.* 5. *h.* 23. securus est; *arg.* §. 35. *I. de R. D.* §. 2. *I. de off. jud. l.* 4. §. 2. *ff. fin. regund.* 22. *C. h.* 4. §. 19. *de usurp. Vinn. l.* 1. *q.* 26. *vid. tamen Carpz. p.* 3. *c.* 32. *d.* 28. *Grœnevv. ad L.* 22. *C. h.* Restituat tamen pendentes, *arg.* 44. & exstantes, naturales & industriales, [*obst.* 28. *de usur.*] *add. l.* 29. §. 1. *ff. qui & à quib. manum.* 22. *C. h. arg.* 48. *pr. ibi: interim. de A. R. D. arg.* §. 35. *I. de R. D. Vinn. l.* 1. *q.* 26. quos nondum usucepit. *arg.* 4. §. 19. *de usurp. Carpz. p.* 3. *c.* 32. *d.* 29.

b. *POST litem contestatam debet, ut alius * Malæ Fidei pos-

a. sessor, omnes restituere, consumtos & percipiendos. 22. *C. h.* §. 2. *I. de off. jud.* §. 35. *I. de R. D.* 2. *C. de fruct. & lit. expens.* 33. 62. §. 1. *h.* 5. *C. Carpz. p.* 3. *c.* 32. *d.* 30. *& L.* 1. *Resp.* 39. Ut judex hic possit fructus adjudicare, requiritur, ut petantur ab actore ante litem contestatam percepti & percipiendi: 10. *de usur.* 25. §. 8. *de ædilit. Edict. Wesenb. h. n.* 7. *& ibi Hahn.* Post litem contestatam etiam non petiti judicis officio adjudicantur. 25. §. 8. *de ædil. Edict.* 35. §. 1. *vid. Carpz. L.* 1. *Resp.* 39.

Deducit tamen reus, sive b. f. sive m. f. possessor, Impensas Fructuum, 36. §. *f. de her. pet.* 51. *famil. erc isc.* & Necessarias in Rem, 5. *C.* dummodò non sit fur aut violentus possessor. 1. *C. de infant. expos.* 13. *de condict. furtiv.* Utiles b. f. possessor deducit: 27. §. 5. 30. 38. 48. *h.* §. 31. 33. *I. de R. D.* modò res adhuc melior existat, 38. vel conditio petitoris, aut aliæ circumstantiæ aliud non suadeant: *v.* 38. 27. §. 5. 29. *h.* M. f. possessor hosce tantùm tollit. 5. *C.* 37. *h.* §. 31. *I. de R. D.* Voluptuarias b. f. & m. f. possessor regulariter tollit, 5. *C. arg.* 38. *h.* 9. *de impens. in res dot. fact.* modò sine damno. 38. *h.* 39. *inf. de her. pet.*

Actor hic in directa actione probare debet, se esse dominum, pr. & adversarium possidere: 2. *de probat. L. f. h.* cumque dominii

probatio fit difficillima, *Carpz. L.* 1. *Resp.* 76. 77. *Mascard. de probat. concl.* 533. consultum erit aliquo interdicto possessionem nancisci, & adversario probationes imponere. 24. Si reus negavit possessionem, & actor contrarium probavit, transfertur à mendace in actorem, licet dominium nondum probaverit. *f. h. N.* 18. *c.* 10. In utili actione illud probandum, propter quod competit dicta actio.

E Victore actore reus rem restituit cum causa, statim: §. 2. *I. de offic. jud.* 20. *ff. h. v.* 10. *& seqq.* Si statim restitui non possit, judex dilationem concedit: *d.* §. 2. Si propter contumaciam non restituatur, vel dolo amissa sit, condemnatio fit in æstimationem, jurejurando in litem factam. Quandoque etiam possessio manu militari transfertur. 46. 68. *v.* 71. *Vinn. ad* §. 1. *J. de act. n.* 19. Et actor declaratur Dominus, 35. §. 1. nec pretium, quod reus pro re solvit, restituere tenetur; 3. 23. *C. h.* 16. *C. de Evict.* 2. *C. de furt. Ord. Crim. art.* 207. 213. *Fr. L.* 2. *Resol.* 9. *num.* 32. Etiamsi reus illam b. f. in foro emerit, & quidem cum expressa protestatione, quod eam Domino restituere velit. *arg. dd. LL. junct.* 11. *de R. J. Fr. d. Resol.* 9. *n.* 100. *& seq. n.* 57. *& seq.* 74. *& seq. Perez. in C. tit. de furt. n.* 13. *Richt. p.* 1. *dec.* 96. Nisi pretium in actoris utilitatem versum, 16. *C. de præd. min. Carpz. p.* 2. *c.* 11. *d.* 29. *num.* 6. vel res aliàs fuisset peritura, *Fr. d. res. in addit. Perez. d. l.* aut ab hostibus redemta. 6. *de captiv. & postlim. rev. Fr. d. res. num.* 47. *& seqq.*

DE PUBLICIANA IN REM ACTIONE.

VI. 2.

D Est actio in rem, quâ is, qui bona f. & ex justa causa rem à non domino accepit, &, usucapione nondum impleta, possessionem casu amisit, se ejusdem quasi dominum declarari, & infirmiore jure possidentem ad rei restitutionem condemnari petit. §. 4. *I. de act. L.* 1. *f. h.*

C *CAUSA EFFIC.* Prætor Publicius, §. 4. *I. de act.* 7. §. 6. ex ficto dominio., 12. §. 4. *h.* §. 4. *I. de act. Bach. de act. D.* 3. *th.* 14. *&* 16. propter necessitatem & æquitatem. *d.* §. 4. *L.* 1. *pr.*

R *&* §. 1. *L.* 7. §. *p. & f. REQUIRITUR* igitur (1.) *Rei Traditio, 1. *pr.* 7. §. *f. h.* 25. *de usurp.* vera vel ficta, 9. §. 1. A
11. §. 1. *h.* 1. *C. de donat.* etiam de jure strictô in re legata, & simili;

ſimili; 1.*pr.* 7. §.*f.h. arg.* 25. *de uſurp. Bach. de action. D.* 3. *θ.* 18. *circa fin.* ex interpretatione tamen non requiritur in legato & ſimilibus. 1. §.*f.* 2. 12. §. 1. *vid.* 15. *Vinn. l.* 1. *qu.* 27. Si idem non dominus rem eandem pluribus vendiderit, datur Publiciana ei, cui prius eſt tradita: Si diverſi non domini vendiderint, potior cauſa eſt poſſidentis. 9. §. 4. Si tertius poſſideat, tum prior accipiens præfertur. 31. §. *f. de act. emt. Bachov. V.* 1. *D.* 15. *θ.* 2. *lit.* E. *in f. & de Act. D.* 3. *θ.* 22.
a„ *Vinn. ad* §. 4. *I. de act. num.* 8. (2.) * Titulus ad transferendum dominium habilis, §. 4. *I. de act. L.* 3. §. 1. & *LL. ſeqq.* 13. etiam putativus, ſi juſta erroris cauſa ſubſit: 5. *h.* 11. *pro emt.* ſic qui ignorans à furioſo emit, agit contra tertium; 5. *h.* 11. *pro emt.* 7. §. 2. & 4. non etiam contra furioſum. 2. §. 16. *pro emt.*
a„ (3.) * Bona fides accipientis, ſcil. quod accipiens poſſeſſionem credat ſe eſſe dominum: 7. §. 11. & *ſeqq. l.* 13. §. 1. *inf.* ſufficit ab initio apprehenſæ poſſeſſionis, & in emtione tempore contractus & traditionis, b. f. adfuiſſe: *l. p. de uſurp.* 7. §. *p.* & *f. h.* §. 4. *I. de act. v. c.* 3. *de re judic. in* 6. *Schneidevv. ad d.* §. 4. *num.* 27. *Bachov. de Act. D.* 3. *θ.* 20. *in f.* Mala Fides ſuperveniens hanc actionem non excludit, 7. §. 12. & 14. *h. junct.* 48. §. 1. *de A. R. D.* etiam Jure Can. *non obſt. c. ult. x. de præſcript.* (*nam correctorium non eſt extendendum ad hanc cauſam favorabiliorem.*) *v. l. f. h.*
a„ (4.) * A non Domino, vel qui non habuit poteſtatem rem
a. alienandi. §. 4. *I. de act.* 1. *pr.* (5.) * Res non vitioſa. 9. §. 5. 12. §. 4.

DATUR b. f. poſſeſſori, ut ſupra: etiam Vaſallo, Emphyteuticario, Superficiario, Uſufructuario, &c. 12. §. 2. & 3. *L.* 11. §. 1. Et heredibus. 7. §. 12. *NON* etiam vero Domino, quà tali: 1. §. 1. *h.* 18. *de pign.* hâc tamen ſæpè agit tanquam b. f. poſſeſſor propter difficilem dominii probationem. Hinc uno libello hæc actio ſucceſſivè ſive alternativè jungi ſolet cum Rei vindicatione, petendo rem ex jure dominii, vel quaſi. *c.* 3. *de re jud. in* 6. *Gail. l.* 1. *O.* 62. *num.* 4. & 5. *Bocer. cl.* 5. *D.* 26. *th.* 8. *Bach. de act. D.* 3. *θ.* 17. & *ad Tr. V.* 1. *D.* 15. *th.* 13. *lit. A. vid. L.* 1. §. 4. *quod legat.*

CONTRA poſſeſſorem verum, vel quaſi, 12. *pr. arg.* 7. §. 6. & 8. *h.* 16. §. 3. *de pignor.* qui jus infirmius habet. *f. in f.* 9. §. 4. *NON* etiam contra verum dominum, *p.* & *f.* aut alium poſſeſſorem, qui firmius vel æque

firmum jus habet; 9. §. 4. exceptis quibusdam casibus, in quibus exceptio Dominii replicatione eliditur. 7 2. *de R. V.* 4. §. 32. *de dol. mal. & met. exc.* 18. §. 15. *de damn. infect.* 28. *de noxal. act. Bach. de Act. D.* 3. *th.* 23. *Fr. h. n.* 9. & 10.

O *OBJECTUM* sunt res corporales & incorporales, 11. §. 1. alienari vel usucapi non prohibitæ. 9. §. 5. 11. §. 2. 12. §. 4.

Judicis officium circa rem & fructus hic idem est, quod in rei vindicatione, 7. §. 8.

SI AGER VECTIGALIS, ID EST, VI. EMPHYT. PETATUR.

H *VECTIGAL* latissimè significat omnem pensionem & præstationem tàm publicam, quàm privatam. 59. §. 2. *de usufr. Valasc. de jure emphyt. q.* 31. *pr. EMPHYTEUSIS* denotat interdum Contractum, 1. *C. de jur. emphyt. N.* 7. *c.* 3. interdum rem, interdum ipsum Jus. 2. *pr. C. d. t.* Vectigalis & emphyteuticarius hic sunt Synonyma. *ut & in L.* 15. §. 1. *qui satisd. cog.*

D *CONTRACTUS EMPHYTEUT.* est consensualis, de utili rei immobilis dominio transferendo, sub lege meliorationis, & certæ pensionis annuæ, in recognitionem dominii directi solvendæ. §. 3. *I. de locat.* 1. & *seq. C. d. t.*

† *DIVIDITUR* ab objecto in Civilem & Ecclesiasticum: *N.* 7. *c.* 3. *N.* 120. *c.* 1. *c. hoc consultiss.* 2. *in pr. de reb. Eccles. non alien. in* 6. *Fr. de laudemio, c.* 9. *n.* 37. Ille est Publicus, vel Privatus. Ab adjuncto dividitur in Perpetuum & Temporalem. *arg.* 1. *L. ult. h.*

C Origine Romanus, nomen accepit à Zenone Imperatore. §. 3. *I. de locat. Harppr. in not. ad Jul. Clar.* §. *Emphyteusis. q.* 2. *n.* 9. *Vinn. ad d.* §. 3. *n.* 7.

C *CAUSA EFFIC.* est consensus partium. *d.* §. 3. Scriptura præcisè non requiritur;] licet eam Dd. communiter præcisè requirant. *Carpz. p.* 2. *c.* 39. *d.* 7. *n.* 6.] *arg. d.* §. 3. *arg.* 4. *de fid. instr. Harppr. ad d.* §. 3. *n.* 58. & *in not. ad Jul. Clar.* §. *Emphyteusis. q.* 4. *Bach. V.* 1. *D.* 29. *th.* 9. *lit. D.* ¶. *Clarus, d. q.* 4. *Valascus, de jur. emphyt. q.* 7. *n.* 2. *Vinn. ad d.* §. 3. *n.* 8. quæ tamen probationis gratia accedit, 1. 3. *C. d. t. L.* 4. *de pignor.* 4. *de fid. instr.* & utilis est. *Harppr. d. q.* 4. *in f.*

O *OBJECTUM* erant ab initio prædia rustica, sterilia; 1. *h. Fr. de laudemio, c.* 9. *n.* 21. *Carpz. p.* 2. *c.* 39. *d.* 7. *in pr.* postea etiam

etiam cultissima & prædia urbana: *aut. qui rem hujusmodi. C. de SS.Eccles.N.7.c.3. N.120.c.1.Fr.d.c.9.n.30.* Hodie in genere res corporales immobiles, quarum utile dominium promittitur, *Fr. d.c.9. num.28. Valasc.q.12. in f.* Et canon, sive annua pensio, qui consistit in pecunia, aliisque quibusvis rebus, *Valasc.q.1.n.7. §§. Harppr.d.l.q.3.num.8. & 9.* etiam minimis; v.g. uno nummo: *Valasc. d.q.1.num.8. & 11. Harppr.d.q.3.n.10.* adeo, ut, si fructibus respondeat, in dubio locatio censeatur. *Valasc.d.q.1.n.9.*

Adjiciuntur huic contractui pacta, quæ sic valent, ac si de natura contractus essent, etiamsi contractus naturalia iisdem mutentur: *d.§.3.l.1.& LL.seqq. C.d.t. Leonin. in prælect.ad L.1.n.1. Valasc.d.l.q.4.n.3.* e.g. tempus, *3.h.arg.1.§.3.de superfic. Vinn. ad §.3.I. de locat. Valasc.d.l.n.12.* cùm contractus sua natura sit perpetuus. *1.§.1.h.1.C.de offic.com.sacr.palat.Valasc. d.tr.q.1.n.12. Fr.d.c.9.n.14.* A

A Oritur ex hoc *CONTRACTU mutua obligatio, qua rei emphyteuticariæ promissor ad rem tradendam & utile dominium transferendum, accipiens verò ad culturam & curam, nec non ad pensionem annuam adstringitur. Inde descendit *ACTIO EMPHYTEUTICARIA*, *Bach.v.1.Disp.29.th.13.lit.G.* quæ est personalis, b. f, competens ex contractu emphyteuticario, ad id, quod partes exinde sibi invicem præstare tenentur. Estque ex utraque parte directa, *Bach.V.1.D.29.th.9.lit.C.* competens (1.) Illi, cui emphyteusis hoc contractu est promissa, ejusque heredibus, adversus promissorem, ejusque heredes, ad rem in emphyteusin promissam præstandam. *Valasc.d.l.quæst.14.n.1.* (2.) Domino rei emphyteuticariæ, ejusque heredibus, adversus emphyteuticarium, ejusque hæredes, (sed non contra successores singulares) *arg.f.§.1.de contr.emt.1.§.16.ad SCt.Trebell.f.C.de hered.act. Carpz.part.2.c.38.d.17. Corbulus, de jur. emphyteut.c.15.q.6.num.2. Bach.v.1.D.29.th.13.lit.E.verb.ne quidem.in f.* ad hoc, ut rem curando & colendo meliorem reddat, atque incolumem servet, imprimis autem ad pensionem singulis annis præstandam: *§.3.I.de locat.2.C.de jur.emphyt. Carpz.d.c.38.d.17.* à qua non liberatur ob sterilitatem, vel partis interitum; *1.inf.C.h.Valasc.d.tr.q.27.num.3.& seq. Carpz.p.2.c.38.d.19.* nisi hostium incursus omnem usum impediat, *Carpz.d.d.19. Valasc.d.q.27.n.13.* aut pensio promissa fructibus respondeat; tum enim arbitrio boni viri E D

diminuitur: *Vinn. ad d. §. 3. in f. Gail. 2. O. 23. Valasc. q. 27. num.* 11. Aut si, loco pensionis, certa portio fructuum promissa. *Leonin. ad L. 1. C. de jur. emphyt. n.* 8.

E * Re autem TRADITA constituitur *JUS EMPHYTEUTICUM*, 3. §. 4. *de reb. eorum, qui sub tut.* 3. *pr. C. h.* a.
D quod est jus in re immobili, plenissimè utendi, fruendi, cum potestate rem vindicandi, à Domino, alteri, sub lege meliorationis & annuæ pensionis, in recognitionem dominii directi, solvendæ, concessum: 71. *§. p. & f. de legat.* 1. *L.* 3. §. 4. *de reb. eor. L.* 1. *& seq. C. h.* §. 3. *I. de locat.* 1. *ff. h.* Idem est, si per ultimam voluntatem relinquatur, *arg.* §. 1. *I. de usufr.* aut si præscribatur. *arg. L. f. in f. C. de long. temp. præscr. Rath. tr. de usucap. c.* 5. *assert.* 29. *vid. Bach. v.* 1. *D.* 29. *th.* 9. *lit. A.*

S Hoc jus *TRANSMITTITUR* * ad heredes, testamentarios & legitimos omnes: §. 3. *I. de locat.* 1. *pr. N.* 7. *c.* 3. sive emphyteusis sit ecclesiastica, sive civilis; *N.* 120. *cap.* 1. (*quo N.* 7. *cap.* 3. *est correcta:*) *Clement.* 1. & 2. *de reb. Eccles. non alien. Bach. v.* 1. *D.* 29. *th.* 10. *lit. A. Fr. de laudem. c.* 9. *n.* 49. *v.* 9. *de probat. N.* 120. *c.* 6. *arg. d.* §. 3. nisi pacto sit aliud conventum. *Fr. d. c.* 9. *n* 62. *vide Bach. v.* 1. *D.* 29. *th.* 11. *lit. E.* B

* TRANSFERTUR etiam b.
titulo singulari quocunque, in quemcunque non prohibitum, qui canonem solvere potest. *d.* §. 3. *l.* 71. *§. p. & f. de leg.* 1. *L.* 3. *C. h.* (neque hoc prohibere valent aut revocare liberi & futuri heredes, pro quibus hoc Jus etiam erat constitutum. *arg. d.* §. 3. *d. L. f. Bach. d. D.* 29. *th.* 10. *lit. B.*) Accedente Domini consensu: *L. f. vers. minimè licere. & in f. C. de jure emph.* nam hoc non requisito Emphyteuta jure suo cadit. *d. L. f. in f. Carpz. p.* 2. *c.* 38. *def.* 13. *ubi in fine* addit, hoc in Saxoniâ non observari; Dominus novum Emphyteutam regular. recipere, hic verò Domino laudemium, sive quinquagesimam partem pretii solvere tenetur: *L. f. vers. necessitatem. & seq. C. h. v. Fr. de laudem. c.* 8. *n.* 14. *& c.* 23. Quod si Dominus per duos menses recuset, potest Emphyteusis contra ejus consensum transferri. *d. L. f. Bach. d. D.* 29. *th.* 13. *lit. B.* Hypotheca potest constitui citra Domini voluntatem: 31. *de pignor. Carpz. p.* 2. *c.* 25. *D.* 11. *n.* 10. quod etiam de Subemphyteuticatione tradit *Fr. d. tr. c.* 14. *n.* 34. Venditâ emphyteusi Dominus habet Jus *προτιμήσεως* sive retractus intra 2. menses. *d. L. f. vers. disponimus. Fr. d. c.* 9. *n.* 125.

Hoc

Hoc jus simile est dominio : *Fr. de laudem. cap.* 14. *n.* 7. *L.* 12. *in f. C. de fund. patrim.* Hinc domini ejus liberantur satisdatione, 15. §. 1. *qui satisd. cog.* omnia commoda ex re provenientia percipiunt, 1. *pr.* & §. 1. *h.* 3. *I. locat.* ac propterea etiam onera ordinaria & extraordinaria rei sustinent; 2. *C. h. l.* 7. *de Publican.* 2. *C. de annon. & tribut. arg.* 7. §. 2. *de usufr. Carpz. p.* 2. *c.* 38. *d.* 18. apochas tamen domino tradere tenentur: 2. *C.* habent utile interdictum uti possidetis, *arg.* 1. §. 8. *uti possidet. Bocer. cl.* 4. *D.* 5. *th.* 48. unde vi, & alia, 1. §. 9. *de vi & vi armat.* habent etiam utilem rei vindicationem, sive actionem, SI AGER VECTIGALIS, quæ est prætoria, 74. E D
& seq. de R.V. realis, qua Emphyteuticarius, contra quemcunq; possessorem, (etiam directum dominum) petit, ut judex sua sententia, rem, jure emphyteuticario, ad se pertinere declaret, & adversarium ad rei restitutionem cum omni causa condemnet. 1. §. 1. *h.*

EXTINGUITUR jus Emphyteut. (1.) Totali rei Interitu, *arg.* §. 3. *I. de usufr. d.* §. 3. *L.* 1. *C.* civili & naturali; *arg.* 63. §. *f. pro soc. arg.* 20. *de capt. & postlim.* 36. *de religios.* non etiam partiali. *d.* §. 3. *L.* 1. *C. h.* (2.) Cessione *arg.* §. 3. *I. de usufr. Corbul. de J. emphyt. c.* 8. *n.* 1. Voluntariâ, volenti Domino, vel contra. *arg. d.* §. 3. *L.* 5. *C. de O. & A.* 3. *C. de fund. patrimon. Corbul. d. c.* 8. *n.* 4. *Bach. v.* 1. *D.* 29. *th.* 13. *lit. D.* (3.) Præscriptione, si vel emphyteuta directum, vel dominus plenum præscribit dominium. *Carpz. p.* 2. *c.* 3. *d.* 17. (4.) Tempore elapsô, ad quod fuit contracta. *f. h. Corbul. d. tr. c.* 11. *per tot.* (5.) Extinctis omnibus personis, pro quibus fuit concessa. *Corb. d. tr. c.* 12. (6.) Culposa & insigni rei Deterioratione; *aut. qui rem. C. de SS. Eccles. Carpz. p.* 2. *c.* 38. *d.* 23. *Corbul. d. tr. c.* 13. *n.* 4. ita tamen, ut non sufficiat levissima culpa: *arg.* 5. §. 1. *commod.* 23. *de R. I.* nec tota amittitur, si pars tantum deterioretur. *Carpz. d. def.* 23. (7.) Re alienata consensu Domini non requisito. *l. f. in f. C. h. Corbul. d. tr. c.* 14. *vid. supr.* (8.) Canone non soluto, in ecclesiastica ultra biennium, in seculari intra triennium, nec apochis domino traditis, ipso jure cadit Emphyteuta jure suo, 2. *C. h. aut. qui rem. C. de SS. Eccles. Bach. v.* 1. *D.* 29. *th.* 12. *lit. B.* licet nulla interpellatio intervenerit: 2. *C. h.* 12. *C. de contrah. & committ. stipul.* modò dominus hanc voluntatem vivo emphyteuticario declaraverit: 2. *C. h. Carpz. p.* 2. *c.* 38. *d.* 9 tum enim judicis sententia declaratoria expellitur emphyteuticarius: *arg.* 176. *de R. I. junct.* 7. *C. unde vi. Vinn. ad* §. 3. *I. locat. n.* 5. *Carpz. p.* 2.

c. 38.

c. 38. *d.* 1. *Bach. v.* 1. *D.* 29. *th.* 12. *lit. B.* Ita, ut nec expensas ex natura contractus factas repetere possit. 2. *C. h. Aut. qui rem. C. de SS. Eccles. Carpz. p.* 2. *c.* 38. *d.* 12. *n.* 9. Nisi emphyteuticarius, ante domini declarationem canonem offerendo, moram purgaverit, *c. f. x. de locat. Carpz. p.* 2. *c.* 38. *d.* 11. aut pacto aliud conventum, 2. *C.* vel à Domino hoc remissum sit, etiam tacitè. 2. *C. Carpz. p.* 2. *c.* 38. *d.* 6. *Bach. v.* 1. *D.* 29. *th.* 12. *lit. D. v. Corbul. d. tr. q.* 15. *ubi hæc latè.*

SS Affinia hujus *CONTRACTUS* sunt emtio, locatio. §. 3. *I. de loc. Leonin. in prælect. ad rubr. C. de jur. emphyt. Valasc. d. tr. q.* 19. *& seq.* Cognata *JURIS* sunt (1.) Jus Feudale. *vid. Valasc. d. tr. q.* 38. *&* 39. (2.) Jus Censiticum, quod suâ naturâ etiam directum dominium continet, & ex quo tantùm pro cognitione dominii accepti singulis annis census solvitur. *Valasc. d. tr. q.* 32. *n.* 27. *Carpz. p.* 2. *c.* 39. *d.* 1. *& seq. Fr. de laudem. c.* 10. *n.* 72. *& seqq.* (3.) Jus Libellarium, quod in Jure Feudali pro hoc jure accipitur, *lib.* 2. *F. tit.* 9. §. 1. *Fr. d. tr. c.* 11. *n.* 13. Jure verò civili est jus, quod quis habet in bonis, quæ, pretiô interveniente, ita conceduntur alicui à Domino, ut pensionem certam singulis annis solvat, & prætereà statô tempore, possessore etiam non mutatô, rursus numerato certo vel arbitrario pretiô, jus istud renovet. *Cujac. de feud. lib.* 1. *c.* 2. *in med. Fr. d. tr. c.* 13. *n.* 2. *& seq.* (4.) Jus Superficiarium. (5.) Jus precariæ. *c.* 1. *&* 2. *x. de precar. Fr. d. tr. c.* 12. *n.* 4. *& seqq.*

VII. 1. DE USUFRUCTU.

D SERVITUS hic est jus in altena alteri constitutum, quo rei illius dominus, ad alterius utilitatem, aliquid pati, vel non facere tenetur. 13. §. 1. 19. *pr. de damn. infect.* 5. *pr. si usufr. pet.* 26. *de S. P. R.* 15. *de Servit.* 5. §. 9. *de nov. operis nunc.*

† Ratione rei dominantis est *PERSONALIS*, quæ personæ. 32. *REALIS*, quæ rei est constituta. 1. *de servit.* 20. §. 1. *de A. R. D.* Personales iterum sunt *ORDINARIÆ*, quæ sc. semper tales sunt, ut ususfructus, usus, habitatio. 1. *de serv.* 32. *de usufr.* *EXTRAORDINARIÆ*, quæ regulariter rebus, interdum personis conceduntur. 4. *pr. de S. P. R.* 6. *de serv. legat.* 14. §. *f. de alim. leg. de cujus lectione v. Bach. & Vinn. ad* §. 2. *de servit. n.* 1.

H USUSFRUCTUS in latissima significatione dividitur docendi gratiâ in Usumfructum *REI PROPRIÆ*, (qui

(qui non est jus in re separatum, 5. *pr. si usufr. pet.* inde à DD. causalis vocatur, *de quo in 21. §. 3. de except. rei judic.* 58. 126. §. 1. *de V.O.* 6. *de usufr. earum rerum; sed non in 4. h. Fr. h. n.* 18.) & *ALIENÆ*, qui si potestatem rem vindicandi habet, dicitur *UTILE DOMINIUM*. *vid. c. un. lib. 2. Feud. tit.* 23. Sin non habet, est Servitus, qui à Dd. dicitur *USUSFRUCTUS FORMALIS*: qui ratione rerum, in quibus constituitur, vel est *VERUS*, (jus alienis rebus utendi fruendi salva earum D
substantia:) vel *QUASI* ususfructus. §. 2. *I.*

A Constituitur * à LEGE Patri, vel jure patriæ potestatis, C
§. 1. *I. per quas personas cuique acquir. l. 6. pr. C. de bon. quæ lib.* 1. *C. de bon. matern.* vel in præmium emancipationis, §. 2. *I. per quas person. cuique acquir. v. tamen Carpz. p. 2. c. 10. d. 5. l. 6. §. 3. C. de bon. quæ lib.* Aut patri vel matri ob secundas nuptias in casu *L. 3. & seq. Aut. l. 5. & seq. Aut. C. de secund.*
a. *nuptiis.* * *AB HOMINE*, vel à * *JUDICE* per sen-
B tentiam in judiciis divisoriis. 6. §. 1. *h.* 16. §. 1. *famil. ercisc.* 6.
b. §. 10. *comm. divid.* vel à * *DOMINO*
C * *TACITA* voluntate, mediante præscriptione, (*obst.* 10. §. 1. 4. §. 27. *de usuc.*) 28. *de V. S.* longi sc. temporis, concurrente b. f. & titulô; (*diss. Vinn. & Fr.* 10. *si serv. vind.* 2. *C. de servit.* 1. §. *f. de aq. & aq. pluv.*) *f. in f. C. de long. temp. præscr. v. tamen aut. malæ fidei C. eodem.* longissimi verò, si tantum b. f. adsit, sine titulo. [8. §. 1. *C. de præscript.* 30. *l.* 40. *ann.* Malæ fidei possessor nec longissimo tempore præscribit; sed tantùm exceptione illius præscriptionis in quasi possessione defenditur. *arg. d. l.* 8. §. 1.

c. * *EXPRESSA*, inter * *VIVOS* per quasi traditionem ex
D justa causa. 11. §. 1. *de publ. in rem act.* §. 1. *I. h. v.* 3. *h. f. de servit.* 7. *pr. usufructuar. quemadmodum caveat.*

d. * *MORTIS* causa per legatum, §. 1. *I. h.* 3. *pr. h.* quô ususfructus, à tempore hereditatis aditæ, *L. un. §. 2. quando dies usufr. leg.* ipso jure constituitur, & legatario acquiritur; *L.* 25. §. *f. h.* 10. 29. *de usufr. leg.* 19. §. 1. *quemadm. serv. amitt. f. de serv. leg. arg.* 80. *de legat.* 2. 64. *in f. de furt.* possessio verò ab herede præstatur. 3. *pr. h.* 1. §. 2. *L.* 2. *Si ususfr. pet.* NON etiam ab eo, qui utile tantùm habet dominium; Prætor tamen tuetur hunc usumfr. 1. *pr. quib. mod. usufr. amitt.* 9. §. 1. *usufr. quemadmodum cav.* resoluto jure constituentis solvitur hujusmodi ususfr. 31. *de pignor. cap. un.* §. *rei autem. lib. 2. Feud. tit.* 8.

ACQUI-

S ACQUIRERE possunt usumfr. omnes, qui non prohibentur: etiam fictæ personæ, ut Civitates, 56. Ecclesiæ, 23. *C. de SS. Eccles.* alia Collegia. 8. *de usufr. legat.* Filiusfamilias usumfructum adventitium patri acquirit, qui, filio mortuo, in patre remanet, patre mortuo in filio, licet heres patris non sit. *L. f. C. h.*

O Constituitur verus usufr. in omnibus rebus, quæ sunt in commercio, & usum quemcunque præstare possunt, 28.41. *pr.* nec utendo statim consumuntur: *§.* 2. *I.* sive sint mobiles, sive immobiles, *§.* 2. *I. L.* 3. *§.* 1. singulares, vel universal. 29. 34. *§. f.* incorporales, 3. *de usufr. earum rerum.* Hodie in annuis reditibus, Jurisdictione, *Vinn. ad §.* 2. *I. Schneidevv. ad §.* 2. *I.* in parte divisa, 6. *§.* 1. *comm. præd.* 25. *§.* 1. *de V. S.* parte indivisa, 5. *pr. h. vid.* 5. *de stipul. serv.* 66. *§.* 2. *de leg.* 2. *vid. Fr. ex.* 10. *q.* 4. *Vinn. l.* 1. *q.* 28.

E Usufructu legitimè constituto, & quasi possessione translata, **USUFRUCTUARIUS* Jus possidet civiliter, rem v. naturaliter: 12. §. 1. 49. *pr. de A. vel A. P. vid.* 15. *§.* 1. *qui satisd. cog.* 10. *§. f. de A. R. D.* habet omnia adminicula, sine quibus usufructus exerceri omninò non potest: 1. *§.* 1. *Si usufr. pet.* 44. §. 9. *de leg.* 1. *v. tamen* 30. *h.* Custodiæ causa casam in area ædificare; 73. non etiam alia ædificia struere, tollere, 13. §. 7. nec cœpta perficere potest: 44. 61. *h. v.* 15. *pr.* Re & accessione ejus plenè utitur, etiam ad voluptatem; 9. §. 4. quasi Dominus dicitur in *l.* 22. *pr. de aq. & aq. pluv. arc.* Percipit & percipiendo suos facit fructus omnes, 13. *quib. mod. usufr. amitt.* 25. §. 1. *de usur.* 48. *de A. R. D.* 12. *§. fin. h.* naturales & civiles, 7. *pr.* §. 1. *l.* 9. *pr.* 10. 59. §. 1. *h.* laudemium, *Fr. tr. de laudem. c.* 7. *n.* 63. proventus metallicos, 9. §. 2. *&* 3. *l.* 13. §. 5. modò hi renascantur, 7. §. 13. 14. *Sol. matr. Berl. p.* 3. *concl.* 35. *n.* 11. *Carpz. p.* 3. *c.* 25. *d.* 3. *&* 5. Potest venari, hoc jus, (*ut & alia usufructus exercitia, 12. §. 2. *l.* 38. *& seqq.* 67.) alteri concedere, 9. §. 5. 26. *h. v. l.* 26. *de usur.* oppignorare. *L. f. de usur. v.* 15. §. 4. *NON* etiam ipsum usumfructum in alium transferre, §. 3. *I.* nec rem alienare potest, 9. *C.* E

**PROPRIETARIUS* nihil deteriorare potest; 15. §. 6. *&* 7. *L.* 16. *h.* sed impedimenta tollere debet. 19. §. 1. C.

ACTIONES usufructuarii sunt (1.) Confessoria. *de qua lib. seq. tit. V.* (2.) Ex testamento, ad petendum usumfr. legato relictum. 1. §. 2. *L.* 2. *si usufr. pet.* (3.) Interdictum uti possidetis. *L. f. uti possid.* (4.) Quod vi aut clam. 12. *quod vi aut clam.* (5.) Unde vi. 3. §. 13. *&* 14. *&* 17. *de vi & vi arm.*

(6.) Com-

(6.) Communi dividundo. 13. §. 3. *de usufr.* 7. §. 7. *Comm. divid.* (7.) Finium regund. 4. §. 9. *fin. reg.* (8.) Utilis L. Aquiliæ. 11. §. *f. L.* 12. *ad L. Aquil.* (9.) De servo corrupto, & injur. 66. *h.* (10.) Furti. 12. §. *f.* (11.) Potest etiam novum opus nunciare. *L. un.* §. 3. *&* 4. *de remiss. L.* 1. §. *f. de nov. oper. nunc.* (12.) Servitutes fundo debitas vindicare. *L. un.* §. 4. *de remiss. Fibig. ad Exerc. Fr.* 5. *q.* 2. (13.) Cautionem de damno infecto exigere. 13. §. 8. *de damn. infect.*

ONERA usufructuarii sunt: præstatio Cautionis; *de qua in seq. tit. ult.* Adhibeat mediam diligentiam, 9. §. 2. 65. *pr. h.* 1. §. 3. *& f. usufr. quemadmod. cav.* Rem modicis sumptibus reficiat, 7. §. 2. *&* 3. *L.* 64. *h.* 7. *C. h. Richt. p.* 1. *dec.* 20. *n.* 4. Servum alat, 15. §. 2. *arg.* 18. §. 2. *commod.* ægrum curet, 45. Gregem ex fœtu suppleat, 68. §. *f. & LL. seqq. Carpz. p.* 2. *c.* 26. *d.* 9. Arbores substituat, 18. *h. v.* 59. Tributa, &c. ordinaria & extraordinaria de suo solvat; 7. §. 2. *L.* 27. §. 3. *h. L.* 7. *de publ. & vectigal.* 2. *C. de annon. & tribut. Carpz. p.* 3. *c.* 16. *d. ult.* nisi quantitatem fructuum exsuperent, tum enim excessus repletur à proprietario. *Carpz. l.* 1. *R.* 105. *n.* 11. *Richt. p.* 1. *dec.* 20. *in f. & p.* 2. *dec.* 20. *n.* 28. *Harppr. ad* §. 2. *I. n.* 157. *Garsias, de expens. & meliorat. c.* 11. *n.* 51. Æs alienum nec usufructuarius omnium bonorum exsolvit. *arg. L. f. de usufr. leg. Carpz. l.* 1. *R.* 104. *per tot.*

DE USUFRUCTU ADCRESCENDO. VII. 2.

USusfructus accrescit, si conjunctim pluribus legetur, & alter defecerit: 1. *pr.* quocunque modo fuerint conjuncti, §. 8. *I. de legat. junct.* 89. *de leg.* 3. 142. *de V. S. L.* 16. §. 2. *de legat.* 1. *Carpz. p.* 3. *c.* 2. *d.* 14. sive Verbis tantum, *dd. LL. Carpz. d. l.* sive Re tantum, 1. §. 3. *junct.* §. 8. *I. de legat. Carpz. d. d. n.* 1. sive Re & Verbis simul. *d.* §. 8. *d. L.* 89. Nam hi omnes solidum habere videntur ab initio, partes demum faciunt in concursu, 1. §. 3. *in med.* 3. *pr. h.* 80. *de leg.* 3. etiamsi verbis tantum fuerint conjuncti. *Vinn. ad d.* §. 8. *n.* 15. *Fr. h. n.* 11. Accrescit ususfructus etiam post concursum realem: 1. §. 3. *h.* (*vid.* 57. §. 1. *de usufr. L. un.* §. 5. *C. de caduc. toll. Fr. h. n.* 18.) Ei quoque, qui portionem suam amisit. 10. *h.* 33. §. 1. *de usufr.* Aliud singulare *vid. in* 3. §. *f. h.* NON accrescit plane non conjunctis. *L.* 1. §. *f. l. p. h.*

QUAN-

QUANDO DIES USUSFR. LEGATI CEDAT.
VII. 3.

CEdit dies ususfr. * *PURE* legati ab adita hereditate, non à tempore mortis, ut legata; Nam hic non est transmissionis spes ad heredes, §. 3. *I. h.* 3. §. *f. quibus mod. usufr. amitt.* 38. §. 10. *de V. O.* 3. *quando dies legat. cedat.* neque constituitur, nisi quis jam uti possit. *L. un.* §. 2. *h.* A
* *IN DIEM* vel *CONDITIONEM* legati, cum dies &c. venit: *l. un.* §. 2. *&* 3. *h.* 2. *&* 3. *quando dies legat. ced.* Ante diem agens hôc in casu non malè; sed nulliter agere dicitur. *L. un.* §. *f. h.* a.

QUIB. MOD. USUSFR. ET USUS AMITTITUR.
VII. 4.

FINITUR usufr. (1.) *MORTE* usufructuarii, §. 3. *I. de usufr. L.* 3. §. *f. h. p. pr. &* §. 1. *C. de usufr.* etiam ante diem vel conditionem; 12. *C. de usufr.* licet jus utendi fruendi vendiderit. &c. 8. §. *f. de peric. & commod. rei vend.* Heredibus simul constitutus, defertur primis; 14. *C. de usufr. Fr. in comm. h. n.* 11. non tamen jure hereditatis. 38. §. 10. 11. *&* 12. *de V. O. L.* 12. *C. h.* Fictarum personarum usufr. extinguitur quasi morte, sc. dissolutâ universitate, &c. 21. vel lapsis 100. annis. 56. *de usufr.* 8. *de usufr. legat.* 23. *C. de SS. Eccles.* Singulare est in *L. f. C. de usufr.* Proprietarii morte non finitur. 3. §. 1. *C. de usufr.* (2.) *DIE* vel conditione. existente. 15. *h.* 5. 12. *C. de usufr.* (3.) *AMITTITUR CAPITIS* maximâ & mediâ deminutione: *p.* §. 2. *C. de usufr.* Hodiè Banno Imperii. *Carpz. p.* 3. *q.* 140. *num.* 26. *Stamm. de serv. person. lib.* 1. *tit.* 3. *c.* 4. (4.) *NON UTENDO* per modum, (*v. infr. usufr. quemadmodum cav.*) & tempus, §. 3. *I. de usufr.* neque per se, neque per alios, 38. 39. 40. *de usufr. L.* 2. *de aqua quotidian.* 10. 11. *pr. quemadm. serv. amitt.* præsens X. absens XX. annis: *L. p.* §. 1. *C. de usufr. arg. f. in f. C. de long. temp. præscript.* sive res sit mobilis, sive immobilis. *arg. dd. LL. Fr. h. n.* 4. *&* 5. Si parte tantùm usus non est, illam tantùm amittit. 14. 25. (5.) *TOTALI* rei interitu & mutatione: *p.* §. 1. *C. h.* 2. *de usufr.* §. 3. *I. eodem.* 5. §. *f.* In parte homogenea retinetur usufr. 53. *de usufr.* non in heterogenea. 5. §. 2. *vid.* 10. §. 7. Idem est, si res civiliter perierit. 26. *h.* 63. §. *f. pro soc.* (6.) *RESOLUTIO* jure constituentis, 16. qui revocabile &c. habuit

buit. *L.* 19. *h.* 8. §. 2. *de peric. & commod. rei vend.* (7.) CONSOLIDATIONE. §. 3. *l.* 27. (8.) CESSIONE extraneo facta. 66. *de jur. dot. Fr. h. n.* 8. *ad* §. 3. *I. de usufr. n.* 4.

Finito usufructu res cum fructibus nondum perceptis proprietario, expensas refundenti, est restituenda. §. 36. *I. de R. D.* 13. *de usufr.* 8. *de ann. legat. Carpz. p.* 3. *c.* 32. *d.* 12. & 12. De civilibus fructibus. *vid.* 26. 58. *de usufr.* De usu Sax. *vid. Carpz. p.* 3. *c.* 32. *d.* 5. & *seqq.* E

DE USUFR. EARUM RER. QUÆ USU CONSUM. VII. 5.

QUASI USUSFRUCTUS hic est jus utendi fruendi rebus quæ usu consumuntur, alteri jure servitutis personalis eâ lege concessum, ut, eo finito, res in genere, vel illarum æstimatio restituatur. §. 2. *I. de usufr. L.* 5. §. 1. & 2. *L.* 7. D

A Indroductus SCto: Utilitatis gratia: §. 2. *I. d. t. L.* 1. *h.* Constituitur à * *LEGE*, patri in peculio filii adventitio regulari. *arg.* 4. 6. *C. de bon. quæ lib. N.* 22. *c.* 34. *junct. l.* 69. *ad L. Falcid. Donell. L.* 10. *comm. cap.* 4. *Bach. V.* 1. *D.* 16. *th.* 2. *lit. i.* C

a. * à *DOMINO* (1.) mortis causa: *d.* §. 2. *I.* (2.) Conventione & rerum traditione; *Bach. d. l. Vinn. ad.* §. 2. *I. d. tit. verb. utilitatis causa.* Sed *NON* à Judice. *arg.* §. 4. 5. *I. de offic. jud.*

IN rebus, quæ usu consumuntur: 5. §. 1. & 2. *h.* §. 2. *d. t. L.* 11. *h.* Vestimentorum &c. verus potiùs ususfructus est. 15. §. 4. *de usufruct.* 9. §. 3. *usufruct. quemadm. caveat. arg.* 5. §. 10. *commod. vid. Bach. & Vinn. ad.* §. 2. *I. d. t.* O

B Hic per * *TRADITIONEM* rerum dominium transfertur: *d.* §. 2. *L.* 7. *h.* (Proprietario remanet obligatio in locum proprietatis. *Vinn. ad d.* §. 2. *n.* 4. cautio enim non est de forma hujus ususfructus, *arg.* 5. §. 1. *Bach. V.* 1. *D.* 16. *th.* 5. *lit. E. Fr. tit. usufr. quemadmodum cav. num.* 8.) unde quasi usufructuarius pro arbitrio illis abutitur, 5. §. 1. & 2. omneque periculum sustinet; *arg.* 9. *C. de pign. act.* 11. *de reb. cred.* nam restituit rem in genere, &c. 7. *h.* §. 2. *I. d. t. L.* 2. 4.

b. 5. 6. 7. *h.* * *LEGATO* quasi usufructu datur Legatario actio ex testamento & confessoria; *arg.* 10. & 29. *de usufr. leg.* sed non rei vindicatio, nam dominium harum rerum tantùm per traditionem transfertur. *d.* §. 2. *I. l.* 7.

FINITUR tantùm morte, maxima & media capitis diminutione. 9. 10. *pr. REPETITUR* res in genere, vel æ- ↄ

ſtimatio, actione ex ſtipulatu ex cautione, ſi quæ intervenerit, vel condictione ſine cauſa. 5. §. 1.

VII. 6. SI USUSFR. PETAT. VEL AD AL. PERTIN. NEG.

Explicationem hujus tit. vid. in ſeq. *Lib. VIII. tit. 5.*

VII. 7. DE OPERIS SERVORUM.

D Servitus operarum ſervilium eſt Jus omnem utilitatem ex operis ſervi alieni percipiendi. 3. Hoc jus in quibusdam cum uſufruct. in quibusdam cum uſu convenit: 5. *h.* in aliis ab utroque differt: propriè neque uſus, neque uſusfruct. eſt: 1. §. 9. *ad L. Falcid.* 5. §. *f. uſufruct. quemadmodum cav.* 2. *de uſufruct. legat. arg.* §. 4. *I. per quas perſon. cuique acquir.* §.
Ↄ 3. *I. de uſu & habit. Bachov. ad W. h. lit. A.* Unde nec morte, nec capitis deminutione ejus, cui debetur, finitur. 2. *h.* 2. *de uſufruct. leg.*

VII. 8. DE USU ET HABITATIONE.

D Usus eſt jus in re alienis rebus utendi, ſalvâ rerum ſubſtantiâ. *v. Carpz. p. 3. c. 13. d. 4. & p. 1. dec. 69. per tot.*

C Conſtituitur, ut uſusfr. *pr. I. h. L.* 1. §. 1. Atque in iisdem
O rebus.

N Formalis ratio eſt in jure utendi, 2. *pr. h.* quod competit uſuario in fructibus naturalibus & induſtrialibus, 12. §. 1. tantùm ad quotidianum & neceſſarium ſuum, ſuorumque uſum annuum, §. 1. *I.* 12. §. 1. *L.* 15. *pr.* pro dignitate ſua: 12. §. 1. Etiamſi familia poſtmodum aucta, 4. §. 1. aut proprietario ex fructibus nihil amplius ſuperſit. 15. *pr. h.* 42. *de uſufruct.* In ædibus habitat cum parentibus, ſocru, &c. 2. §. 1. 4. §. 1. *& LL. ſeqq.* hoſpite & inquilino: 2. §. 1. 4. *pr. v. Carpz. p. 1. dec. 69. n. 11. & ſeqq. & n. 26. in f. v. tamen* 7. *h.* Nec vacua parte proprietarius uti poteſt. 22. §. 1. Uſuarius aliis concedere non poteſt jus utendi; 4. *pr.* 8. *pr.* 11. *h.* §. 1. *I.* Niſi conſtituens hoc conceſſerit, etiam tacitè, propter conditionem uſuarii, vel qualitatem rei uſuariæ: v. g. Si quis aurigæ ſciens equi uſum conceſſerit, 12. §. 4. *h. Carpz. p. 3. c. 13. d. 4. num. 9.* aut aliàs uſus plenè inutilis eſſet; 22. *pr. Carpz. d. l. & p. 1. dec. 69. n. 10. & ſeq.* quo tamen caſu pro-

prie-

prietario reddat, quod usum excedit. *Carpz. d. dec. num. 26. in f.*

Usuarius habet actionem confessoriam : *de qua seq. lib. VIII. tit. V.* Debet cavere. 5. §. 1. *usufr. quemadm. cav.* Rem sartam tectam conservare, tributa, &c. solvere, si usus omnes fructus absumit. 18. *h. arg.* 13. *de impens. in res dot. Vinn. ad rubr. I. h. in f.* Finitur usus ut usufr. *pr. I. h. arg.* 1. §. 1. E

HABITATIO est propria species servitutis personalis. §. *f. I. Fr. h. n.* 7. *Vinn. ad* §. 5. *I.* Definitur jus alienas ædes inhabitandi, & omne commodum ex illarum habitatione percipiendi. §. *p. I.* D

Effectu ferè idem est, quod usus ædium : 10. *pr.* Differt tamen, quod ille, cui competit habitatio, ædes aliis locare possit, etiamsi ipse non inhabitet; §. 5. *I.* 13. *C. de usufr.* & hactenus usumfr. imitatur; 13. *C. de usufr.* A quo tamen differt, quod ille illud commodum tantùm percipiat, quod ex habitatione accedit; *Hahn. h. in f. Fr. h. n.* 7. Ab utroque differt, quod neque capitis deminutione, neque non utendo amittatur. 10. *pr. h.* 10. *de cap. min.* C

USUFRUCTUARIUS QUEMADMODUM CAVEAT. VII. 9.

CAUTIO USUFRUCTUARIA est, qua fructuarius proprietarium, & alios, ad quos res usufructuaria pertinet; de illa securos reddere tenetur. 1. *pr.* & §. 3. *h. L.* 13. *pr. de usufr.* Est D

A *Necessaria, 8. §. 4. *de his, qui satisd. cog.* 1. §. 3. *l.* 8. *h.* 13. *pr. de usufr. v.* 2. §. 1. *quod legat.* ante traditionem rei fructuariæ *d. L.* 13. *de usufr.* 6. *pr. ut in possess. legat.* Dominus rem traditam vindicare, & exceptionem usufr. constituti replicatione cautionis non præstitæ elidere, 7. *pr.* aut cautionem petere potest condictione ex Lege, *L.* 7. *pr. h.* 5. §. 1. *de usufructu earum rerum.* vel officio judicis. *d. L.* 13. *Gail. l.* 2. *O.* 46. *n.* 5. Fructus tamen interim perceptos fructuarius non restituit : *arg.* 5. §. 1. *de usufr. earum rer.* (*obst.* 24. *de usufr. legat.*) *P. Busius, ad d. L.* 5. *n.* 6. ¶. nisi dolo malo cautionem differat : *Bus. d. l. n.* 10. *vid. Gail.* 2. *O.* 46. *n.* 6. & *seq.*

2. *Sed non est substantiale ususfructus. [*v. supra de usufr. earum rerum. E.*]

Prætoria præstatur in vero, Civilis in quasi usufr. 1. *pr. L. f. h.* §. 2. *I. de usufr. Gail* 2. *O.* 46. *n.* 1. & 2. C

PRÆSTATUR proprietario, 13. *pr. de usufr.* etiam P

 futuro,

futuro, qui sc. spem habet radicatam proprietatem consequendi; 8. Licet posteà eam acquisivit: 3. §. *f.* Pluribus pro rato. 9. §. *f. h.* 13. *pr. de usufr.* Si pluribus ususfr. legatus, ipsi quoque invicem cavent propter jus accrescendi. 8.

S *AB* omnibus, 13. *pr. de usufr.* Vero & Quasi usufructuario, §. 2. *l. de usufr. L.* 2. 4. 5. §. 1. *L.* 7. *de usufr. earum rerum, &c.* 1. *& tot. t. h.* quôcunque titulô usumfr. habeant, 1. §. 2. *L.* 9. §. 1. Legatario, Fideicommissario. 9. *pr.* 1. §. 2. EXCIPITUR tamen (1.) Pater ratione ususfr. quem habet propter patriam potestatem, 6. §. 2. 8. §. 4. *inf. C. de bon. quæ lib. Carpz. p.* 2. *c.* 10. *d.* 9. etiamsi in illo sint res fungibiles; *arg. dd. LL.* nisi immineat dissipationis periculum, & pater immobilia non possideat. *Carpz. d. d.* 9. *n.* 8. *& seqq.* (2.) Fiscus. 1. §. 18. *ut legatorum.* 2. §. 1. *de fund. dot.* (3.) Donator rei, qui sibi usumfr. reservavit. *arg.* 62. *de Ædil. Edict.* 28. *de R. J. Bach. V.* 1. *D.* 16. *th.* 6. *lit. A. Myns. cent.* 5. *O.* 36. ubi tamen requirit cautionem pignoratitiam, *per leg.* 7. *ut legatorum.* quod etiam probat *P. Busius, ad L.* 4. *&* 5. *de usufr. earum rerum &c. n.* 15. (4.) Usufructuarius, cui proprietas sub die legata. 9. §. 2. *h.*

F In * *VERO* usufructu cavetur (1.) se boni viri arbitrio fruiturum: 1. *pr. &* §. 6. *h.* 1. §. 3. *& f. h.* 65. *de usufr. v.* 9. §. 3. *h.* (2.) Finitô usufr. se restituturum, quod inde extat. 1. *pr.* §. *p. & f.* B

Q In * *QUASI* usufr. tantùm de re, finitô usufructu, in eodem genere, & eadem bonitate, vel de ejus æstimatione præstanda. §. 2. *l. de usufr. earum rerum, quæ usu consum.* 7. §. 1. *h.* b.

Jure * Civili hic cavetur fidejussoribus: *arg.* 7. *pr. h.* 13. *pr. de usufr.* 4. *C. eodem. junct. L.* 7. *de Prætor. stipul. &* 1. *qui satisd. cog. Bach. V.* 1. *D.* 16. *th.* 5. *lit. A.* * Moribus verò nostris etiam pignoribus: *Besold. in delib. Jur. ad hunc lib. VII.* quod si hoc fieri nequeat, judicis arbitrio juratoria admittitur, *arg.* 6. *si cui plus quam per L. Falcid. L.* 1. §. 2. *C. de assert. toll. Aut. general. C. de Episc. & Cler.* aut res usufructuaria proprietario vel tertio pro certa pecunia, fructuario præstanda, committitur. *Busius, ad d. l.* 4. *&* 5. *de usufr. earum rerum. n.* 12. *& seq. Gail.* 2. *O.* 47. *n.* 8. *& seqq. Bach. d. th.* 5. *lit. D.* C c.

E *EFFECTUS* est actio ex stipulatu, ad interesse, quæ datur * *STATIM*, si verus usufructuarius debitô modô non utitur; Unde sæpius ex hoc capite agi potest: 1. §. 5. *&* 6. Et usufructuarius ob rei deteriorationem non statim D

suo

ſuo jure cadit: 1. §. 5. *Bach.V.1.D.16.th.6.lit.f. Fr.h.n.9.* Contraria ¶¶. vera eſt in gravioribus deteriorationibus, & ſi res non recipiat diviſionem. *arg.* 14. *quib. mod. uſusfr. amittitur. ibi Fr. n. 6. v. 9. §. f. de damn. infect.*

d. * *FINITO* uſufr. ad rem reſtituendam ſecundùm cujusque uſusfr. naturam. Hinc bene faciunt, qui ab initio inventarium conficiunt. 1. §. 4. *h. Carpz.p.2.c.10.d.9.n.12. & ſeqq.* Ex hâc cauſâ cautio ſemel tantùm admittitur. 1. §. 6.

EXCLUDUNT hanc cautionem Remiſſio, quæ fit à Lege, *de quo paulò ante*, vel à proprietario. *arg.* 29. *C. de pact. Carpz.p.3.c.13.d.12. n.1. Gail.2.* O.145. *n.*12. Teſtatoris remiſſio hìc pro non adjecta habetur. 6. *ut in poſſ. legat. ſerv. & c.* 1. *C. de uſufr. L.7. C. ut in poſſeſſ. legat. &c. Vinn. ad pr. I. de uſufr. n.9. Carpz.p.3. c.13. d.12. Hahn. ad W. h. in f.* ¶. *Gail.2.* O. 145. *vid. Bach. V.1. D.16. th.6. lit. D. Fr. h. n.5.* ɔ

Hâc cautione omiſſâ vel remiſſâ dantur aliæ actiones re deterioratâ, nempe L. Aquiliæ, & actio Furti. 13. §. 2. *de uſufr.*

Uſufructu finitô datur proprietario rei vindicatio, 3. §. *f. L. f. h.* In quaſi uſufr. Condictio ad rem in genere vel ejus æſtimationem, 5. §. 1. *de uſufr. earum rerum.*

Cognata ſunt Cautio uſuaria, & aliæ, quas ſervitut. perſon. habentes præſtare debent. *de quibus in l.* 5. §. 1. *& ſeqq. L.11. h.* SS

DE SERVITUTIBUS. VIII. 1.

SERVITUTES §. *un. in f. I. de reb. corp. & incorp. L.8. l.4. h. 2. ſi ſerv. vind. 72. pr. de V. O. Bocer. cl.5. D.8. th.5. lit. B. REALES*, ſive Prædiales ſunt ſervitutes prædiis vicini in alterius prædiis ad illorum utilitatem conſtitutæ, §. 3. *I.* 1. §. 1. *commun. præd.* D

Dividuntur (1.) ratione dominantis, in *URBANAS* & *RUSTICAS.* 2. *de S.P.R. Fr. ad pr. I.* [*Vinn. & Bach. putant ab intrinſeca ſervitut. natura. ad* §. 2. *I. h.*] (2.) Ratione ſervientis, in *AFFIRMATIVAS* & *NEGATIVAS*, 15. §. 1. *Fr. ad* §. 1. *I. h. num.* 2. (3.) à DD. in *CONTINUAS.* quarum uſus ſuâ naturâ eſt continuus, & *DISCONTINUAS*, ad quarum uſum requiritur hominis factum: *per* 14. *h. &* 28. *de S.P.U. Zœſ. h. n.* 20. Nam ratione eſſentiæ ſuæ, omnes ſervitutes ſunt continuæ. 28. *de S. P. U. vid. Fr. h. n.* 48. *& ſeq.* † † †

C *CONSTITUUNTUR à Lege: *L. f. §. f. C. de serv.* Ab A
homine: Judice: 22. §. 3. *famil. hercisc. arg.* 18. *communi divid.* Domino, 6. *pr.* 8. *communia præd.* (*vid.* 34. *de S. P. R. L. f. communia præd. Bach. V.* 1. *D.* 17. *th.* 6. *lit. B. Fr. h. n.* 15. & *Grœnevv. ad L. f. communia præd.*) 2. *h.* 6. §. 1. *communia præd.* pleno, (nam proprietarius ne consentiente quidem usufructuario potest, 15. §. *f. de usufr. Bach. V.* 1. *D.* 16. *th.* 10. *lit. D.* nisi qua deterior usufructuarii conditio non fiat. 16. *de usufr.*) irrevocabili, 11. §. 1. *quemadmodum serv. amitt.* libero. *arg. f. C. de reb. alien. non alien. vid.* 5. *de fund. dot.* 3. §. 5. *de reb. eorum, qui sub tut. Bach. V.* 1. *D.* 17. *th.* 6. *lit. A.* Si Vasallus, Emphyteuta & Superficiarius servitutes constituerint, sustinentur à Prætore in illorum præjudicium. *c. un.* §. *rei autem. lib* 2. *F. tit.* 8. *arg. L.* 1. *pr. quib mod. ususfr. amitt.*

* *ACQUIRUNTUR* à prædii dominantis domino: 6. *pr.* a.
8. *communia præd.* 15. §. *f. de usufr.* Etiam nudo proprietario, 15. §. *f. de usufr.* revocabili. 11. §. 1. *quemadmodum serv. amitt.* Per servum, 12. procuratorem, *arg.* 20. §. *f. de A.R.D.* 11. §. 6. *f. de pign. act.* patrem, ratione castrensis fundi. 18. §. 3. *de castr. pecul.* *NON* etiam à vicino, 5. *communia præd.* Socio. *d. l.* 5. *in f.* 19. *de S. P. R.* Vasallus, Emphyteuta & Superficiarius ex æquitate Prætoris acquirunt. 1. §. 9. *de superfic. c. un. lib.* 2. *F. tit.* 8.

R Requiritur * (1.) *VOLUNTAS* domini constituentis B
**EXPRESSA*: sc. pactis & stipulationibus promittitur, 3. *de* C
O. & A. quasi traditione per usum & patientiam constituitur: 11. §. 1. *de Publ. in rem act. f. h.* quod in negativis statim Factum videtur, quamprimum purè promissæ sunt. Ultimâ voluntate constituuntur ipso jure. *f. de serv. leg.* 19. §. 1. *quemadmodum serv. amitt.* Tempus, &c. rectè adjicitur tanquam terminus à quo; 98. *de V.O.* sed non tanquam terminus ad quem: 4. *pr. h.* hôc tamen casu servitutem contra pactum vindicans repellitur pacti exceptione, vel doli, 4.

**PRÆSUMTA*: longi temporis præscriptione: 28. *de V. S. f.* c.
in f. C. de long. temp. præscr. v. Bach. V. 1. *D.* 17. *th.* 8. *lit. A.* licet sint discontinuæ. *arg. d. L. f. Fr. h. n.* 54. *Bach. d. l. Busius ad* 14. *h. Carpz. p.* 2. *c.* 4. *d.* 8. *n.* 4. Attamen ¶. & ¶¶. tempus immemoriale in his requirunt. *Mynſ. c.* 4. *O.* 53. *Gail.* 2. *O.* 66. *Papæ, decis.* 573. In hac præscriptione requiritur quasi possessio, titulus, & B. f. non etiam domini scientia. *f. inf. C. de long. temp. præscr.* 24. *C. de R. V.* Unde in negativis requiritur

tur prohibitio. *Carpz. p. 2. c. 4. d. 13.* Qui jure familiaritatis utitur, nunquam præscribit. *Carpz. d. l.*

b. (2.) Requiruntur * *DUO PRÆDIA*, 5. §. 1. *de S. P. R.* diversorum Dominorum, 26. *de S. P. U.* 33. *inf. de S. P. R.* [propter futura prædia rectè stipulatur & promittitur; 25. §. 10. *famil. ercisc.* sed non acquiritur vel constituitur; §. 3. *I. h.* 1. §. 1. *communia præd.* perinde ut fidejussor futuræ obligationi. *v.* 23. §. *f. de S. P. U. L.* 6. §. *f.* 57. *de fidejuss.* §. 3. *J. eod.*] Vicina, ratione utilitatis, 7. §. 1. *communia præd.* 1. *pr.* 38. 39. *de S. P. U.* 7. §. 1. *L. f. de S. P. R.* 5. 6. *pr. si serv. vind. Fr. h. n.* 29. *v.* 6. *pr. comm. præd. junct.* 7. §. 1. *eodem*, quæ perpetuam servitutis causam habent, 28. *de S. P. U. Cujac. l.* 11. *obs. cap.* 3. licet exercitium quandoque suspendatur. 4. §. *f.* 5. §. 1. *h. Fr. d. t. n.* 52. R

Hæ servitutes, tanquam qualitates prædiorum, 86. *de V. S.* ad quoscunque possessores transeunt: 12. *communia præd.* 20. §. 1. *de A. R. D.* 23. §. 2. *de S. P. R.* Omnibus fundi partibus inhærent: 9. *h.* 13. §. 1. 21. 23. §. 2. *de S. P. R.* Individuæ sunt: 17. *h.* 72. *de V. O.* 1. §. 9. *ad L. Falcid. Vinn. lib.* 1. *q.* 28. Per partes non constituuntur: 8. §. 1. hinc qui habet iter, per quamlibet partem ire potest, moderatè tamen: 9. modum heres legatario assignat; sed tamen sine hujus captione: 26. *de S. P. R.* dissentientibus datur arbiter: 13. §. 1. *de S. P. R.* certâ parte electâ, reliquæ liberæ sunt: 13. §. 1. *de S. P. R.* Servitus augetur, auctô per alluvionem fundo. 3. §. 2. *de aqua quot. & æstiv. arg.* 18. §. 1. *de pign. act.* 16. *pr. de pign. vid. Carpz. l.* 1. *R.* 45. *per tot.*

Dominus *SERVIENTIS* regulariter nihil facere cogitur; 15. §. 1. Servitutis usum tamen impedire non potest. 13. §. 1. *de S. P. R.* Dominus *DOMINANTIS* servitutem quasi possidet, 32. §. 1. *de S. P. U.* illaque utitur secundùm suam naturam, vel modum conventum. 10. §. 1. *quemadmodum serv. amitt.* 24. *de S. P. R. vid. Carpz. p.* 2. *dec.* 106. Omnia facit, sine quibus non est servitutis usus. 11. *pr. &* §. 1. *comm. præd.* 20. §. 1. *de S. P. U. arg.* 2. *de jurisd.* Aliis ejusdem usum non concedit, 24. 33. §. 1. *de S. P. R.* nisi hoc quoque pactô concessum, (hoc ipso non constituitur servitutis servitus.) 33. §. 1. *de S. P. R. vid.* 1. *de serv. legat. &* 33. §. 1. *de S. P. R.* E

De *REMEDIIS* agetur in sequentibus.

DE SERVIT. PRÆD. URBAN.

EAdem ſervitus, ſi ruſtico prædio debetur, ruſtica eſt, ſi urbano, urbana, 2. 3. *h. junct.* 2. *de S. P. R.* 11. §. 1. *de Publ. in rem act. junct.* 1. *pr. de S. P. R.* 20. §. 1. *de S. P. U. Fr. ad tit. de Servit. n.* 64. *& ſeqq.* Prædia urbana & ruſtica hic æſtimantur non ex loco; ſed ex uſu: Urbana recenſentur *in L.* 198. *de V. S.* 1. *comm. præd.* §. 2. *I. de ſerv.* etiam horti ad voluptatem. 198. *de V. S.* Ruſtica ſunt *in L.* 180. 211. *de V. S. Fr. tit. de ſerv. num.* 55.

Præcipuæ *SERVITUTES* (regulariter) *URBANÆ* ſunt (1.) Oneris ferendi, qua paries, vel columna onus vicini ædificii ſuſtinere tenetur. 33. *h.* 6. §. 2. *ſi ſerv. vind.* Serviens columnam reficiat, *dd. LL* (niſi ædes derelinquat. *d. L.* 6. §. 2.) Dominans interim fulciat. 8. *pr. ſi ſerv. vind.* (2.) Tigni immittendi, qua vicino licet trabem vel ſimile quid immittere in vicini parietem, ut ibi requieſcat. §. 1. *I.* 242. §. 1. *de V. S.* 20. *pr.* 25. *pr. h.* 8. §. 1. *ſi ſerv. vind.* Serviens hic non reficit parietem. 8. §. 2. *ſi ſerv. vind.* (3.) Projiciendi protegendive, qua quis ex ædificio ſuo partes ſupra vicini aream ita porrectas habere poteſt, ut in vicini ædibus non requieſcant. *L.* 2. 20. *pr. h.* 80. §. 1. *de C. E. V.* 242. §. 1. *de V. S.* (4.) Altius tollendi, §. 2. *I. de act.* qua quis jure ſervitutis pati cogitur, ut vicinus ædes ſuas altius tollat, ita, ut neque ipſe contra ædificando, vel alio modo hoc impedire poſſit, maximè ſi Statuto præfinitus ſit modus: quem, vicino invito, excedere non licet. *v. L. f.* § *. f. C. de ſerv. Fr. h. n.* 45. (*Explicatio Bartoli in* 2. *h. Carpz. part.* 2. *conſt.* 41. *d.* 13. *repugnat naturæ ſervit. & l.* 15. §. 1. *de ſervit.*) (5.) Altius non tollendi, qua vicinus ædificia ſua altius tollere impeditur. 9. 14. 24. *h.* 8. *C. de ſerv.* Viridaria tamen ſupra altitudinem hâc ſervitute non impediuntur. 12. *h.* (6.) Luminum, qua vicino feneſtras, luminis hauriendi cauſa, in vicini & communem parietem immittere licet: 4. 16. quod, hâc ſervitute non conſtitutâ, non eſt permiſſum. 40. *h.* 8. *C. de ſerv.* Proprium parietem quis liberè aperit; *arg.* 8. §. 5. *ſi ſerv. vind. Carpz. p.* 2. *c.* 41. *def.* 12. *Bach. V.* 1. *D.* 17. *th.* 3. *lit. A. Fr. h. n.* 28. poteſt tamen vicinus contra ædificare. 9. *h. v.* 10. *h. Bach. V.* 1. *D.* 17. *θ.* 2. *lit. E.* (7.) Ne luminibus officiatur, qua vicinus lumina vicini quoquo modo minuere prohibetur. 4. 15. 17. *pr.* §. 1. & 2. Hæc per-

pertinet ad priorem conſervationem: *Bach. V.* 1. *D.* 17. *th.* 3. *lit. A.* Generaliter tamen conſtituta etiam ad futura pertinet. 23. *pr. h.* (8.) Ne proſpectui officiatur, qua prohibetur vicinus liberum proſpectum ex ædibus noſtris impedire. 15. *h.* Servitus proſpectus reſpicit novi proſpectûs acquiſitionem. *Bach. d. th. lit. C.* (9.) Stillicidii avertendi, qua ſtillicidium noſtrum in tectum, aream, &c. vicini avertere licet. §. 1. *l. de ſerv. vid.* 20. §. 2. 5. & 6. Stillicidii non avertendi, qua vicinus ſtillicidium in aream meam cadens alio vertere non poteſt. 2. *h.* (10.) Fluminis avertendi, qua vicinus ex ſuis ædibus aquam in alveum & canalem receptam in alienum avertere poteſt. 20. §. 5. *h.* Non avertendi. §. 1. *I.* (11.) Servitus fumi. 8. §. 5. *ſi ſerv. vind.* (12.) Poſitum non habendi. 17. §. 1. *ſi ſerv. vind.* (13.) Cloacæ immittendæ. 7. *de ſerv.*

DE SERVIT. PRÆD. RUSTICORUM. VIII. 3.

SErvitutes *RUSTICÆ* ſunt (1.) Iter, quod eſt Servitus realis, eundi, ambulandi hominis per vicinum prædium. 1. *pr. h. pr. I. de Serv.* Dominus & ejus ſervus, colonus, &c. 20. *quemadmodum ſerv. amitt.* 1. §. *p. de itinere actuque priv.* poteſt ire, ſellâ aut lecticâ portari, equo vehi. 7. 12. (2.) Actus, eſt Servitus realis, agendi jumentum vel vehiculum per prædium alienum: 1. *pr.* Qui actum habet, itineris commoditatem etiam habet; 1. *pr. h.* 58. *de V. O. v.* 9. §. 2. *de Novat.* niſi hoc ſpecialiter fuerit prohibitum. 4. §. 1. *ſi ſervit. vind.* Hic actus eſt vel plenus, qui & jumentum & vehiculum agendi jus habet; 7. 12. vel minus plenus, qui illorum unum continet, propter partium conventionem, aut loci anguſtioris demonſtrationem. 13. *de ſerv.* Actus & itineris latitudo definienda à partibus vel ab arbitro, 13. §. 2. *h. Alex. ab Alex. lib.* 2. *Genial. dier. c.* 20. ſcribit, Iter eſſe latum II. ped. Actum IV. ped. Viam VIII. ped. Jur. Sax. Iter eſt III. ped. Weichbild/ *art.* 120. *Georg. Schultz. in Syn. Inſt. tit. de Serv. lit. A.* (3.) Via, eſt ſervitus realis, eundi, ambulandi, agendi, lapidem & tignum trahendi, ac haſtam quoque rectam ferendi: 1. *pr.* 7. *pr. h.* Cujus latitudo in porrectu VIII. in anfracto XVI. pedes continet: 8. 13. §. 2. *vid. Schultz. d. t. lit. c.* quæ tamen conventione partium mutari poteſt. 23. *pr.* Hæ ſervitutes pluribus per eundem locum concedi poſſunt. 15. *communia præd.* (4.) Aquæ ductus, eſt ſervitus

realis aquam ducendi per vicinum prædium. 1. *pr.* Requiritur aqua perennis; 1. §. 5. *de aqua quotid.* 28. *de S. P. U.* ex æquitate tamen etiam non perennis ducitur. 9. Si aqua abducitur agri ſiccandi gratiâ, Dominus non poteſt aliam recipere, & ſimul educere. 29. *h.* Sin aqua adducitur ad irrigandum fundum, ſerviens non poteſt aliis hujus uſum concedere, 24. *h.* niſi hoc quoque ſpecialiter fuerit conceſſum. 33. §. 1. *h.* *Fr. h. n.* 18. (5.) Aquæhauſtus, eſt ſervitus realis aquam hauriendi ex alieno fundo vel aliô locô: 1. §. 1. 9. *h.* Hæc ſervitus iter ad fontem comprehendit, & iter ad fontem hanc ſervitutem: 3. §. 3. *Carpz. p.* 2. *c.* 41. *d.* 16. (6.) Pecoris ad aquam appulſus, eſt ſervitus realis pecora appellendi ad fontem, vel aliam vicini aquam, ut ex illa bibant: 1. §. 1. 2. §. 1. *&* 2. *l.* 4. 5. Hic obſervandus numerus & modus præſcriptus. 1. §. 18. *& ſeqq. de aqua quotid.* Hæ ſervitutes, ſi aqua ſufficiat, pluribus concedi poſſunt. 2. §. 1. *& ſeq.* (7.) Jus paſcendi, §. 2. *I. de ſerv.* 4. *h.* eſt ſervitus realis, pecora in alieno fundo paſcendi. Domino prædii non licet illud arare, &c. *arg.* 13. §. 1. *h. Carpz. p.* 2. *c.* 41. *d.* 1. poteſt tamen ſua etiam ibi paſcere, ſi paſcua ſufficiant: Neuter tamen debet habere pecora morboſa. *Carpz. d. l. def.* 8. Aliud eſt jus Compaſcui ſive mutua compaſcua, Kuppelweid/ quæ tantùm familiaritatis jure conceduntur, unde ab uno revocari, nec unquam præſcribi poſſunt. *Carpz. d. l. d.* 9. (8.) Calcis coquendæ. 1. §. 1. *L.* 5. §. 1. *h.* (9.) Arenæ fodiendæ, 1. §. 1. *L.* 5. 6. §. 1. (10.) Cretæ fodiendæ, lapides eximendi, 5. §. 1. 6. §. 1. (11.) Jus navigandi per lacum in vicini fundum, 23. §. 1. & alia ſimilia jura.

COMMUNIA PRÆDIORUM TAM VIII. 4. URBAN. QUAM RUST.

DE hoc tit. vid. ea, quæ dicta ſunt de ſervitutibus in genere.

SI SERVIT. VINDICETUR, VEL AD VIII. 5. ALIUM PERTINERE NEG.

D SErvitus vindicatur *ACTIONE CONFESSORIA*, *Vinn. ad* §. 2. *I. de act.* quæ eſt actio in rem, qua quis ſibi vel prædio ſuo ſervitutem competere intendit, ſimulque ejus declarationem & liberum uſum, contra quemcunque poſſeſſorem vel impedientem, petit, §. 2. *I. de act. L.* 2. *pr.* 6. §. 3. *h.* 5. *pr. &*

pr.& §. 1 *si usufr. pet.* 8. §. 3. *&* 4. *h.* estque directa, vel utilis †
ratione subjecti, 16. *de serv.* vel ratione objecti. *Bach. de act. D.* 2. *th.* 23. *v. Vinn. ad.* §. *f. I. ad L. Aquil. num.* 2. *&* 3.

Descendit ex servitute constituta, quæ probanda. 9. *C. de* C
Serv.

A *COMPETIT* confessoria * *DIRECTA* Domino, cui S
vel cujus prædio servitus est constituta, 5. *pr. si usufr. pet.* 2. §. 1. 6. §. 3. etiamsi servitutem quasi possideat, 6. §. 1. *vid. Fr. ad* §. 2. *I. de act. n.* 11. *&* 12. *& in comm. h. n.* 7. *Bach. de act. D.* 2. *th* 22. vel non in solidum ejus sit Dominus. 4. §. 3. 6. §. 4. Actor prædium possidens dominium probare non tenetur; *Paul de Castro, in L.* 2. §. 1. *h. Bartol. ibid. n.* 4. *Mynf. c.* 1. *O.* 19. *Bach. V.* 1. *D.* 17. *th.* 14. *lit. A.* si verò actor fundum, cui servitutem vindicat, non possidet, probare debet, se ejus dominum esse. 16. *junct.* 17. *de except. Bach. d. l.* *NON DATUR* usufructuario ad vindicandas servitutes rei fructuariæ debitas: 1. *pr.* 5. §. 1. *si usufr. petat.* nam hic vindicat usumfr. contra impedientem, *dd. LL.* vel Servitutes tanquam procurator petit nomine Domini. *arg.* 1. §. *f. de nov. oper. nunc. L. un* §. 4. *de*
a. *remissionib.* * *UTILIS* datur Creditori, cui fundus est oppignoratus: Emphyteuticario: 16. *de serv.* 9. *de nov. oper. nunc.* Superficiario. 3. §. *p. d. t. &* 1. §. *f. de superfic.* Vasallo: *c. un.* §. *rei autem. lib.* 2. *F. tit.* 8 Usufructuario, *L. un.* §. 4. *&* 5. *de remiss.* sc. contra vicinum, non contra proprietarium, à quo usumfructum vindicat; *L. un.* §. 4. *de remiss. Fibig. ad exerc. Fr.* 5. *q.* 2. Aliis jurium & rerum incorporalium Dominis. *Gail.* 2. *O.* 66. *Bach. de Act. disp.* 2. *th.* 23.

Datur *CONTRA* Dominum prædii servientis: 6. §. 3. *h.* P
singulos in solidum, si realis servitus vindicatur, 4. §. 4. 6. §. 4. & quemcunque impedientem. 10. §. 1. *h.* 15. §. 1. *si usufr. pet.* *UTILIS* datur contra illos, qui aliorum jurium usum impediunt, & illorum quasi possessionem non tradunt, vel quodammodo turbant.

Objectum *DIRECTÆ* actionis sunt servitutes constitutæ, personales & reales, rusticæ & urbanæ. §. 2. *I. de act.* O
UTILIS, alia similia jura, v. gr. Jus patronatus, decimarum, operarum, servitiorum, venationis, Jurisdictio patrimonialis, &c. *Gail.* 2. *O.* 66. *Schneidevv. ad* §. 2. *I. de act. n.* 11. *Vinn. ad d.* §. *n.* 2. *Bach. de act. D.* 2. *th.* 23. Interdum

dum etiam in hanc actionem veniunt fructus & interesse. 4. §. 2. *L. 6. §. 6. h.* 5. §. 3. *& f. si usufr. pet.*

E Præstatur pretium vel re ipsâ, vel interpositâ cautione per nudam promissionem; *arg.* 3. *C. de V. S.* 7. *h. Carpz. l.* 1. *R.* 69. *n.* 19. *& seqq.* ad quam judex reum condemnat, etiamsi actor non petierit. *Carpz. lib.* 1. *R.* 20. Si reus neutrum præstat, tanti condemnatur, quanti actor in litem juravit. 7. *h.*

Actio *NEGATORIA* seu negativa est, qua quis alteri servitutem in re sua competere negat, & rem suam liberam declarari, reumque, ut ab ejus turbatione desistat, condemnari petit. §. 2. *I. de act.* 2. *pr.* 4. §. 7. *h.* 5. *si usufr. pet.* Hæc actio fundat se in libertate, 4. §. 7. *d. l.* 5. quæ probanda, si adversarius est in quasi possessione servitutis. 8. §. 3. *h. arg.* 14. *de prob. L.* 7. §. *f. de liberal. caus. Vinn. ad* §. 2. *I. de act.* (*dissent. Carpz. L.* 1. *R.* 67. *Richt. dec.* 18. *n.* 63.)

S Datur *DIRECTA* Domino prædii liberi, 5. *pr. si usufr. pet.* 2. *pr.* 4. §. 7. etiamsi sit in quasi possessione libertatis. §. 2. *I. de act. L.* 5. §. *f. si usufr. pet. vid. Vinn. ad d.* §. 2. *UTILIS* aliis Dominis, qui similia jura in re sua competere negant. (*vid. suprà hic S.*)

P Adversus illum, qui servitutem sibi prætendit, & libertatem actoris impedit. 8. §. 5. 17. *pr. &* §. 1.

O Objectum directæ est libertas rerum, utilis verò aliorum jurium denegatio; 6. §. *f. arb. furt. cæs. L. f. de arb. cædend.* 9. §. 2. *in f. de damn. infect.* cujus nomine reus tenetur cavere, 7. 12. & interdum fructus præstare. 5. §. *f. si usufr. pet.* 4. §. 2. *h.*

QUEMADMOD. SERVIT. AMITT.

VIII. 6.

AMittuntur Servitutes vel * *OPE EXCEPTIONIS*, *in cas. L.* 4. *de servit.* 13. *pr. de S. P. R.* vel **IPSO JURE*: idque vel * ex parte fundi *SERVIENTIS*, * *ALTERATIONE JURIS* (1.) resoluto jure constituentis, qui non irrevocabile dominium habuit: 11. §. 1. *h. c. un. l.* 2. *F. tit.* 8. non etiam acquirentis. 11. §. 1. (2.) Confusione, si quis utriusque prædii irrevocabiliter & in solidum sit factus Dominus: 1. *h.* 10. *communia prædiorum. vid.* 27. *de S.P.R. vid.* 15. *h.* etiamsi illicò iterum alienaverit prædium. 30. *pr. de S.P.U.* Parte comparata servitus manet in reliquo. 8. §. 1. *de Serv.* 30. §. 1. *de S.P.U.* Ut & si duo

A a. B C

duo prædia sibi invicem servientia fuerint communicata. 34. *pr. de S. P. R.* aut prædium proprio socii prædio serviens in societatem redactum sit. Si quis revocabile dominium acquisiverit prædii dominantis, finito dominio, vel servitus est restituenda, vel æstimatio præstanda. 7. *pr.* §. 1. *de fund. dot.* Sic revocabili dominio prædii servientis finito, ex æquitate servitus iterum est imponenda. 18. *de serv.* Item, si hæreditatem vendidit, cujus prædium serviebat. 9. *communia præd.* 2. §. 18. *de hered. vel. act. vend. Fr. h. num.* 14.

c. * propter *REI MUTATIONEM* servitutes amittuntur alterutrius prædii totali interitu; 8. §. 1. *de serv.* retinetur tamen in parte residua, 8. §. 1. *de serv.* extinctis vineis in solo: 13. *pr. de S. P. R. Fr. h. n.* 19. *& seq.* ædificio denuò exstructo reviviscit: *v. L.* 20. §. 2. *L.* 31. *de S. P. V.* Si locus serviens, ultra tempus servitutis amittendæ, flumine occupatus esset, ex æquitate restituitur servitus. 14. *h.* 23. 24. *pr.* & §. 1. *quib. mod. usufr. amitt.*

b. * Ex parte prædii *DOMINANTIS* (1.) Domini remissione, 6. 14. §. 1. *de serv.* 17. *in fin. communia præd.* etiam tacita; si sc. in fundo aliquid servituti contrarium fieri permittatur, 8. *pr.* (unâ remissâ, non censentur reliquæ remissæ. 21. *de S. P. U.* 20. *pr. de S. P. R.*) dummodo habeat dominium solitarium, 34. *de S. P. R.* plenum, 15. §. *f. de usufr.* irrevocabile & liberum. 5. 7. *pr. de fund. dot.* (2.) Usus intermissione, si quis servitute non utatur, vel non eo modô, quô constituta est, per tempus lege definitum: 10. *pr.* & §. 1. 18. *h.* qui minus utitur, totam retinet, modò sciat, qualis servitus ipsi competat. 2. 8. §. 1. *L.* 9. 11. §. 1. *h. L.* 9. §. 1. *si serv. vind.* 10. *quib. mod. usufr.* Requiritur longum tempus: *L. p. C. de serv.* quòd si servitutis usus per intervalla mensium vel annorum competat, duplicatur tempus. 7. *h. L. f. C. de serv. v. Fr. h.* 34. Ignoranti quoque currit: 19. §. 1. sed non pupillo & ejus socio. 10. *pr.* Non amittitur, si quis utatur per alios, v. g. colonum, usufructuarium, b. vel m. fidei possessorem, &c. 20. *& seqq.* modò tanquam servitute utatur. *L. f. h.* Si necessitate prohibemur uti, restituitur tempore amissa servitus. 34. §. 1. *& LL seqq. de S. P. R.* 14. *h.* In urbanis solus non usus non sufficit; sed requiritur, ut adversarius libertatem rei præscribat. 6. 7. 32. §. 1. *de S. P. V.* 18. §. 2. *h. vid. Fr. h. n.* 37. *& seq.*

IX. 1. SI QUADRUP. PAUPER. FECISSE DICATUR.

PAUPERES hic eſt damnum ſine injuria facientis datum. 1. §. 3. REQUIRITUR ad hanc actionem producendam, ut pauperies facta * (1.) ab Animali irrationali, ſive ſuo corpore, ſive per aliam rem, 1. §. 9. ſive quadrupes, ſive bipes ſit, 4. pecudum numero, ſive non: 1. §. 2. canis. *arg.* 1. §. 5. 2. §. 1. *h.* etiam utilis actio datur, ſi fera beſtia, quæ in alicujus dominio eſt, damnum dederit. *arg.* 1. §. 10. *h. pr. &* §. 1. *I. h. Weſenb. Schneidevv. Harppr. Vinn. ad* §. 1. *I. h. Hahn. n.* 3. *Bach. n.* 4. *ad Weſenb. h.* (2.) ab Alieno; *arg.* §. 6. *I. de nox. act.* vendito ſub conditione reſolutiva, non etiam ſuſpenſiva. 52. §. 3. *ad L. Aquil.* Poſt emtionem perfectam, ante traditionem, convenitur venditor, qui poteſt noxæ dedere, & exceptione contra actionem empti defenditur. *arg.* §. 3. *I. de E. V. f. C. de peric. & comm. rei vend. Joh. Thomæ, tr. de nox. animal. c.* 3. *n.* 12. Excluduntur feræ. 1. §. 10. (3.) Non ſecundum generis naturam: 1. §. 7. tum enim datur actio de paſtu, vel legis Aquiliæ, vel in factum. 14. §. *f. de P. V. f. C. de L. Aquil. vid. Joh. Thomæ. d. tr. c.* 16. 17. *& f.* (4.) Sine hominis culpa. 1. §. 4. 6. & 7. nam ſi intervenerit culpa tertii, datur contra illum actio L. Aquil. 1. §. 4. 5. *h. l.* 11. §. 5. *ad L. Aquil. Hahn. h. n.* 4. ſin propria, nulla datur actio. 2. §. 1. *h.* 52. §. 3. *ad L. Aquil. arg.* 203. *de R. I. Carpz. p.* 3. *q.* 131. *n.* 26. (5.) Proprio motu: *pr. I. h.* 1. §. 4. aliàs convenitur incitantis dominus hac actione. 1. §. 8. & 11.

A a,, a,, a,, a.

D *ACTIO*, ſi quadrupes pauperiem feciſſe dicatur, eſt perſonalis, quæ datur propter damnum datum ab alieno bruto, ſine hominis culpa, proprio motu, adverſus dominum animalis, ad damnum, vel ejus æſtimatione vel noxæ deditione reſarciendum: *pr. I. h L.* 1. *pr.*

† Eſt directa & utilis. *p. h.*

C Introducta LL. XII. tabb. 1. *pr.*

S Datur omnibus, quorum intereſt: 2. *pr.* Illorum heredibus. 1. §. *f.*

P Contra illum, qui tempore actionis inſtituendæ eſt animalis dominus, 1. §. 12. vel tanquam Dominus ſeſe liti obtulit, 7. *de interrogat. in jur. fac.* aut dolo talis eſſe deſiit. *arg.* 12. 21. *pr.* 24. 26. §. 2. 39. *pr. nox. act.* Contra ſingulos in ſolidum; unius tamen præſtatio liberat reliquos. 1. §. 14. Heredes

redes, non jure successionis; sed qua domini sunt, hac actione conveniuntur. 1. §. *f.*

Damnum resarcitur præstatione æstimationis, vel noxæ deditione, 1. *h. pr. l.* utrum reus elegerit. 1. *pr. h. pr. l. h. v.* 7. §. 1. *de damn. infect.* Negans animal suum esse & convictus tenetur in solidum. 1. §. 15. *vid. Carpz. p.* 3. *q.* 181. *n.* 21. *Thomæ, d. tr. c.* 10. *n.* 33. Si liber homo læsus, datur tantum ad impensas curationis, & operarum amissarum, quasque amissurus. 3. *h. f. de his, qui effud.*

AD LEGEM AQUILIAM. IX. 2.

Lege Aquilia vindicatur *DAMNUM INJURIA* datum, quod est privatum delictum, quo per rei corruptionem dolô vel culpâ alterius patrimonium diminuitur, quod Lege Aquilia vindicatur. §. 1. 2. 3. 13. *l. h. REQUIRITUR* igitur

*(1.) Damnum, quo alterius patrimonium diminuitur: 3. *de damn. infect.* §. 13. 14. & 16. *l.* Non datur, si liber homo statim perierit: 15. §. 1. 16. 36. §. 1. *h. arg.* 5. §. 5. *in f. ff. de his, qui effud. arg.* 3. *si quadr. pauper. Thomæ, d. tr. c.* 9. *n.* 21. [*obst.* 68. *ad L. Falcid.* 7. *pr.* 14. 23. §. 8. *h.* 1. §. 5. *de his, qui effud. Locamer. q.* 339. *C. I. A. h. th.* 11. *n.* 5. *Bocer. cl.* 4. *D.* 2. *th.* 36. *lit. A. Besold. in delib. Jur. h. lib.* 9. *q.* 2. *Vinn. ad pr. I. h. Carpz. p.* 1. *q.* 34. *ad hæc respondet Thomæ, d. l.*] Neque si patientis culpa concurrat: 11. *pr. h. L.* 203. *de R. I. & ibi Sande.* Hinc non datur provocanti vulnerato ad expensas & interesse. 30. §. *f. h.* 12. §. 1. *de furt.* 22. *de N. G.* 1. §. 11. *Si quadr. pauper. Cravett. consil.* 119. *n.* 11. *Schrader. de feud. part.* 9. *c.* 4. *n.* 74. *Carpz. p.* 4. *c.* 10. *d.* 4. & *p.* 2. *q.* 99. *n.* 53. *Besold. in delibat. jur. lib.* 9. *q.* 2. *in fin. ubi hic etiam ita judicatum scribit.* [*obst.* §. 2. *I. h. L.* 5. 45. §. 4. *L.* 7. §. 4. 52. §. 1. *h. c. olim causam.* 12. *x. de restit. spoliat. Wesemb. h.*]

*(2.) Injuria datum, h. e. contra jus, dolo, vel culpâ, §. 2. 3. *I. h. L.* 5. §. 1. etiam levissimâ, 44. (nisi res exactissimam diligentiam non requirat, *arg.* 32. *depos.* §. *f. I. de soc. arg.* 151. *de R. I.* 24. §. *f.* 26. *de damn. infect. Molin. de just. & jur. tract.* 2. *D.* 697.) infirmitate & imperitia, §. 3. 7. 8. *I. h.* quæ in eo, qui artem profitetur, culpa est. 132. *de R. I.* 8. §. 1. *h. Ord. Crim. art.* 134. *vid. Heig. lib.* 2. *q.* 26. Infantiæ proximis hæc non nocent: 5. §. 2. reliquis verò, qui rationis usum habent, nocent omnibus, etiam magistratibus, 29. §. 7. Servis, 14. *de*

O. &

O. *& A.* mulieribus, quæ maritis damna dant, 27. §. 30. *L.p.h.* omittendo & committendo. 7. §. 2. *L.*8.27. §. 9.45.*pr.h.Busius ad L.*27. §. 9.*h.n.*2.*Vinn.lib.*1. *q.*33.*& ad* §.2.*I.h.n.*1. (*obst.*13. §. 2. *de usufr.*) Dummodo ex culpa per se damnum veniat. *arg.* 30. §.*f.*29. §. 7. *Gail.*2. O.22. *n.*7. *Medices, tr.de casib. fortuit. lib.*1. *c.* 11. *n.*10.*& c.*16. *n.*46. *Cz.p.*1. *q.*1. *n.*29.*& q.*10.*n.*14. *vid. Stahl.reg. Philos.tit.* 3. *Reg.*12. *L.*11. §. 1. *L.*44. §.1. *L.*45. *pr.h.* accidentia hîc non nocent: §. 3. *& seqq.I.h. L.*30. §.*p.h.L.* 2. §. 6.*de aqua pluv.* neque mors Medico perito: 6. §. 7.*de offic. præsid. vid. Gail. l.* 2. O. 111. *num.* 25. *Finckelthaus.* O. 61. *n.* 25. Neque in Legis pœnam incidit, qui jure permittente aliquid ejusmodi fecit, v.gr. Magistratus resistenti, 29. §. 7. aggressori, §. 2. *I.h.*4.*pr.*5.*pr.*45. §. 4.*h.*1. *C.unde vi.* tempore incendii, 49. §. 1. *h.* 3. §. 7. *de incend.* tempestatis in mari: 14. *de P. V. vid. tamen* 1.2. *ad L. Rhod.de jact.* (Dummodo de justo metu constet. 7. §. 4. *quod vi aut clam. Zœs. h. n.* 13. *vid. Gail. l.*2.O.22.*n.*4.) qui destruxit ædificium in suo fundo. 29. §.1.(3.) *Quo res corporalis usta, fracta, scissa, vel quoquô modô dete- a,
riorata aut peremta est: §. 13. *I. h. L.*27. §. 13. *h.* Alias enim Prætor tantùm ex æquitate dat actionem in factum subsidiariam: §.*f. I.h. L.* 11. *de P. V.* Neque fur, qua talis, tenetur hoc delicto, 27. §. 25. nec dictâ actione subsidiariâ rectè convenitur. *arg.* 11. *de P. V. junct.* §.*f. I. de obl. quæ ex del. Bach. V.* 1. *D.* 18. *th.* 1. *lit. b.*

D Ex hoc delicto descendit *ACTIO L. AQUILIÆ*, quæ est actio pœnalis, mixta propter objectum, §. 19. *I. de act.* §. 9. *I. h. Bach. de act. D.* 5. *th.* 21. qua vindicatur damnum per rei corruptionem injuriâ datum.

† Dividitur in directam & utilem.; §.*f. I. h.* quæ interdum etiam in factum actio dicitur. 9. *pr.* 11. §. 7. 17. 29. §. 7. *Bach. V.* 1. *D.*18. *th.*10. *lit. A.* Et datur (1.) ob modum damni, §.*f. I. h.* (2.) ob qualitatem objecti, 13. *pr.* (3.) qualitatem subjecti, si scilicet actor non est rei læsæ dominus. 11. §.*f.* 17. *h.*

C Introducta est hæc actio plebiscito, 1. §. 1. *h.* cujus tria fuêre capita: I. pertinet ad servos occisos & quadrupedes occisos, quæ pecudum numero sunt. 2. *pr. &* §. 2. *h. pr. I. h.* II. in desuetudinem abiit. 27. §. 4. III. pertinet ad reliqua damna omnia hujus Legis, §. 13. *I. L.* 27. §. 5. *h.*

S Datur *DIRECTA* rei læsæ Domino. 11. §. 6. *UTILIS*, qui aliud jus in eâdem habuit; 11. §. *f.* 17. 19. 20. *h.* libero homi-

homini, ratione expensarum & damni suæ vulnerationis, 13. *pr.* atque heredibus. 23. §. 8. *h.* *NON* etiam illis, qui Jus tantum ad rem illam habent. 11. §. 9. *h. arg.* §. 3. *I. de E. V.*

DIRECTA contra illum, qui suo corpore in corpus damnum dedit, concurrentibus aliis requisitis. §. *f. I.* *UTILIS* contra illum, qui non suo corpore, sed alio modo, corpus tamen corrumpendo, damnum dedit; §. *f. I. h.* contra singulos in solidum, nec, quoad pœnam, unius præstatio reliquos liberat. 11. §. 2. *h. Bus. ad d.* §. 2. *n.* 5. *Bocer. cl.* 4. *D.* 2. *th.* 43. Qui lethaliter vulneravit, (quale vulnus aliquando curatum est, alias enim uterque de occiso tenetur. 51. *pr. arg.* 15. §. 1. *h.* *Matthæus, de criminib. l.* 48. *tit.* 5. *c.* 3. *n.* 19.) de vulneratione, qui vero eundem occidit, de occiso tenetur. 11. §. 3. *L.* 15. §. 1. *h. Bach. V.* 1. *D.* 18. *th.* 9. *NON* datur contra heredes, quia est ex delicto. 23. §. 8. *h.* §. 9. *I. Carpz. p.* 4. *c.* 12. *def.* 9. *Bocer. cl.* 4. *D.* 2. *th.* 46. *vid. Bach. de act. D.* 5. *th.* 21. P

Objectum est damni dati æstimatio, quæ comprehendit omne pecuniarium interesse, §. *f.* & 21. *LL. seq.* secundum communem ejus loci æstimationem, 33. *h.* 63. *ad L. Falcid.* ex I. Capite, quanti ea res plurimi fuerit anno proximo, ex die cædis retrorsum computato. 2. *pr.* 21. §. 1. 23. §. 3. *h.* §. 9. *I. h.* ex III. Capite, quanti res plurimi fuit proximis XXX. diebus. §. 13. *I. h.* 27. §. 5. Hodie non observatur hic modus æstimandi. *Grœnevv. ad* §. 9. *I. Matthæus, de criminib. lib.* 47. *tit.* 3. *c.* 3. *n.* 4. *Gudelin. de jure noviss. lib.* 3. *c.* 13. Per inficiationem crescit in duplum, quod tamen petendum. §. 19. & 26. *I. de act. L.* 2. §. 1. *L.* 23. §. 10. *h.* 4. *C. eodem. Bach. V.* 1. *D.* 18. *th.* 10. *lit. E.* Si liber homo vulneratus, tantum expensæ & operæ æstimantur, non etiam deformitas aut dolores: *L.* 3. *Si quadr. paup. L. f. de his, qui effud. vid. Bocer. cl.* 4. *D.* 2. *th.* 35. inde non datur hæc actio contra maritum, qui in castigatione uxoris modum excessit, 48. *de oper. libert.* qui tamen extra ordinem punitur. *vid. N.* 117. *c.* 14. *Carpz. lib.* 2. *def.* 221. & *p.* 1. *quæst.* 12. *n.* 51. O

Hæc actio est perpetua; sed non famosa. *arg.* 27. §. 30. & *L. p. h. junct.* 2. *rerum amot.* N

Cognata est Actio subsidiaria, in factum, prætoria, quæ datur, ubi verba & sententia Legis Aquiliæ cessant, æquum tamen est, ut propter damnum detur actio ad ejus æstimationem. §. *f. I. h.* 11. *de præscript. verb.* SS

Omnia requisita actor regulariter probat; *arg.* 2. *de pro-* pr.

bat. nisi damnum datum facto per se illicito: 1. *C. ad L. Cornel. de Sicar.* qui agit contra vicinum, in cujus ædibus ignis exortus, probare tenetur ipsius culpam. *Finckelth. obs.* 89. *Berlich. p.* 4. *conclus.* 25. *n.* 83. *& seqq. Myns. cent.* 6. O. 88. *n.* 13. *Rauchbar. p.* 2. *q.* 10. *num.* 50. [*dissent. Carpzov. p.* 1. *q.* 39. *n.* 58. *Vinn. lib.* 1. *q.* 33.]

DE HIS, QUI EFFUDERINT, VEL DEJECERINT.

IX. 3.

D ACtio de *DEJECTIS* vel *EFFUSIS* est personalis, quæ competit adversus inhabitatores ædium, ex quibus aliquid dejectum vel effusum est eum in locum, quo vulgò iter fit, ad damnum per hoc datum vindicandum. §. 1. *I. de obl. quæ quasi ex del. L.* 1. *pr.* 5. §. 5.

† Dividitur in directam & utilem. *v. L. p.* §. *f.*

C Introducta à Prætore. 1. *pr.* Datur ex quasi delicto: igitur *REQUIRITUR* (1.) ut ex ædibus, vel navi, *L. p.* §. *f.* aliquid dejectum vel effusum sit, (2.) in locum, ubi vulgo iter fit, publicum, vel privatum, 1. §. 2. nocte, vel die, modò illic nocte iter fiat: 6. §. 1. *h.* non pertinet ad loca secreta, 1. §. 2. *inf.* (3.) ut eo ipso damnum datum. 1. §. 4. *h.* §. 1. *I. de obl. quæ quasi ex delict. L.* 5. §. 5. *de O. & A.*

S Datur læsis & illorum heredibus: 5. §. 5. si liber homo inde periit, vel læsus sit, datur actio popularis omnibus de populo, in cujus concursu præferuntur cognati, & quorum interest. 5. §. 5.

P Adversus inhabitantem, 1. §. 4. ex cujus parte dejectum, 5. *pr.* qui hic suorum culpam præstat, 6. §. 2. etiam hospitis; 1. §. 9. habet tamen regressum contra dejicientem. 5. §. 4. Plures pro indiviso in eodem cœnaculo, singuli obligantur in solidum, unius tamen præstatio liberat reliquos, 1. §. *f. & LL. seqq. h.* præstituros partem damni, societatis judicio, vel utili hoc, ei, qui solvit, 4. *h.* Sive ædes sint propriæ, sive alienæ: 1. §. 4. *&* 9. *L.* 5. §. 1. etiamsi sit filiusfamil. 1. §. 7. *NON* datur contra heredes. 5. §. 5.

O Si damnum datum in re æstimabili, datur in duplum: 1. *pr. &* §. 4. *h.* §. 1. *I. de obl. quæ quasi ex del.* & quidem in perpetuum, licet sit pœnalis mixta. 5. §. 5. *vid. Grœnevv. ad d.* §. 1. Sin in re inæstimabili, datur in id, quod judici æquum videtur, æstimatis operis & impensis. 1. *pr.* 5. §. 5. *f. h.* §. 1. *I. d. t.* Læso in perpetuum, aliis intra annum. 5. §. 5. Si

liber

liber homo perierit, intra annum pœna petitur 50. aureorum, *d.* §. 1. *L.* 5. §. 5. qui actori adjudicantur. *arg.* 12. *de V. S. Vinn. ad. d.* §. 1. *verb. ob hominem liberum.*

Altera Actio hic propoſita eſt de *POSITO* vel *SUSPENSO*, quæ eſt actio popularis, competens adverſus illos, qui eo in loco, ubi vulgo iter fit, aliquid periculosè poſitum vel ſuſpenſum habent, ad pœnam X. aureorum exigendam. §. 1. *I. de obl. quæ quaſi ex del. L.* 5. §. 6. *& ſeq. h.* D

Introducta à Prætore, 5. §. 6. Datur ex quaſi delicto, 5. §. 7. & 11. quod imputatur inhabitanti, 5. §. 8. licet alius poſuerit: 5. §. 10. & 11. licet ſuſpenſum nondum nocuerit. 5. §. 11. C

Datur omnibus de populo, & heredibus, non jure hereditario. 5. §. *f. h. junct. L.* 7. *& f. de pop. act.* S

Adverſus inhabitatorem, vel ædium Dominum; ſed non contra heredem. 5. §. *f.* Ad pœnam X. aureorum. 5. §. 6. *h.* P Q

DE NOXAL. ACTIONIBUS. IX. 4.

Actiones *NOXALES*, *vide Thomæ, tr. de nox. animal. cap.* 10. ſunt actiones perſonales, novâ qualitate auctæ, quæ dantur ex privatis ſervorum delictis, adverſus illorum dominos, ad hoc, ut vel litis æſtimationem ſolvant, vel ſervos illos noxæ dedant. §. 4. *I. h. L.* 19. *pr.* D

Competunt propter juris diſpoſitionem, & ſervorum delicta privata. §. 4. *I. L.* 2. §. 1. 1. *pr. h.* 17. §. 18. *de Ædil. Edict. propter* 6. *C. de judic. L. f. C. h. Fr. h. n.* 9. Ex ſervorum contractu datur actio de peculio. *tit. de pecul.* Ob delicta publica ipſi accuſantur. 12. §. *f. de accuſ.* 2. *C. eodem. vid. l.* 2. *pr. h. t. Fr. h. t. n.* 3. C

Dantur omnibus illis, quibus ex dictis delictis directæ actiones competunt, exceptis ſolis ſervorum dominis, §. 6. *I.* 37. *h.* S

Adverſus eos, qui, tempore actionis movendæ, ſervorum noxiorum ſunt domini, vel illos dominorum opinione poſſident, 11. 12. 18. 22. §. 1. (Noxa enim caput ſequitur. §. 5. *I. L.* 7. *pr. h.*) vel qui dolo malo illos poſſidere deſierunt. 12. 21. 24. 26. Contra b. f. manumiſſum dantur directæ actiones. Si dominus conſcius & ſimul reus fuerit, datur etiam directa actio contra eum in ſolidum. 4. §. 2. & 3. *h. L.* 2. *& LL. ſeqq. NON* dantur contra parentes propter delicta filiorum: §. *f. I.* Ipſi enim filii conveniuntur ex privatis delictis, actio P

autem judicati datur contra parentes peculiotenus. *l.* 35. *h. l.* 57. *de judic.* 3. §. 11. *ff. de pecul.*

E Dominus condemnatus vel litis æstimationem solvit, vel servos noxæ dat. 1. *h.* 6. §. 1. *de re judic. pr. I. h. propter* §. 2. *I. h.* 7. §. 1. *de damn. infect.* Servus noxæ deditus se ipsum luere poteſt. §. 3. *I.*

I.n *HODIE* horum nullus usus: nam ex famulorum delictis extra officium domini non obligantur. 3. §. 2. *L.* 7. *pr. naut. caup. ſtab.* 1. §. 5. *de publican. Stamm. de ſerv. perſ. lib.* 2. *cap.* 14. *ubi tamen limit. vid. Bach. de act. D.* 8. *th.* 18. *in fin.* Ex delictis illorum circa officium domini tenentur, si in eorum electione culpam admiserint. 1. *C. ad L. Jul. repet. L.* 27. §. 9. *ad L. Aquil. L.* 11. *locat. L.* 1. §. 5. *furt. adv. naut. caup. ſtab. Carpz. p.* 4. *c.* 17. *d.* 13. 14. *Mevius, lib.* 3. *tit.* 8. *art.* 1. *n.* 20. *vid. Stamm. d. tr. lib.* 2. *c.* 14. 15. 16. 17.

X. I. FINIUM REGUNDORUM.

IN hoc libro X. proponuntur Actiones mixtæ, partim ex jure in re, partim ex obligatione descendentes. §. 20. *I. de act. Fr. exerc.* 13. *q.* 3. *Bach. V.* 1. *D.* 19. *th.* 1. *lit. d.*

D Actio finium regundorum eſt, qua, propter terminorum confusionem, agitur inter illos, qui confines habent agros, ad illorum fines discernendos & declarandos, nec non ad præstationem ejus, quod eo nomine intereſt. 2. §. 1. 1. *pr.* & §. 1. *L.* 8. *h.* §. 20. *I. de act. Fr. exerc.* 13. *q.* 3. *Bach. ad Tr. V.* 1. *D.* 19. *th.* 1. *lit. D.*

† Eſt vel directa, vel utilis: qua hodie limites Jurisdictionum & Imperii dirimi solent. *Busius, ad L.* 1. *h. n.* 5.

C Oritur, quatenus eſt realis, *v.* §. 20. *I. de act.* 1. *h.* 1. *C. h.* ex dominio, *L.* 4. *pr.* 8. *pr.* 12. *h.* vel ex alio jure in re: 4. §. 9. Quatenus eſt personalis, 1. *h.* 1. §. 1. *C. de annal. except.* ex obligatione, 4. §. 1. quæ oritur ex quasi contractu. *Fr. ex.* 13. *q.* 3. *Bach. d. l. th.* 1. *lit. d.* Licet termini ex delicto interdum confundantur. 4. §. 4. Nam hoc non semper accidit; 8. *pr.* sed potius ex æquitate obligantur possessores confusorum terminorum ad præstandum, quod pro rato debetur: inde hæc actio eſt ſtricti juris. *arg.* §. 28. *I. de act. Bach. d. l. th.* 2. *C.*

S Datur inter Dominos & alios, qui jus in prædiis confinibus habent, ut sunt Emphyteuticarii, Vasalli, Usufructuarii, Hypothecarii, 4. §. 9. (modo non sint socii. 4. §. 7. *Fr. h. n.* 14. 15.)

15.) ita, ut uterque actoris & rei vices sustineat, 10. *h.* ac propterea hæc actio refertur inter duplices. 37. §. 1. *de O. & A. vid.* 13. & 14. *de judic.* 15. §. 1. *de procurat.* 44. §. 4. *famil. hercisc.*

Objectum sunt termini confusi prædiorum confinium & interesse, si sc. unus ex alterius parte perceperit commodum, aut expensas fecerit in confusos terminos. 4. §. 1. *h.* Ratione fructuum idem observatur hic, quod in rei Vindicatione. 4. §. 2. *h.* Confinium autem est spatium 5. pedum, inter duo prædia secundum latitudinem Leg. XII. Tab. constitutum, ut ibi uterque aratrum ducere possit: quod aliàs gradus dicitur. 3. *pr. de term. mot.* Et hoc spatium olim tantum complectebatur hæc actio, de reliquo proprietatis quæstio habebatur, quod hodie est mutatum, ita, ut hæc actio de majori etiam spatio intentetur. *L. p. C. h. Fr. h. in f.* Confinia dicuntur prædia rustica; urbana, quæ parietibus distinguuntur, vicina dicuntur. NON datur hæc actio de prædiis urbanis; 2. *pr.* 4. §. 10. *h.* neque de illis, inter quæ via publica intercedit: 4. §. *f.* & *LL. seqq.* nam hoc casu datur actio Viæ receptæ. *f. pr. de via publ.* O

Uterque hic probare debet, *arg.* 21. *in fin. de probat. c.* 3. *x. de probat. Fr. h. n.* 8. non dominium, seu Jus in re, si illam possideat; *v.* 18. *de except. Bus. ad L.* 1. *h. n.* 3. & *seqq. Treutl. V.* 1. *D.* 19. *th.* 3. *lit. a.* Sed fines, quos asserit: per instrumenta, 11. *h.* 4. *de censib. c.* 13. *x. de probat.* testes, *c.* 3. *c.* 13. *x. de probat. Busius*, *ad L.* 11. *h.* lapides, arbores, &c. *Mascard. de probat. concl.* 399. Judex hic per agrimensorem, partibus præsentibus vel contumaciter absentibus, de terminis cognoscit, 8. §. 1. *h.* 3. *C.* interdum autem adjudicationem novos constituit; §. 6. *I. de offic. jud. L.* 2. §. 1. *L.* 3. & *seqq. h.* qua adjudicatione statim dominium transfertur, §. *f. I. de offic. jud. vide Ulp. in fragm. tit.* 19. §. *adjudicationis*, *l.* 17. *de usurpat.* pr.

Hæc actio præscribitur longiss. tempore. *L. f. C. h.*

FAMILIÆ HERCISCUNDÆ. X. 2.

ACTIO familiæ herciscundæ, 3. *C. h.* 2. *pr.* est mixta, §. 20. *I. de act. L.* 22. §. 4. duplex, 2. §. 3. *h. L.* 10. *fin. regund.* 37. §. 1. *de O. & A.* sed bonæ fidei, §. 28. *I. de act. L.* 9. *C.* quæ D

competit coheredibus, ad communes res hereditarias dividendas, & præſtanda ea, quæ ipſi ſibi invicem earum nomine præſtare tenentur.

† Dividitur in directam & utilem. 2. §. 1. *L.* 40.

C Introducta eſt LL. XII. Tabb. *L.* 1. *pr. h. propter L.* 1. *pr. h. v. L. f. C. comm. div.* 77. §. 20. *de legat.* 2. *L.* 2. *pr. C. quando & quib. quart. pars deb.* Quatenus eſt realis, ſc. ad hereditatem dividendam, oritur ex jure hereditario, quatenus v. perſonalis, ad præſtationes perſonales, ex obligatione & quaſi contractu. §. 4. *I. de obl. quæ quaſi ex contract. L.* 22. §. 4. *h. vid.* 25. §. 16. quo præſumitur conventum, ut invicem communicentur, ſi unus ex coheredibus poſt aditam hereditatem tanquam heres aliquid circa hereditatem gerat, 49. *inf. h.* unde lucrum vel damnum ſequatur: 19. *inf.* 25. §. 16. dummodo partem non potuerit ſeparatim gerere. 25. §. 15. & 16.

S Datur inter coheredes; 1. *pr.* & §. 1. *h.* 36. *in med.* 49. *h.* (Actor, negante adverſario, probare prius debet, hereditatis petitione, ſe eſſe cohæredem, niſi res hereditarias poſſideat, tum enim illa quæſtio etiam hic ventilanda. 1. §. 1. *Fr. h. n.* 10.) & illorum heredes, 48. teſtamentarios & legit. 2. *pr. UTILIS* datur B. P. & fideicommiſſ. univerſal. *arg.* 1. *pr.* 24. §. 1. 40. *Fr. h. n.* 7. *Bach. V.* 1. *D.* 19. *th.* 9. *lit. E.* & illis, quibus quarta D. Pii debetur. 2. §. 1. Datur hoc judicium uni, reliquis invitis: 43. *Carpz. p.* 3. *c.* 15. *d.* 43. licet coheres minor ſit: 17. *C. de præd. min.* licet unus vel plures poſſideant. 1. §. 1. 25. §. 2. *NON* datur minori ſine curatoris conſenſu & judicis decreto. *d. L.* 17. *Carpz. d. l. d.* 44. A præſentibus facta abſentibus non præjudicat. 17. *C. h.*

O Objectum ſunt non Jus hereditarium; ſed præſtationes perſonales, 22. §. 4. commoda, 19. *inf.* damna, 25. §. 16. uſuræ ex mora: 18. §. 3. Et res hereditariæ communes, quarum nomine datur hereditatis petitio, 25. §. *p. de hered. petit.* etiam emphyteuticariæ, & à defuncto b. f. poſſeſſæ, 10. etiam poſt mortem ex cauſa hereditatis quæſitæ, 8. 9. 10. 11. vel ex plurib. ſucceſſionibus communes, 25. §. 3. & quæ alteri coheredum ex diſpoſitione defuncti ſpecialiter debentur. 22. §. 1. 4. *pr. h.* 7. 18. *C. h. SED NON* res titulo ſingulari communes, 25. §. 7. 45. neque obligationes: 4. 25. §. 1. nam hæ, ſi ſunt indiviſibiles, ſingulis in ſolidum acquiruntur; 25. §. 9. & *ſeq.* ſin diviſibiles, ipſo jure activè & paſſivè dividuntur. 6. *C.* interdum tamen per indirectum in hoc judicium deducuntur. *vid.* 3. 25. §. 9. *Fr. h. n.* 16. 17.

16.17. Neque res perniciosæ, quæ statim corrumpendæ: 4. §. 1. *Gentil. ad L.* 8. *C. de malef. & mathemat.* Neque delicto quæsitæ, quæ restituendæ. 4. §. 2. *INSTRUMENTA* hereditaria authentica relinquuntur illi, qui ex majori parte heres, aut sexu, conditione, vel ætate major est: 4. *in f. h.L. f. de fid. instr.* Si omnes æquales sunt, sortiri debent, aut alibi deponi; reliquis datur descriptum, & de exhibitione cavetur. 5.

Instituta hac actione nemo concedit, alterum coheredem esse, quatenus sibi præjudicat: sed potest pœnitere, & totam hereditatem petere. 37. *h. arg.* 12. §. 1. *de A. vel A.P. Fr. h. num.* 9. *Bach. V.* 1. *D.* 19. *th.* 9. *lit. D.* Divisio hereditatis per sententiam judicis, quæ transiit in rem judicatam, firma est, licet falso coheredi adjudicatum, 36. *h. arg.* 1. *C. de condict. indeb.* 65. §. 2. *ad SCtm. Trebell.* & immodicè quis læsus sit: *arg.* 36. *h.* 4. *C. de re judic.* 2. *C. quando pro voc. non est necess.* 2. *C. sent. resc. non posse. Carpz. p.* 2. *c.* 34. *d.* 11. *& p.* 3. *c.* 15. *d.* 20. *Hahn. ad W. h. in f.* Privato autem heredum arbitrio facta divisione, potest revocari datum falso coheredi condictione indebiti, 36. *Fr. h. n.* 11. & resarciri debet etiam modica inæqualitas; *L.* 3. *C. commun. utr. judic. Hahn. d. l. Berlich. p.* 1. *decis.* 146. *n.* 4. *& seq.* ¶. *vid. tamen Carpz. p.* 3. *c.* 15. *d.* 19. *Bach. V.* 1. *D.* 19. *th.* 12. *lit. C. Berlich. p.* 1. *decis.* 146. *n.* 1. Licet divisio per sortem facta. *DD. dd. locis.* Adeoque hic secus est, ac in aliis negotiis. 16. §. 4. *de minorib. vid.* 8. *C. de resc. vend. Fr. ex.* 11. *q.* 3. *& ad tit. de contrah. emt. num.* 231. Quantitatem læsionis judex æstimat. *Mynf. cent.* 8. *O.* 61. Si tamen inæqualitatem sciverunt, & sorti commiserunt, aut super ea transegerunt, *v.* 122. §. *f. de V.O.* vel inæqualitas ex accidenti supervenit, locum non habet reductio vel rescissio. *arg.* 8. *in f. C. de resc. vend. Carpz. p.* 3. *c.* 15. *d.* 20. A præsentibus facta absentibus nihil præjudicat. 17. *C. h.* E

JUDEX in hoc judicio æquitatem observet, *L. p. C. commun. divid.* omnes res dividat, 25. §. 20. cuilibet portionem, arbitrio, vel per sortem, adjudicet: *Carpz. p.* 3. *c.* 15. *d.* 1. nam si quid indivisum remaneat, petitur non hac; sed communi divid. actione. 20. §. 4. *h. vid. tamen* 35. *de pact.* Res, quæ commodè dividi non possunt, æstimet, 34. & per modum permutationis, 20. §. 3. *h.* 77. §. 18. *de leg.* 2. *arg.* 14. *C. h.* aut venditionis, *L.* 1. *C. comm. utr. judic.* adjudicet: 55. *h.* §. 4. 5. *I. de off. jud.* Aut uni proprietatem, alteri usumfructum, 6. §. 1. *de usufr.* aut alternis annis usum illorum assignet. 16. §. 2. O

videatque, cui res indivisibilis adjudicari debeat. *Carpz. p.* 3. *c.* 15. *def.* 34. *& seq.* Jubeat ei, cui adjudicat, de evictione caveri, 25. §. 21. quamvis evictio absque hoc etiam præstanda, 14. *C.* etiamsi divisio à testatore facta; 77. §. 8. *de leg.* 2. nam præsumitur credidisse eas res esse suas. *Bach. V.* 1. *D.* 19. *th.* 12. *lit. D. vid. Fr. tit. de Evict. n.* 366. *& seqq.* In foro Saxonico major dividit, minor eligit. *Carpz. d. c.* 15. *d.* 2. *& seq.*

Ↄ Præscribitur hæc actio 30. annis: *L.* 1. §. 1. *C. de annal. exc.* dummodo unus hæreditatem, tanquam suam, possederit. 14. §. 2. *comm. divid. L. f. C. eodem.* 70. *pro soc. Perez. in C. tit. comm. divid. n.* 8. *Bach. V.* 1. *D.* 19. *th.* 8. *lit. a. & b.*

X. 3. COMMUNI DIVIDUNDO.

D ACTIO communi dividundo est mixta, §. 20. *I. de act. l.* 4. §. 3. *h.* duplex, 2. §. 1. *h.* 10. *fin. reg.* bonæ fidei, §. 28. *I. de act. l.* 4. §. 2. *l.* 14. §. 1. competens illis, qui, præter hereditatem, alias res habent communes, ad illas dividendas, & præstanda ea, quæ ipsi sibi invicem earum nomine præstare tenentur. 3. *pr.* 4. *pr. &* §. 3.

† Dividitur in Directam & Utilem. 6. *pr. &* §. 1. 7. §. 6.

C Oritur, quatenus est realis, ex jure in re, scilicet Dominio, 4. *pr.* vero, vel ficto, 7. §. 2. directo, vel utili: 7. *pr. h.* [*obst.* 7. *pr. &* §. 1.] Pignore, 7. §. 6. *&* 12. Ususfructu, 7. §. 7. *&* 10. Quatenus vero personalis est, ex quasi contractu, scil. rerum communium administratione, §. 3. *I. de obl. quæ quasi ex contract.* 29. *pr. in f. h. vid. omninò* 14. §. 1. 6. *pr. l.* 29. *pr. h.* 6. §. 3. *de N. G.* modo suam partem separatim gerere non possit, 6. §. 2. *h.* 40. *de N. G.* & non invito socio hoc faciat: *arg. L. f. C. de N. G.* Potior enim causa est prohibentis. *L.* 28. *h.* Si tamen socius prohibet, quod fieri oportet, hoc judicio, vel interdicto uti possidetis cum ipso agitur. 12. De sua parte separatim quilibet pro arbitrio disponit, 1. 2. *C. h.* 68. *pro soc. Perez. in C. h. n.* 7. ante litem contestatam. 1. *in f. C. h. v.* 13. *famil. ercisc.*

S Datur directa illis, qui jure dominii rem corporalem habent communem: 4. *pr. h.* utilis illis, qui rem incorporalem, vel corporalem quidem, sed alio jure in re habent communem: *v. supr. C.* sive eandem omnes, sive nullus, sive unus possideat. *L. p.* Datur uni, reliquis invitis: 8. *h. propt. L. f. C. h.* nam

h. nam nec pactum de perpetua communione valet. *vid. tamen* 14. §. 2. *h.* 14. 70. *pro soc.* NON datur, si res jure obligationis tantum sit communis. 7. §. 11. *vid.* 7. §. 4.

Objectum sunt res præter hereditatem communes, 1. 4. *pr.* 13. ex quacunque causa; 2. *pr.* Et præstationes personales: Commoda ex re communi: 3. *pr.* 11. Expensæ. 3. *pr.* 4. §. 3. 8. §. 3. 4. *h. Fr. h. n.* 20. Utilis datur interdum tantùm de præstationibus, 6. §. 1. *L.* 11. 14. §. 1. *h.* 31. *famil. ercisc.* scil. post rei interitum.

JUDICIS officium hic regulariter idem est, quod in familiæ erciscundæ: §. 5. *I. de offic. jud.* 6. §. 11. *v.* 6. §. 10. 7. *pr.* & §. 10. *h.* 3. *C.* Sequatur imprimis voluntatem litigantium. 21. Si res uni adjudicanda, præfertur, qui majorem partem habet. 34. §. 2. *C. de donat.* Si de pretio dissentiunt, fit licitatio, & majus offerenti adjudicatur, 1. *C.* interdum etiam extraneo; 3. *C.* cui tamen socius, idem offerens, præfertur. *arg.* 34. §. 2. *C. de donat.* 3. *inf. C.*

Hæc actio sæpius instituitur. 4. §. 2. *h.* Eodem modo, quo præcedens, præscribitur. 1. §. 1. *C. de ann. exc.*

AD EXHIBENDUM. X. 4.

EXHIBERE est facere in publico rei potestatem, ut principali actione experiundi sit copia. *L.* 2. *h.* Petitur *ACTIONE* ad *EXHIBENDUM*, quæ est personalis, in rem scripta, competens illis, quorum ex justa causa interest rem exhiberi, adversus quemcunque possessorem, ad rem illam exhibendam. 2. 3. §. 9. & *f.* Est vel Directa, vel Utilis. *v. Bach. de Act. D.* 2. *th.* 24.

Est præparatoria: 1. 3. §. 3. & *seqq.* Igitur procurator ad principalem etiam hac agit. 66. *de procurat.* Potest cum principali in eodem libello proponi: *Vinn. ad* §. 3. *I. de off. jud.* Ex eadem causa semel tantùm instituitur. 12. §. 2.

Oritur ex obligatione Legali, *v. L.* 1. *pr. de O. & A.* 52. *pr.* & §. 5. *de O. & A.* ob æquitatem; 3. §. *p. h.* 7. *C. h.* de quâ in *L.* 2. §. 5. *de aqua & aq. pluv.*

Datur illis, quorum ex justa causa, peculiariter, ac proprio jure, (& litis contestatæ, & sententiæ ferendæ tempore, 7. §. *f.*) interest, rem exhiberi: 3. §. 9. 10. *L.* 13. *h. vid. L. p. h.* De quo judex summatim cognoscit, 3. §. 9 *h.* altioribus exceptionibus in causam principalem reservatis. 3. §. 13. *h.* Datur igitur illis, qui habent actionem realem, 1. *L.* 3.

 §. 3. 4.

§. 3.4. & 12. vel personalem, in qua actoris interest, prius rem videre, 3.§.7.*L.12.*§.2.*h.2. C.h.* vel interdictum restitutorium, vel prohibitorium. 3. §.5.11.*L.9.*§.1.*h.* (quod secus est in exhibitorio.3. §.8.*L* 13. *h. vid. tit. de tabb. exhib. obst.* 3. §.12. & 15. *de tabb. exhibend. junct.* 3. §. 8. *h.* 3. *test. quemadmodum. aper.*) item, qui re exhibita actionem ad illam est consecuturus. 6. 7. *h.* 23. §. 5. *de R. V.*

P Contra quoscunque possessores, 3. §. *f. L.* 4. qui exhibere rem possunt, 5. *pr.* & §. *f.* etiam tantum tempore condemnationis. 7. §. 4. Contra heredem, quatenus possidet, vel quatenus locupletior factus. 12. §. *f.* *NON* datur contra eum, qui sine dolo malo possidere desiit. 7. §. 5. *vid. omninò* 12. §. 4. Qui dolo possidere desiit, condemnatur hic ad interesse, quod aestimatur juramento in litem. 5. §.2.*L.9. pr.* & §§. *seqq.* 14. *h.* 5.*C.*

O Objectum sunt res mobiles: 56. *de procurat.* Instrumenta: 3. §.8.*L.*18.*ff. f.C. h.* Res immobiles actori incognitae. *Mindan. lib.* 2. *de mandat. c.* 50. *n.* 5. Res est exhibenda in eadem causa, qua fuit judicii accepti tempore: 9. §. 5. & *seqq.* §. 3. *I. de offic. jud.* Sumptibus & periculo actoris: *vid. omninò* 11. §. 1. contra contumacem juratur in litem: 3. §. 2. 5. §. 2. Ob culpam agitur ex L. Aquil. 17. Ex justa causa conceditur dilatio, sub cautione. §.3. *I. de offic. jud.* 5. §. *f. L.*12. §. 5. *h.* Si reus hoc judicio victus, principali judicio contendere supersedeat, ipsa res cum fructibus est restituenda. §. 3. *I. de offic. jud. L.* 5. §. *p. h. L. f. C. h. Vinn. ad d.* §. 3.

I.n Nostris moribus rei exhibitio petitur per Implorationem officii judicis, qui illam praecipit per mandata compulsorialia. *Mindan. d. c.* 50. *n.* 11.

DE INTERROGAT. IN JURE FAC. XI. I. ET INTERROGAT. ACTIONIB.

HAE *INTERROGATIONES* fiebant coram magistratu. 4. §. 1. Quaerebantur propter difficultatem probationis, & ne quis in poenam plus petitionis incideret, 1. & *seqq. h.v. Fr. h. n.* 1. Ad quod respondere tenebatur adversarius: 4. *pr.* 6. qui se onerabat confitendo, licet falsum, 11. §. 1. *h. vid. tn.* 1. §. 17. *de quaestionib.* mentiendo, 4. *pr. vid. tamen* 11. §. 3. & 8. tacendo per contumaciam aut latam culpam, obscurè respondendo, 11. §. 4. 7. 11. Hinc conveniebatur actione interrogato-

gatoria, quasi ex contractu. 11. §. 9. quæ in desuetudinem abiit. *propter* 1. §. 1.

Hodie fiunt ad probandam actionem competentem, 1. *&* 1. *& LL. seqq.* vel à *JUDICE*, 9. §. 1. ubicunque æquitas movet, 21. in quacunque judicii parte, 21. *R. I. de anno* 1654. §. Dieweil aber. 34. *in fin.* etiam post causæ conclusionem: *c.* 10. *x. de fid. instr. Rosbach. in prax. civ. tit.* 51. *n.* 19. Adversario non petente. 21. *h. d. c.* 10. *in fin. Bocer. cl.* 6. *D.* 22. *th.* 10. Vel à *PARTIBUS* per positiones, *c.* 2. *de confess. in* 6. quæ utiles, *Bocer. cl.* 6. *D.* 22. *th.* 12. probatæ & limitatæ Recessu Imperii de anno 1654. §. Diesem nechst nun. 27. *vers.* Nur allein die probatorial. &c. *&* §. Dieweil er aber 2c.

Sunt autem *POSITIONES* distincta capita intentionis litigantium, eum in finem exhibita, ut adversarius ad ea respondeat, & sic veritas eliciatur. Atque sic fine differunt ab Articulis, qui exhibentur, ut per testes & instrumenta probentur: *Carpz. de process. tit.* 13. *art.* 4. *n.* 3. *&* 4. *Gail.* 1. *O.* 79. *n.* 1. *Rosbach. prax. civ. tit.* 51. *n.* 4. quæ tamen differentia in d. R. J. & Camera non attenditur. *Gail. d. l. Rosbach. d. l.* J. Can. sunt approbatæ. *c. un. x. de lit. contest. c.* 1. *&* 2. *de confess. in* 6. Formantur ab actore (positiones in specie,) à reo (defensionales) & illorum procuratoribus, de probandis in judicio. *Rosb. d. tit.* 51. *n.* 10. Sic actor quærit de facto, quod in libello continetur: *R. I. de Anno* 1654. §. Dieweil aber. *Ord. Cam. p.* 3. *tit.* 14. *Rosb. d. tit.* 51. *n.* 13. de Jure statutario & consuetudine; *Gail.* 1. *O.* 82. *n.* 13. *Mynſ. cent.* 5. *O.* 88. *n.* 4. *NON ETIAM* de Jure communi scripto, *Gail. Mynſ. dd. ll. Bocer. cl.* 6. *D.* 22. *th.* 23. neque de facto alieno, *arg.* 42. *de R. I. L. f.* §. 1. *pro suo. Gail.* 1. *O.* 82. *n.* 9. neque de proprio, quod respondentis existimationem lædit; *arg.* 11. §. 2. *L.* 12. *rerum amot. vid. Bocer. cl.* 6. *D.* 14. *th.* 44. nisi cardo negotii in ejusmodi positione versetur. *Vult. de jud. l.* 3. *c.* 4. *n.* 20.

Hæ positiones debent esse simplices, pertinentes, claræ: *v. Bocer. cl.* 6. *D.* 14. *th.* 36. partim vera, partim falsa; tota negari potest. *Vult. l.* 3. *c.* 4. *n.* 13. In Camera omnes admittuntur, modo non sint juris communis; ita tamen, ut judicis arbitrium non excludatur. *v. Gail.* 1. *O.* 82. *n.* 11. *Bocer. cl.* 6. *D.* 14. *th.* 45. *Rosb. d. t.* 51. *n.* 38. Offerantur omnes una vice: *Ord. Cam. p.* 3. *tit.* 14. §. Es sollen. (rejectis additionalibus, *R. I. de anno* 1654. §. Dieweil aber. &c.) In causa principali post litem contestatam, ante probationes: *c. un. x.*

de

de Lit. contest. Quoad exceptiones dilatorias etiam ante litem contestatam, *Bocer.cl. 6. D.22. th.11. Rosbach. d.t. 51.n. 14. 15.* intra terminum ad probandum datum, *Rosb.d.t.n.16.* Sæpè cum juramento dandorum. *vid. Ord. Cam. p.1. t. 66. & seqq. Gail. 1. O.79. in fin.*

E Ponens omnes veras esse fatetur, secus est in articulis. *Gail. 1. O. 79. n. 6.7. Bocer. cl. 6. D. 22. th.13. Carpz. tit. 13. art.4. num. 6.* De Responsionibus ad positiones, vide *Gail. 1. O. 82. Rosb. tit. 52. Bocer. cl. 6. D. 22. th. 11. & seqq.*

DE QUIB. REBUS AD EUND. XI. 2. JUD. EATUR.

D DIversarum Jurisdictionum rei coram eodem Judice conveniuntur, 1.*h.* propter *CONTINENTIAM CAUSARUM*, quæ est cohærentia controversiarum, propter quam illarum cognitio commodè non potest separari; sed coram eodem Judice terminari debet. 10. *C. de judic. Carpz. tit. 3. art. 5. num. 1. Fr. ad tit. de judic. num. 55.*

Ea venit *(1.) ex Generalitate actionis, competentis adversus plures personas, vel res diversæ jurisdictionis, quæ rectà coram omnium proximè superiore proponenda. 1. 2.*h.*5. *C. arbitr. tut. Recess. Deput. de Anno* 1600. §. Bey unsern Käyserlichen Cammer-Gericht 23. *Carpz.d.l.n.16.33. & seqq. Tennagel. de decern. process. cl. 3. c. 17. n. 2. & 3. Gail. 1. O. 32. n.3.* Licet unus fori privilegium habeat. *Carpz. d. l. n. 24. & l. 2. R. 16. n. 19.* aut cum Principe, austregas habente, simultaneâ actione subditi conveniantur: *d. Recess.* §. Gleicher massen wann einer. 24. *Carpz. d.l. n. 23. & lib. 2. R.16. n.14. vid. Tennagel. d. l. n.3. Vult. l. 1. c. 4. n. 222. & seqq.* sic mandans & mandatarius injuriarum. *Vultej. lib.1. c. 4. n. 227. NISI* actor malitiosè junxerit reos diversæ jurisdictionis, ut eos prima instantia defraudaret: tùm enim remittuntur ad Judicem primæ instantiæ; *Carpz. d.l.n. 28. & lib. 2. R. 17. n. 10. vid. Gail. 1. O. 32. n.2.* aut diversæ competant actiones ad res diversæ jurisdictionis, licet contra eundem: *Carpz.d.l. n.39. & lib. 2. R.18. n. 16.* aut si personæ vel res non essent omnes sub unius superioris jurisdictione. *Carpz. d. art. 5. num. 44.* A

*(2.) Ex singulari Cognatione juris & facti, vel quod una alteri præjudicium faciat: *Fr. de judic. n. 56.* quod utilitatis gratia receptum. 10. *C. de judic. c. ex tenore. 16. & c. ult. x. de rescript. 13. C. de judic. Vult. lib. 1. c. 4. n. 218. Mindan.* a.

dan. de proceſſ. lib. 3. *cap.* 2. *num.* 3. *Carpz. tit.* 3. *art.* 5. *n.* 3. Inde ſimul agitur de petitorio & poſſeſſorio: 10. *C. de jud.* 13. *C. de R. V. c.* 1. *x. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. c.* 1. *x. de ſequeſtrat. poſſeſſ. & fruct. Gail.* 1. *O.* 32. *num.* 11. *Carpz. tit.* 3. *art.* 5. *num.* 9. *Tennagel. d. c.* 17. *num.* 5. contra ſpoliatorem qua talem, & qua damnum dedit. ¶. *Mynſ. c.* 1. *O.* 97. *Vultej. l.* 1. *c.* 4. *num.* 221. *Zœſ. ad tit. de re judicat. num.* 38.

Hæc conjunctio cauſarum olim erat neceſſitatis, 10. *C. de judic. Vult.* 1. *c.* 4. *n.* 219. *Mindan. de proceſſ. lib.* 3. *c.* 2. *n.* 3. *in fin.* & hujusmodi cauſam dolosè dividens officio Judicis puniebatur. 10. *C. de judic. Mindan. d. l. Carpz. tit.* 3. *art.* 5. *n.* 31. Hodie eſt in arbitrio actoris; *Vult. L.* 1. *c.* 4. *num.* 220. reus tamen ante litem conteſtatam exceptionem continentiæ opponit. *Gail.* 1. *O.* 32. *n.* 12. *Mynſ. cent.* 1. *O.* 97. Etiam locum habet in criminalibus. *Gail.* 1. *O.* 32. *num.* 3. N

DE SERVO CORRUPTO. XI. 3.

ACTIO de Servo corrupto eſt prætoria, 1. *pr. Bach. ad W. h. in f.* pœnalis, mixta, 13. 14. §. 5. perpetua, 13. non famoſa; *arg. L. f. h. junct.* 2. *rerum amot. &* 27. *C. de in off. teſt.* turpis tamen, 56. *pro ſoc.* competens adverſus illum, qui dolo malo ſervum alienum, quoad animum, deteriorem reddidit, ad duplum ejus, quod actoris intereſt, exigendum. 1. *pr.* 9. §. 2. *h. Fr. h. num* 10. D

Eſt vel directa, vel utilis. 9. §. 1. 14. §. 1. †

Oritur ex delicto: *ut ſupra,* 1. *pr.* 3. *pr. L.* 1. 2. 15. *h.* Licet Servus antea fuerit pravus, *dd. LL.* aut tantùm perſuaſus, non etiam animo corruptus fuerit. 20. *C. de furt. Stamm. de ſerv. perſon. lib.* 1. *tit.* 4. *c.* 2. *n.* 3. C

Directa datur Domino, & heredibus: 8. 13. Utilis fructuario. 9. §. 1. Patri, ratione liberorum corruptorum; 14. §. 1. Marito, ratione uxoris; Domino, ratione famulorum, propriorum hominum, & aliorum, qui aliquo modo poteſtati illorum ſubjecti ſunt. *arg.* 14. §. 1. *Schulz. ad tit. de act. lit. Q. Schneidevvin. Harpprecht. Heig. Mynſing. ad* §. 23. *I. de action. Fr. h. n.* 8. 9. *Stamm. d. c.* 2. *n.* 2. S

Adverſus corruptores, etiam uxorem, quæ ſervum corrupit: *L. f.* Non etiam contra hæredes: 13. quia eſt ex delicto pœnalis. P

Petitur *DIRECTA* duplum ejus, quod actoris intereſt: 1. *pr.* 9. §. 2. Duplicatur omne damnum tempore corruptio- O

ruptiones datum: 1. §. *f.* 10. *f. h. Fr. h. n.* 11. Duplo res inest 14. §. 5. Contra uxorem datur tantùm in simplum. *L. f. h.* *UTILI*, quanti res officio judicis æstimatur: 14. §. 1. *Fr. h. n.* 11. Interdum judex etiam actori ad hoc interesse æstimandum juramentum defert. *Stamm. d. c. num.* 2. *& ult. Mynf. ad* §. 23. *I. de act.* Inhonestæ fœminæ à vicinis ex vicinia possunt expelli, ne honestas corrumpant. *Nov.* 14. §. 1. *verf. non enim permittimus. Fr. h. n.* 10.

XI. 4. DE FUGITIVIS.

DIffert Fugitivus ab Errone: 17. *pr.* §. 1. 2. 3. *&* 14. *de Ædilit. Edict.* 225. *de V. S.* Quomodo requirantur, & ipsi, illorumque receptatores coërceantur, explicatur. *h. & L.* 3. 4. *&* 7. *C. h.*

Hodie *HOMINES PROPRII* dominum deserere non possunt, *Stamm. lib.* 3. *c.* 20. *n.* 8. qui illos ab aliis detentos vindicat, *vid.* 14. *C. de agricol. & censit. Stamm. l.* 3. *c.* 25. *n.* 25. vel etiam propria auctoritate capit: & abducit, *Stamm.* 7. *d. c.* 25. *n.* 2. ad similitudinem debitoris fugitivi; *de quo in L.* 10. §. 16. *quæ in fraud. cred.* rectiùs tamen Judicis officium implorat, causaque status summatim exposita petit, ut hominem suum abducere liceat. *Stamm. t.* 3. *c.* 25. *n.* 3. 4.

Nec *FAMULI* ante locationis tempus à dominis recedere possunt, nec ita discedentibus integra merces debetur, 15. §. 6. *locat. conduct.* nec præcedentis temporis: *Munnoz. de Escobar. tr. de ratiocin. tom.* 1. *c.* 27. *n.* 19. Alii volunt, Dominum de præterito tantùm interesse deducere, judicemque punire debere præmaturum discessum. *arg.* 15. §. 8. *locat. conduct. Stamm. lib.* 2. *c.* 11. *n.* 7. *NISI* habeant legitimam causam: *d. L.* qualis non est, si dominus calore iracundiæ famulum jubeat domo exire, & ad eam nunquam reverti. *Bonacossa, tr. de serv. & fam. quæst.* 140. *Besold. ad Jus Würtemberg. tit.* 49. §. 6. *Stamm. lib.* 2. *c.* 11. *num.* 3. *arg. L.* 1. §. 4. *de migrand. L.* 42. *de V. O. arg. L.* 13. §. 8. *de A. E. V. l.* 1. *C. de serv. fugit.*

XI. 5. DE ALEATORIBUS.

D ALeatores sunt, qui ludis fortunæ, & mixtis lucri causa dediti sunt. *vid.* 8. §. 1. *de C. E. V. Carpzov. p.* 3. *q.* 134. *num.* 28.

D *LUDUS* in genere est actus; quo recreationis gratiâ in victo-

victoriam luditur. Eſtque artis, fortunæ, & mixtus. *Carpz. p. 3. q. 134. n. 14. vid. Panciroll. in theſ. variarum Lect. lib. 1. cap. 48. in pr.*

Ludus *ARTIS* ſolâ arte virtutis gratiâ exercetur. ex. gr. pugna. &c. 2. §. 1. Hi omnium Gentium conſenſu ſunt permiſſi: 2. §. 1. *h.* 7. §. 4. *ad L. Aquil.* 4. *de his, qui not. infam.* 1. §. 6. *de poſtul. L. f. C. h. vid. Panciroll. d. cap.* 48. *Fr. h. n.* 1. 2. *Carpz. p.* 3. *q.* 134. *num.* 4. Hinc fortuitus caſus ſuperveniens eſt extra pœnam. *Rauchbar. lib.* 2. *quæſt.* 25. *num.* 11. *Menoch. de arb. jud. quæſt. cap.* 400. Præmium ponere licet, 3. ditioribus unum aureum, reliquis minus in ſingulas vices. *L. f. C. vid.* 1. *C. h.* Luſum latrunculorum huc referunt. *Carpz. p.* 3. *quæſt.* 134. *num.* 15. *Panciroll. d. c.* 48. Contra ſentit Jacobus Angliæ Rex. *lib.* 3. *de inſtitut. Princip. ad Henric. fil. Vid. Beſold. ad Jus Provinc. Würtemberg. fol.* 201. *num.* 3. D N

Ludus *FORTUNÆ* eſt, in quo fortuna dominatur. D

MIXTUS eſt, in quo à fortuna & arte ſimul victoria pendet, hujusmodi ludi ſuâ natura & jure naturæ non habentur pro prohibitis, licetque aliquid ponere. *arg.* 8. §. 1. *de C. E. V. Molin. de J. & J. tom.* 2. *D.* 510. *n.* 3. *Joh. de Lugo, de J. & J. tom.* 2. *D.* 31. *ſect.* 1. *n.* 1. *& ſeqq. Balduin. caſ. conſc. lib.* 4. *c.* 4. *c.* 10. Per accidens tamen ſæpè fiunt luctuoſi. *vid. Joh. de Lugo, de J. & J. tom.* 2. *d. ſect.* 1. *in f. & ſect. ſeq. v. L. f. C. h. v. Rauchb. d. q.* 25. *n.* 95. *Carpz. p.* 3. *q.* 134. *n.* 33. Igitur, cum illorum uſus reipublicæ nihil proſit, jure poſitivo meritò prohibiti ſunt. *f. C. h.* Würtemberg. Lands-Ordnung. *tit.* 98. *fol.* 210. Hinc Epiſcopus, Diaconus, &c. ſi vel ſpectator ſaltem adſtiterit, tribus annis ab officio ſuſpendendus. *Aut. interdicimus. C. de Epiſc. & Cler.* Victus, ejusque heres, aut his ceſſantibus, Magiſtratus, aut quilibet ex populo perditum & ſolutum repetit Condictione ex *L. f. C. h.* 4. §. 1. *h. vid.* 1. *C. h.* (non etiam Condictione indebiti. 9. *C. ad L. Falcid.*) non obſtante, niſi quinquaginta annorum præſcriptione; *d. L. f.* quæ tamen repetitio verecundiam lædit apud graves viros. *arg. L. f.* §. 2. *h. junct.* 2. §. 1. *L.* 6. *de Obſeq. parent. L.* 26. *de injur.* 225. *de V. S.* Ad perditum nondum ſolutum non datur exactio. *L. f. C.* Mutuam pecuniam colluſor non repetit, ſi recuperavit: *vid. Berlich. p.* 1. *deciſ.* 66. repetit verò, ſi ea adhuc exiſtat ſalva. *arg. L. f. C. Beſold. tr. de mutuo. th.* 22. *& ad Ord. Würtemb. tit.* 98. *th.* 6. Tertius re- D N E

petit

petit creditum, licet debitor illam ludendo perdiderit: *Carpz. p.3.q. 134.n.27. Berlich.p. 1. decis. 66.num. 5.6.* [*vid. tamen Græn. h.propter.* 12. §. 11. *mandat.* Nisi sit aleatorum receptator, *Berl. d. l. Besold. ad Ordin. Provinc. Würtemb. tit. 98. th. 6.* qui neque vindicat injuriam, neque damnum tempore lusus datum: 1.*pr.* & §§.*seqq. vid. Græn. ad L.* 1.*h.* Et domus, in qua lusum, publicatur: *L. f. in f. C. h.* Ipsi aleatores arbitrariè puniuntur, *Carpz.p. 3. q.* 134. *n.* 8. & *l.* 6. *Resp.* 96. *n.* 8. 9. 18. maximè si alios compellant, aut invitos retineant. 1. *pr.* & §.*f. L.* 2.*pr. h. HODIE* perditum solutum non repetitur, propter 3. *de condict. ob turp. caus.* nisi fraus intervenerit, aut ludens liberam rerum suarum administrationem non habuerit; aut quis alterum solicitè ad ludum incitaverit. *Rauchbar. p.* 2. *q.* 25. *Carpz.p.* 3. *q.* 134. *n.* 10. *Græn.h. n.*2.& *seqq. vid. Lugo, de I.* & *I. D.* 30. *sect.* 1. *n.* 1.

SS Cum ludis fortunæ magnam cognationem habent *SPONSIONES, Sigism. Scaccia, de commerc.* §. 1. *quæst.* 1. *n.* 86. *Joh. de Lugo, de I.* & *I. tom.* 2. *disp.* 31. *sect.* 6. *n.* 73. quæ fiunt hodie inter mercatores maximè. *Finckelth. O.* 33. *Santerna, tr.*
D *de assecurat. p.* 2. *n.* 21. *Magonius, decis. Florent.* 8. *n.* 1. Quæ sunt conventiones, quibus de veritate vel eventu alicujus rei contendentes, aliquid ponunt vel promittunt, ea lege, ut victori cedat. *Joh. Rüdinger, cent.* 5. *O.* 60. *Besold. Thesaur. pract.*
N *Webner. obs. pract. Speidel. in Notab. voc.* Wetten. Per se omni jure sunt licitæ: *arg.* 21. *C. mandat.* 17. §. *f. de præscr. verb. L.* 3. *h. vid.* 57. 63. 108. 129. *de V.O.* 5. *de naut. fœn. Finckelth. O.* 33. *Molin. de I.* & *I. tom.* 2. *D.* 508. *n.* 1. *Joh. de Lugo, de I.* & *I. tom.* 2. *Disp.* 31. *n.* 73. *Scaccia, de commerc.* §. 1. *q.* 1. *n.* 88. *Schæffer. l.* 1. *q.* 34. *Stracha, tr. de Sponsion. p.* 3. *Carpz. p.* 2. *c.* 19. *d.* 18. & *p.* 3. *q.* 134. *n.* 32.

O Fiunt de rebus præteritis, *vid. Santern. de assecurationibus. p.*2. *n.*27. futuris, *Strach. de sponsion. p.*4. *c.*12. *num.*2. v.g. morte hominis intra certum tempus, *vid. omninò Scaccia, d. q.* 1. *num.* 95. *vers. extendo primo. Strach. d. p.* 4. *c.* 1. *Lugo. de I.* & *I.D.* 31. *num.* 74. *Santern. d. p.* 2. *num.* 14. de alterius adventu, (si casus hunc impediat, vincit negans. *Besold. th. pract. voc.* Wetten. *vers.* Wenn einer wettet.) de celeriori cursu, hic perdit etiam, qui post factam sponsionem currere recusat. *arg.* 32. *de V. S. Webner. obs. pract. voc.* Wetten. *Strach. d. p.* 4. *cap.* 15. *vid. Pfeil. centur.* 1. *consil.* 34. Fieri possunt inæqua-

æqualiter, ita, ut unus v.g. triplo plus &c. ponat. *Besold. ad Ord. Provinc. Würtemb. fol.* 210. *n.* 12. *& in delibat. jur. lib.* 2. *c.* 16. *Schæffer. lib.* 1. *q.* 34. *Decius, cons.* 115. neque hic locum habet *L.* 2. *C. de resc. vend. arg.* 8. §. 1. 38. *de C. E. V.* 2. *de A. E. V. Carpz. p.* 2. *c.* 19. *def.* 18. *n.* 15. *& seqq. Besold. de lib. jur. lib.* 2. *c.* 16. *vid. Lugo, de J. & J. d. D.* 31. *Sect.* 6. *n.* 77. *DOLUS* tamen abesse debet (cujus exceptione eliditur sponsio. *arg.* 36. *de V. O.* 5. *C. de inutil. stipul. Besold. d. l. Strach. d. p.* 4. *c.* 14. *Lugo, de J. & J. D.* 31. *n.* 78. & captiositas. *Strach. d. p.* 4. *c.* 16. e. g. Daß der Stadtschreiber zu N. weder lesen noch schreiben könne. *Besold. Th. pr. voc.* Wetten. *NEQUE* fiant de ludo prohibito, 3. *h. Strach. d. p.* 4. *cap.* 5. vel alia causa futura inhonesta, 17. §. *f. de præscr. verb. Thessaur. lib.* 2. *q.* 19. *n.* 6. *Santern. d. p.* 2. *num.* 8. *arg. cap. à crapula.* 14. *x. de vit. & honest. cler. Strach. d. p.* 4. *c.* 7. vel libidinis, æmulationis, odii, vel contentionis gratiâ, *Covarruv. in c. peccatum* §. 4. *de R. I. in* 6. *Besold. ad Ord. Provinc. Würtemb. fol.* 210. *num.* 13. neque immodicè: *Reform Franc. tit.* von Wetten. *Wehner. obs. pract. voc.* Vom Wetten. *& in consil.* 59. *Finckelth. O.* 33. *num.* 34. quæ autem talis sit, judex æstimat. Neque rectè sponsiones ad unum solidum restringuntur. *arg.* 17. §. *f. de præscr. verb. Carpz. p.* 2. *c.* 19. *def.* 18. *in fin.*

Datur ex sponsionibus Actio ex stipulatu: *Strach. d. p.* 4. *c. f. Besold. Th. Pr. voc.* Wetten. Actio præscriptis verbis, si aliquid datum fuerit, ut detur vel restituatur vincenti. 17. §. *f. de P. V.* Condictio ex Lege seu Consuetudine, si sc. nudo pacto sponsio facta. *Schæffer. lib.* 1. *q.* 34. *num.* 17. *Besold. ad Ord. Provinc. Würtemb. n.* 9. *in f. in delib. jur. tit.* 2. *c.* 16. *Thessaur. lib.* 2. *q.* 19. *num.* 17. E

SI MENSOR FALSUM MODUM DIXERIT. XI. 6.

ACtio in factum, si mensor falsum modum dixerit, est D
prætoria, 1. *pr. &* §. 1. *h.* personalis rei, persecutoria, competens illi, qui ex falsa & dolosa mensione læsus, adversus mensorem, ad id, quod actoris interest. 1. 3. §. 1. *h.* Olim hæc C
mensio fiebat tantùm propter amicitiam, neque erant, qui publicè profiterentur eam: *Jac. Gothofr. in L.* 132. *de R. I. L.* 1. *pr. h. vid.* 9. §. 5. *locat. Olden. cl.* 3. *art.* 15. *q.* 3. *in f.* Unde imperitia mensori non nocebat; 1. §. 1. *h.* oritur tamen ex dolo & culpa lata hæc actio; 1. §. 1. *& f. h.* indeque ex delicto, *arg.* 1.

L §. 1.

§. 1. *L.* 3. §. 4. *&* 5. *h. junct.* 49. *de O. & A. Oldend. d. l.* Sed subsidiaria est. *L.* 3. §. 2. *&* 3. *l.* 5. §. 1. Datur illis, quorum interest, falsum modum non esse renunciatum, 3. §. 1. illorumque heredibus. 3. §. 5. Adversus agri, ædificii, vini, frumenti & aliarum rerum mensorem, *l.* 5. §. *f.* 6. 7. *pr. h. Fr. h. n.* 8. qui vel per se, vel per alios falsum modum renunciavit, *L.* 1. §. *f. L.* 2. *h. vid.* 5. *pr.* sive à judice, sive à partibus adhibitus, 3. §. 4. sive honorarium acceperit, sive gratis fecerit. *L.* 1. §. 1. *h. Oldend. d. l.* Utilis datur contra illum, qui non fuit mensor, in modo tamen fefellit. 7. §. 1. 2. *h. Olden. d. l. q.* 4. ex. gr. rerum æstimatores. *Hahn. h. inf.* NON datur contra hæredem, quia est ex delicto. 3. §. 5. Singuli tenentur in solidum: unius tamen præstatio reliquos liberat. 3. *pr.* Petitur hic actoris interesse; 3. §. 1. hinc semel tantùm competit hæc actio. 57. *de R. J.* Præscribitur longissimo tempore.

DE RELIGIOS. ET SUMPT. FUN. XI. 7. ET UT FUNUS DUC.

LOcus religiosus est, in quem corpus hominis mortui, sepeliendi animo, ab eo, qui Jus sepeliendi ibidem habet, est translatum. De sepeliendi æquitate & modis, vid. *Gerhard. Loc. Theolog. tom.* 8. *loc. de morte, c.* 7. *n.* 78. *Alex. ab Alex. G. D. l.* 3. *c.* 2. *Carpz. lib.* 2. *def.* 373. *Grot. de J. B. & P. l.* 2. *c.* 19. *vid. l.* 27. *pr. de condit. instit.* §. 9. *I. de R. D.*

Ut locus religiosus fiat, requiritur (1.) ut corpus hominis mortui, cujuscunque conditionis, 2. *pr.* vel caput ejus, 44. *h. vid.* 2. §. 5. (de vivi sepultura, *vid. L.* 2. *de mort. infer. Carpzov. lib.* 2. *def.* 394. *n.* 7. *Ordin. Crimin. artic.* 131.) (2.) actualiter illatum sit, 2. §. 5. (3.) animo sepeliendi, 40. *h.* 10. *C. vid.* 35. §. 5. *de hered. instit.* 44. *de legat.* 3. (4.) extra civitatem. 3. §. 5. *de sepulch. viol.* 12. *C. de religios.* (5.) eum in locum, ubi sepeliens jus habet sepeliendi, v. g. cujus est dominus liber, *v.* §. 9. *I. de R. D. L.* 2. §. 7. 8. solitarius. *d.* §. 9. *L.* 41. *h.* 28. *comm. div.*

Jure Canon. & nostris moribus sepeliuntur in cœmiteriis, *Carpz. l.* 2. *def.* 385. *Friedlib. in medull. Theol. loco de morte, cas. consc.* 20. constitutis auctoritate Magistratus Ecclesiastici: *Carpz. l.* 2. *def.* 285. *n.* 1. plerumque extra civitatem. *dd. DD.* Et nihil datur pro sepultura; *c.* 13. *x. de sepult. c. in ecclesiastico.* 14. *c.* 13. *q.* 2. nisi quis hereditarium sepulchrum velit, aut ho-

nestior

neſtior ſit, & in templo ſepeliatur, *Carpz. l.* 2. *def.* 391. Con-
ſenſu patroni. *Carpz. l.* 2. *def.* 390.

A Eſt **HONESTA*, quæ fit cum ritibus cujusque loci hone- †
ſtis : Hâc ſepeliantur regulariter omnes, *Carpz. l.* 2. *def.* 384. D
etiam qui improviſo caſu periit, *Carpzov. l.* 2. *def.* 381. *vid.* S
Fridlieb. d. l. caſ. 1. *Ludov. Dunte, de caſib. conſc. c.* 22. *ſect.*
1. *q.* 6. de cujus nece nihil conſtat certi : *v. Carpzov. l.* 2. *def.*
375. honeſta enim ſepultura favorabilis eſt, & ejus denegatio
nota promeritæ pœnæ : *Carpz. d. l.* 2. *d.* 373. *num.* 9. *def.*
281. *n.* 1. *NON* etiam hæretici : *c.* 12. *x. de ſepult. c.* 13. §. *Cre-
dentes. x. de hæret. vid. Gerhard. d. loc. Th. tom.* 8. *c.* 7. *n.* 90.
Carpz. d. lib. 2. *def.* 383. *Dunte, de caſib. conſc. c.* 22. *ſect.* 1.
quæſt. 20. 23. 29. Contemtores divini verbi & Sacramento-
rum : *c.* 12. *x. de ſepult. Carpz. lib.* 2. *def.* 382. *Dunte, d. l. q.*
18. Excommunicati : *c.* 12. *x. de ſepultur.* Qui in duellis periere.
c. 1. *x. de torneamentis. vid. tn. c. un. extravag. de Tornea-
ment. Carpz.* 2. *l. def.* 381. *num.* 8. *Franzk. lib.* 1. *reſ.* 23. *vid.
omninò Dunte, de caſib. conſcient. caſ.* 22. *ſect.* 1. *quæſt.* 12. *Bal-
duin. de caſ. conſc. lib.* 4. *c.* 11. *caſ.* 5. Uſuarii manifeſti : *c.* 3.
x. de uſur. c. 2. *de uſur. in* 6. Propricidæ ob malam conſcien-
tiam. *vid. Carpz. l.* 2. *def.* 376. *Dunte, d. l. quæſt.* 30.

a. **INHONESTA* fit ſine Ceremoniis, vel in loco extra cœ- D
miterium, vel in loco remoto, & inhoneſto cœmiterii : Et †
hæc quibusdam iterum eſt inhoneſta in ſpecie, *ASININA* ſive
canina, quæ fit à carnifice, qui in loco inhoneſto cadavera
terra obruit. *Carpz. l.* 2. *def.* 375. *n.* 1. *& def.* 384. *n.* 1. Hac
ſepeliuntur cadavera reorum in reatu mortuorum : *Carpz. l.*
2. *def.* 371. modo de crimine confeſſi vel convicti fuerint.
Carpz. l. 2. *def.* 380.

Si quis mortuum infert, ubi jus ſepeliendi non habet, lo-
cum non facit religioſum : 2. §. 7. *L.* 4. 7. 43. *h. L.* 2. *C.* illo
tamen propria auctoritate effodi non poteſt, 8. *pr.* 39. *h. vid.*
1. *C. h.* ſine pœna ſepulchri violati : *L. f. de ſepulchr. violat.
Fr. h. num.* 10. *in f.* Sed datur hoc caſu *ACTIO IN FA-* D
CTUM : 2. §. 2. quæ eſt ex obligatione legali & perpetua, 7.
pr. rei perſecutoria, *arg.* 7. *pr. vid. Finckelth. de jur. ſepult. con-
cl.* 45. Directa Domino loci, 2. §. 1. utilis etiam reliquis,
quorum intereſt, qui Jus prohibendi habent, 8. §. 4. illorum
heredibus, 7. *pr.* Adverſus inferentem, 2. §. 1. *&* 2. & here-
des ; 7. *pr.* non etiam contra ſocium. 2. §. 1. *h.* 39. *pro ſoc. Joh.
Baptiſt. Aſinius, in d. L.* 2. *h.* §. 1. *verſ. an & ſocius. num.* 18.

Finckelth. d. l. lit. B. vid. Bach. ad Tr. V. 2. D. 20. th. 1. lit. d. (*obs. 6. §. 6. communi divid.*) ad loci pretium, vel ad mortuum tollendum, *7. pr.* utrum reus elegerit; *arg.* 10. *§. f. de jur. dot. vid. Asinius, ad L. 7. pr. num. 1. & 2. h. t.* nam si reus pretium solvit, Dominus locum vendere tenetur, *perinde ut in L. 12. pr. h.* Qui dolo malo in locum publicum infert, arbitrariè punitur, qui sine dolo, absolvitur. 8. §. 2. Utilis hæc actio adhuc in usu est. ¶. *Hahn. ad W. h. num. 4.*

Si quis impediatur inferre, ubi jus habet, potest uti inter dicto de mortuo inferendo, vel potest aliô inferre, & posteà in factum actione agere, quæ ipsi perpetuo contra impedientem; sed non heredibus, & contra heredes, competit, (*hic est exemplum L. 20. de LL.*) ad omne interesse. 8. §. *f. L. 9. h. & ibi*
N *Ant. Faber. & Cujac. lib. 8. O. 12.* Si quis propter debitum cadaver arrestet, (*vid. Hahn. num. 5.*) Jure novo, [*vid. L. f. C. de sepulchr. violat.*] debitum amittit, tantundem debitoris heredibus solvere debet, & tertiâ parte bonorum publicatâ, perpetuò infamatur: *N. 60. c. 1. pr. N. 115. c. 5. §. 1. Mevius de arrestis, c. 8. num. 225. vid. l. 43. Boërius, decis. 287.* In causis sepulturam concernentibus summariter proceditur, *arg.* 43. nec appellatio admittitur. *arg. L. f. de appellat. recip. Mevius, d. l. num. 220. Carpzov. lib. 2. def. 395.* Qui exequias funeris sequuntur, non vocantur in jus, 2. *inf.* 3. *de in jus voc.* neque inquietentur defuncti cognati, affines, & fidejussores ante IX. dies. *Nov. 115. c. 5. §. 1. vid. Carpz. p. 3. 5. const. 33. def. 2. num. 4.*

D Sumptus petuntur actione *FUNERARIA*: 14. §. *6. &* 12. quæ est prætoria, 12. §. 2. personalis, *argum.* 1. bonæ fidei, *arg.* 14. §. 9. 11. 13. *h.* perpetua, 31. §. *f.* subsidiaria, 14. §. 12. & 15. privilegiaria, 45. *h. L. f. §. 9. C. de jur. delib. L. 1. §. f. ad L. Falcid. Carpz. p. 1. const. 28. def. 39. Bach. V. 2. D. 24. th. 7. lit. B. & G.* qua quis expensas funeris causâ factas repetit ab eo, ad quem res illa pertinet. 12. §. 2. 14. §. 13. Est
† vel directa, vel utilis. 14. §. 15.
C Oritur ex quasi contractu cum defuncto: 1. *v.* 4. unde heres non potest prohibere: 14. §. 13. *vid. Asin. ad d. §. 13. n. 1. & seqq. vid. Carpz. p. 1. c. 28. d. 40. num. 1.* dummodo fiant animo repetendi: de quo qui protestatur, benè facit. 14. §. 7. *h.*
S Datur illis, qui in alienum funus sumptus fecerunt, nec aliam actionem habent, 14. §. 12. & 15. illorumque heredi-
P bus, 31. §. 1. Adversus illos, ad quos hoc munus pertinuit: 12.

§. 2.

§. 2. v. g. quibus hoc defunctus mandavit, 12. §. 4. *h.* heredes, b. possess. & alios successores: 12. §. 4. *L.* 14. §. *f.* Uxore mortuâ datur contra maritum, apud quem dos manet, & uxoris hæredes, pro rata: 22. *& seqq. Carpz. p.* 3. *c.* 25. *def.* 19. Si vero ipsa neque dotem, neque alia bona reliquit, nec pater ejus sit solvendo, datur hæc actio contra maritum, in quantum facere potest: 28. *Carpz. d. def.* 19. *n.* 5. [*obst.* 13. *C. de N.G.L.* 28. *inf. h.*] idem est in uxoribus. *Carpz. d. c.* 25. *def.* 7.

Ad sumptus, sine quibus funus honestè duci non potest. 14. §. 3. *&* 4. *v. Garsias, de expens. & meliorat. c.* 8. *n.* 9. Hodie (*v.* 14. §. 3. 4. 6. *L.* 37. *vid. LL. XII. Tabb. tab. X.*) vestes lugubres, fasciæ, pepla, quæ cognatis dari solent, convivia, commendationes, &c. secundùm loci consuetudinem: *arg.* 14. §. 3. 4. 6. *v. Carpz. p.* 1. *c.* 28. *def.* 42. *n.* 3. *v. Alex. ab Alex. l.* 3. *c.* 7. *Asin. ad L.* 12. §. 5. *h.* modus æstimatur à Judice: 12. §. 5. *L.* 14. §. 6. *Garsias, d. c.* 8. *n.* 2. Ornamenta, &c. cum corporibus condi non decet; 14. §. 5. *Arumæus, lib.* 1. *decis. in Coronid. Bernegg. ad Tac. de mor. Germ. q.* 144. etiamsi defuncti mandaverint. 113. §. *f. de leg.* 1. *L. f. in f. de aur. & arg. leg. Eccl.* 5. *v.* 14. *Sap.* 7. *v.* 6. 1. *Tim.* 6. *v.* 6. *vid. Carpz. lib.* 2. *def.* 392. *Mindan. de interd. tit.* 2. *n.* 31. Nimis modici, in contumeliam defuncti facti, non repetuntur. 14. §. 10. Salaria Chirurgorum, Medicorum, &c. in ultima curatione stricto jure huc non pertinent: *Carpz. p.* 1. *c.* 28. *d.* 43. *n.* 2. *L.* 37. *pr. L.* 14. §. 6. *h.* hodie tamen pertinent. *Carpz. p.* 1. *c.* 28. *def.* 41. *Berlich. p.* 1. *concl.* 64.

De hac actione cognoscit Judex secularis: *arg.* 1. *h.* de ipso jure sepeliendi autem Judex Ecclesiasticus. *Can. Non. æstimemus.* 13. *q.* 2. *v. Carpz. lib.* 2. *def.* 390. *n.* 1. *Grœnevv. ad L. f. C. de religios.* Hodie apud nos Consistoria Ecclesiastica. *Carpz. lib.* 1. *Resp.* 86. *in fin.*

DE MORTUO INFERENDO ET SEPULCHR. ÆDIFIC. XI. 8.

INterdictum de *MORTUO INFERENDO* competit illi, qui prohibetur mortuum inferre eum in locum, ubi inferendi jus habet: 1. *pr. vid. Bach. ad W. h. lit. a.* quod est prohibitorium, 1. §. 4. ne scilicet is ullo modo impediatur. *Mindan. de interdict. tit.* 2. *num.* 13. *vid.* 43. *de relig. & sumpt. fun. Besold. in Th. pr. voc.* Begräbnuß. Ne quis prohibeatur per viam publicam ossa mortuorum ferre, Præses provinciæ prospicit.

ſpicit. 38. *de religioſ.* hoc tamen hodie magiſtratui nunciandum. *Beſold. theſaur. pr. voc.* Durchführung der Verſtorbenen. *Hahn. ad W. tit. de religioſ. n.* 5.

Alterum Edictum hic propoſitum eſt de *SEPULCHRO ÆDIFICANDO*, quo prohibet Prætor, ne vis fiat ei, qui eo in loco ædificat, ubi mortuum inferre poteſt: 1. §. 5. nam monumenta exſtruere religionis eſt. *L.* 1. §. 6. *h. Mindan. d. tit.* 2. *n.* 14. *vid. Carpz. lib.* 2. *def.* 392.

DE REBUS CRED. SI CERT. PET. XII. 1. ET DE CONDICT.

H CREDITUM in genere eſt, quando alienam fidem ſecuti contrahimus: 1. *pr.* 2. §. 3. *& inf.* in ſpecie denotat *MU-*
D *TUUM*, 2. §. 1. *Hahn. h. n.* 2. quod eſt contractus nominatus, realis, ſtricti juris, μονόπλευρος, quo res fungibilis ea lege datur, ut accipientis fiat, *arg.* 1. *de fund. dot.* 15. *h.* 9. *pr. de aut. tut.* 27. §. 2. *de aur. & arg. leg.* & ab eo tantundem ejusdem generis reſtituatur. 2. *pr.* §. 1. 2. *h. L.* 3.

† Diviſio in naturale, civile, & mixtum: Item in verum & præſumptum, *de quo Bach. V.* 1. *D.* 20. *th.* 1 *lit. D. Mozz. de contract. tit. de diviſ. mut. Schneidevv. ad tit. I. quib. mod. re contrah. obl. pr. n.* 22. falſa eſt. *Stamler. colleg. contract. D.* 2. *th.* 20. *&* 21. *Gœddeus, de reb. cred. c.* 2. *n.* 28. *Hahn. ad W. h. n.* 9. Mutuum fœneratitium non eſt vera ſpecies; nam uſuræ debentur ex ſtipulatione. *vid.* 24. *de P. V.*

C Fit *CONSENSU: 32. hinc errans non contrahit; 18. *pr.* A
ſed nummos vindicat ſolvens, vel condicit conſumtos, condictione ſine cauſa: hoc tamen caſu exceptio doli nocet. 18. *pr. Treutl. V.* 1. *D.* 20. *th.* 4. *lit. a. & ibi Bach.* Si unus tantùm in translationem Dominii conſenſit, aliter eſt. 18. §. 1. *h. vid.* 36. *de A. R. D. Fr. ad tit. de C. E. V. n.* 80. *Accurſ. & Zaſ. ad L.* 18. *h. Bach. V.* 1. *D.* 20. *th.* 4. *lit. a. Vinn. ad.* §. 40. *I. de R. D. n.* 5.

Et *REI TRADITIONE, *pr. I. quib. mod. re contrah.* a.
obl. 2. §. 3. *h. v. L.* 30. (ultra datum non contrahitur: 11. §. 1. *h.* 17. *de pact.* 9. *C. de non num. pec. Carpz. lib.* 5. *Reſp.* 9. *num.* 16. ſuperfluum nec jure donationis, nec uſurarum ſubſiſtit. *arg.* 19. *pr. h.* 3. *C. de uſur.* 24. *de P. Verb. Receſſ. Imper. de anno* 1577. *Tit.* Von den wucherlichen Contracten. 17. *verb.* wie bißhero im H. R. Reich. *Carpz. p.* 2. *dec.* 146. *Bach. V.* 1. *D.* 20. *th.* 2. *lit. a.*) Vera & naturali, ſecundum jus ſtrictum. 34. *pr.* B
mand. 15. *h.* *Ficta ex benignitate, quæ fit traditione brevis b.
manus:

manus: 43. §. 1. *de jur. dot. vid.* 3. §. *p. de donat. inter vir. & ux. vid.* 11. 15. *h.* 8. *C. si cert. pet.* 34. *pr. mandat. Bach. V.* 1. *D.* 20. *th.* 3. *in pr. lit. A. & B. Fr. h. n.* 23. 24. *Busius ad L.* 15. *n.* 2. *Vinn. lib.* 1. *q.* 40. modo hic pecuniam re verâ acceperit. 1. *pr. h.* 19. *de P. V. Busius. ad* 15. *n.* 16. *L.* 11. *pr.* 15. *h. Carpz. p.* 2. *decis.* 129. *Paul. Bus. ad l.* 15. *n.* 3. 4.

C Mutuum dare * *IMPEDIUNTUR* furiosi, mente capti, S
12. *pr.* pupilli, 19. §. 1. *h.* §. 2. *I. quib. alien. lic.* 9. *pr. de aut. tut.* minores curatorem habentes, *arg.* 3. *C. de in integr. rest.* prodigi, *arg. d. l.* 3. *L.* 6. *de V. O.* qui si de facto dederint, nummi vindicantur; *d.* §. 2. *L.* 11. §. *f.* Si verò consumti sint b. f. convalescit mutuum, & datur condictio ex mutuo; 12. 19. §. 1. *h. L.* 24. *de O. & A. d.* §. 2. *I. arg. L.* 15. *de reb. dub.* sin. m. f. creditor potest condicere, *arg.* 3. *C. de condict. ex L.* vel ad exhibendum agere. 11. §. *f. h. d.* §. 2.

a. * *PROHIBENTUR* Provinciarum præsides: 33. *h.* quod hodie non obtinet. *Grœnevv. ad L.* 1. *C. de contract. Judic. Busius, ad L.* 33. *h. num.* 5. *Stamler. in colleg. contract. D.* 2. *th.* 25. *inf.* Potest dari per nuncium, procuratorem, &c. 9. §. 8.

Accipiunt mutuum, qui contrahendo se obligant, nec P
specialiter prohibentur: privatus & civitas, *arg.* 15. *de SCt. Maced.* 16. *de V. S. Carpz. p.* 2. *c.* 6. *d.* 18. *& lib.* 2. *Resp.* 106. *num.* 1. & 2. *Bach. V.* 1. *D.* 20. *th.* 5. *lit. a. Richt. decis.* 71. *num.* 1. dummodo ipsi, aut qui eam repræsentant, pecunia solvatur: nam si administratori, tùm demum obligatur civitas, si creditor probet, pecuniam esse in utilitatem civitatis versam: 27. *h. Aut. hoc jus. C. de SS. Eccles. Nov.* 120. *c.* 6. *Carpz. p.* 2. *const.* 6. *def.* 19. *Richt. decis.* 71. *n.* 6. aliàs soli obligantur administra-
D tores. 27. *h.* Qui * *IMPEDIANTUR, vid. supr. de pact.*
d. Lege * *PROHIBENTUR* filiifam. *de quib. infr. ad tit. de SCt. Macedon.* de luxurioso adolescente, *vid.* 12. §. 11. *mandat.* 24. §. 4. *de minor.* Procurator mutuum accipiens hic tantùm naturam nuncii habet. *L.* 6. §. 1. *de N. G. Bach. de act. D.* 8. *th.* 11. *p.* 120. *Tabor. D. ad Wesemb.* 3. *th.* 3.

Objectũ sunt res fungibiles, creditoris propriæ, vel illius no- O
mine consensu domini solutæ. 2. §. 4. *L.* 9. §. 8. *h.* *FUNGIBILES* D
sunt, quæ functionem in suo genere recipiunt, usu consumuntur, adeoq; post usum in specie restitui nequeunt. 2. §. 1. Constant numero, pondere & mensura: *pr. I. quib. mod. re contr. obl.* Inde dicuntur quantitates, 6. *C. si cert. pet. vid.* 1. *pr. de con-*

trah. emt. v. g. nummi, panis, &c. 35. §. 5. *de contrah. emt.* non etiam grex. *arg.* 68. §. *f.* & *LL. seqq. de usufr.* *PROPRIÆ* 2. §. 4. *h. arg.* 20. *pr. de A. R. D.* nam de alienis non subsistit mutuum. 12. *inf. h.* Si tamen b. f. consumptæ, datur creditori condictio ex mutuo. 11. *inf. L.* 12. *inf.* 13. *pr. h.* 15. *de reb. dub. vid. L.* 7. *C. si cert. pet.* Dominus vero extantes vindicat, de M. F. consumtis agit ad exhibendum, 11. *inf.* §. 2. *I. quib. alien. lic.* Bon. Fid. consumtas condicit sine causa, *arg.* 32. *h.* aut actionibus à contrahente cessis agit. 2. *C. d. t.* Si dominus alieno nomine propriam pecuniam credat, aut ejus consensu alius suo nomine, valet contractus, actioque acquiritur illi, cujus nomine data est pecunia. 2. §. 4. *h.* 9. §. 8. *h.* 2. *C. per quas personas.*

E Effectus primus est *OBLIGATIO*, de qua in D. potest tamen debitor rem in specie restituere, si velit, 8. *in f. pr. mandat.* nisi certam illius generis speciem se restituturum promiserit. 2 §. 1. *Carpz. l.* 5. *Resp.* 8. *n.* 3. 10. Effectus ortus est *A-*

D *CTIO*, sc. Condictio certi ex mutuo, quæ est actio personalis, stricti juris, competens creditori, adversus debitorem, ad rem creditam sive mutuam, in eodem genere, eadem quantitate & qualitate, repetendam. Usuræ de J. Civ. non nisi ex stipulatu debentur, 24. *de P. V. L.* 3. *C. de usur.* Hodie etiam ex pacto & mora. *R. I. de anno* 1654. §. Anreichend die künfftige Zinß. *Zang. de except. p.* 3. *c.* 25. *n.* 6. Hæc actio est perpetua, neque extinguitur per casum fortuitum. *L.* 11. *C. si cert. petat.*

C *LITERARUM OBLIGATIO* non oritur ex præsumto mutuo; (*Dissent. Bach. ad tit. l. de lit. obl.* & *ad W. de reb. cred. n.* 9. & *ad Treutl. V.* 1. *D.* 20. *th.* 2. *lit. B.*) sed ex singulari contractu, *vid. Hahn. h. num.* 9. qui fit literis: §. *f. I. de obl.* §. *un. I. h.* ad exemplum verborum obligationis. *Fr. exerc.* 10. *quæst.* 9. *Stamler. in colleg. contract. D.* 8. *th.* 5. *vid.* 6. §. 1. *L.* 7. *ff. de novat.* §. 2. *I. de except.* Licet enim actor se fundet in numeratione, eam intra biennium probare debeat, eandem reus oppugnet, attamen numeratio non est fundamentum actionis; sed executionis: Actionis autem fundamentum sunt literæ. *dd. LL. vid. L.* 2. §. 3. *de dol. exc.* §. 2. *I. de exc. L.* 6. §. 1. & *seqq. de novat.*

Aliàs Scriptura accedit solennitatis aut probationis gratiâ: *pr. I. de E. V.* 4. *de pign. v. Gloss. in c.* 1. §. *postquam autem. de*

D *censibus in* 6. In solo *CONTRACTU CHIROGRAPHARIO* obligationem inducit; qui novo Jure (*v. Theophil. h. Hotomann.*

mann. ad pr. I. de lit. obl.) eſt contractus nominatus, ſtricti juris, μονόπλευρος quo quis, Chirographo alteri dato, ſe pecuniam accepiſſe fatetur, & eandem ſive aliam ſe reſtituturum promittit. *§. un. I. de lit. obl.* Oritur ex conſenſu literis declarato. *§. un. I. de obl. ex conſenſ.* Cauſa impulſiva eſt numeratio pecuniæ, quæ interveniſſe dicitur, non per modum conditionis adjicitur, unde, licet non intervenerit, conſenſum tamen & obligationem non ſuſpendit. *arg. §. un. I. de L. O. t. t. C. de non num. pecun. §. 2. I. de except.* Subjectum ſunt perſonæ, quæ obligationem contrahere poſſunt. Objectum materiale eſt pecunia, latè *ut in L. 222. de V. S.* formale, non tantùm ex cauſa mutui; ſed etiam ex aliis cauſis (*obſt. L. 5. C. de non numer. pec.*) data vel ſperata. *d. §. un. L. 14. pr. §. 1. C. de non num. pecun. Tabor. partit. elem. p. 3. ſect. 4. th. 39. inf.* Sola confeſſio non ſufficit; ſed promiſſio quoque eſt neceſſaria. *arg. 1. 4. C. de non num. pec. vid. omninò 26. §. f. depoſit.* Effectus primus eſt obligatio ante biennium, *arg. 3. C. de non numer. pecun.* (*obſt. §. un. I. h.*) ſi numeratio non intervenit, civilis tantum; poſt biennium numeratio præſumitur, & eſt mixta. Effectus ortus eſt Condictio certi ex Chirographo. *§. un. I. h.*

QUERELA NON NUMERATÆ PECUNIÆ eſt remedium Juris, quo quis pecuniam, quam ſpe futuræ numerationis accepiſſe confeſſus eſt, ſe non accepiſſe queritur. Proponitur ut plurimùm per modum Exceptionis: (quæ eſt perpetua ſive peremtoria. *arg. §. 8. 9. I. de except. L. 3. C. de non num. pecun.*) Replicationis contra Apocham: *L. 14. §. 2. C.* Denunciationis ſive proteſtationis. 8. 14. *§. f. C. h. Nov.* 100. *c.* 1. Per modum Actionis, ſc. condictionis ſine cauſa, vel cauſa data, cauſa non ſecuta: 7. *C. h.* 1. *§.* 1. *de condict. ſine cauſa.* 3. *C. de poſtul.* aut mediante actione pignoratitia, rei vindicatione. 1. *C. h.* 11. *§.* 2. *de pign. act.* Jure novo hæc querela in cauſa dotis in ſcriptis eſt proponenda; *Aut. hanc autem. C. & ibi Aug. Barboſ.* quod tamen hodie non obſervatur. *Grœnevv. ad d. Aut.* D

Conceditur hæc querela, ob ſummam æquitatem, *§. 2. I. de except. Sichard. ad rubr. C. h. num. 2. Carpz. L. 2. Reſp. 92. n.* 14. regulariter omnibus, qui ſpe futuræ numerationis ſe aliquid accepiſſe confeſſi ſunt, & illud poſteà non acceperunt, illorumque heredibus, 8. 14. *pr C.* mandatoribus & fidejuſſoribus, 12. *C. Raphael de Turri, de Camb. D. 2. q. 16. n. 35.* etiam C S

invito debitore; *arg.* 15. *pr. de fidejuss.* & aliis concurrentibus confessi creditoribus. 15. *C. ibi Perez. Barbos.*

P Adversus illos, à quibus se aliquid accepisse confessi sunt, & heredes, 8. *C. h. ibi Barbos.* etiam inter mercatores. *arg.* 8. *de Publ. in rem act. Stracha, de mercatur. tit. quomodo in causis mercatorum procedendum.* §. *de exception. n.* 9. *Bach. V.* 1. *D.* 20. *th.* 2. *lit. C. in fin. Turri d. l. n.* 43. *vid. Zanger. de except. part.* 3. *cap.* 12. *n.* 20. (*dissent. Berlich. p.* 2. *dec.* 294. *Carpz. p.* 1. *c.* 32. *def.* 69. *&* 70. ¶.)

O Ad objectum hujus querelæ pertinet condictio certi ex mutuo, ex stipulatione, §. 2. *I. de except.* ex literis, §. *un. I. de lit. obl.* Dotis confessio, 15. *C. h.* 3. *C. de dote cauta non num.* Pignoris constitutio, 1. *C. h. L.* 1. *&* 2. *C. si pign. convent. num. pecun. sec. non sit.* Apocha sive Securitas creditoris: 14. §. 2. *C. h. Carpz. lib.* 2. *Resp.* 90. Datur etiam contra partem Cautionis tantùm: 2. *ibi Sichard. & Barbos.* Et regulariter in omnibus negotiis, in quibus quis spe futuræ numerationis aliquid confessus est, vel promisit, 14. *pr. h.* 15. *C. h.* etiam Cambiis, *Turri, de Camb. D.* 2. *q.* 26. *n.* 3. *Scaccia, tr. de commerc.* §. 2. *gloss.* 8. *n.* 1. (*Dissent. Berlich. p.* 2. *decis.* 294. *Carpz. L.* 2. *R.* 92.) *v. Barbos. ad L.* 6. *C. h. n.* 3. licet instrumentum intervenerit, quod paratam habet executionem, *Turri, de quæst.* 16. *n.* 53. *Scaccia, d. gloss.* 8. *n.* 4. *Carpz. lib.* 2. *Resp.* 89. *& p.* 1. *const.* 32. *def.* 65. aut Juramentum accesserit. *L. f. C. h. ibi Barbos.* NON etiam locum habet contra instrumentum depositi, nec contra securitates functionum publicarum, 14. §. 1. *C. h. Carpz. l.* 2. *Resp.* 90. *n.* 2. Confessionem dotis acceptæ, factam à marito post instrumentum dotale, *dd. LL.* Rationes argentariorum. *N.* 136. *c. f.* Cautiones, quæ anteriorem continent debiti causam, 5. 13. *C. h.* 25. *inf. de probat.* Transactiones, 11. *C. h. & ibi Barbos.* Confessiones & promissiones, quæ non factæ sunt spe futuræ numerationis, nec se fundant in aliquo dato vel accepto. *Barbos. ad L.* 5. *n.* 1. *C. h. v. L.* 6. *C. h.*

E Adversarius numerationem probare debet: 3. *C. h. Carpz. p.* 1. *c.* 32. *def.* 66. *num.* 5. hodie tamen non ubique: *Perez. in C. h. n.* 7. *Grœnevv. ad h. t. n.* 5. *& seqq.* qui si probaverit eam per testes & instrumenta, punitur negans, *secundùm Aut. contra. C. h.* (quod hodie etiam non ubique observatur; sed negans arbitrariè punitur. *Perez. h. n. f. Grœnevv. ad d. Aut. contra. C. h. & ibi Barbos. n.* 13.) si mediante jura-

mento neganti delato, tum negans tantùm in expensas condemnatur. *Aut. contra. C.h. Nov.* 18. *c.* 8. Si non probaverit, adversarius (1.) excipiens definitivè absolvitur. *Sichard. ad L.* 3. *n.* 1. *C.* (2.) agens, replicans, vincit, & cautiones, apochas, &c. recipit. 1. *C.h.* 1. §. 1. *de condict. sine causa.* (3.) Si denunciavit aut protestatus est, querela hac fruitur in perpetuum 8. 14. §. *f. C. h.*

E Exceptionem hanc *EXCLUDIT* * I. *PRÆSCRIPTIO* biennii continui à tempore interpositæ confessionis: §. *un. I. de lit. obl.* 14. *pr. C. Sichard. ad rubr. C.h. n.* 10. elapso bienniò quærela hæc privilegiaria non movetur, 8. 10. 14. *pr. C.* nec creditori debitor eô nomine Juramentum deferre potest: 14. §. 3. *C. ibi Sichard. & Donell.* Debitor tamen auditur, si probare velit, numerationem non esse factam; nam habet generalem doli exceptionem, 3. *C.* quæ suâ naturâ perpetua est. 5. §. *f. de dol. mal. & metus exc. vid. not. ad d. tit. Bach. V.* 1. *D.* 20. *th.* 2. *lit. c. Perez. in C.h.n.* 14. *Barbos. in* 13. §. 10. *C.h. Sichard. in* 14. *pr. C. h.n.* 6. *Riccius, part.* 2. *decis. collect.* 250. *vid. Carpzov. p.* 1. *c.* 35. *d.* 66. & 67. ¶¶¶. *Vinn. lib.* 1. *qu.* 41. & *ad l. h. n.* 7. & *seqq.* In Dote præscribitur hæc querela, si matrimonium solvitur intra biennium, anno continuo à tempore soluti matrimonii *L. f. & seq. Aut. quod locum habet. C. de dot. caut. non num.* Si matr. solvitur post biennium, intra decennium, tollitur hæc querela tribus mensibus: Si matrimonium durat ultra X. annos, tum planè cessat hæc querela. *aut. quod locum. C. d. t. ibi Barbos.* Contra Apocham Creditoris XXX. diebus præscribitur, 14. §. 2. *C.* nec posteà probaturus, nihil aut minus esse solutum, auditur. *Carpz. p.* 2. *c.* 29. *def.* 10. ¶¶¶. *Sichard. ad. L.* 14. §. 2. *C. h. n.* 5. *ibi Barbos. num.* 31. NON præscribitur contra minorem. *L. f. C. in quib. causis in integr. rest. non est necessaria.* Absentes contra hanc præscriptionem restituuntur in integrum: *arg.* 1. *Ex quib. caus. maj. junct.* 14. *in f. pr. C. h. Sichard. in d.* 14. *pr. n.* 8. *Donellus, in d.* 14. *pr. n.* 14. Semel mota est perpetua. 8. 14. §. *f. C. h. Donell. ad rubr. C. h. in f. & ad L.* 14. §. 2. *num.* 3. *in fin.*

e. * II. *AGNITIO* debiti,

F * Expressa: *arg.* 4. *C. h.* 13. *C. h. Donell. ad L.* 4. *C. h. n.* 6. & *ad* 14. §. 1. *C.h. n.* 9. *Barbos. ad* 4. *C. h. n.* 4. 5. Debitor tamen auditur contrarium probaturus. *arg.* 13. *C.h.* 25. §. *f. de probat.*

f. * Tacita: pactis, v. g. usurarum: & partis solutione sine protestatione. 4. *C. h. ibi Donellus. n.* 5. 6. *ubi ad contraria resp.*

resp. vid. Barbos. ad L. 4. *C. h. num.* 6. 7. III. * *RENUNCIATIO* ex intervallo: *arg.* 4. *C. h. Sichard. ad* 3. *C. h. num.* 13. *Scaccia, de commerc.* §. 2. *gloss.* 8. *num.* 3. *Carpz. p.* 1. *const.* 32. *def.* 65. Renuncians in ipsa cautione nihil agit; *Sichard. ad L.* 3. *C. h. num.* 10. *Raphael de Turri, Disp.* 2. *q.* 16. *num.* 26. *Scaccia, d. l. Carpz. d. def.* 65. ubi tamen juratam renunciationem admittit. c.

DE JUREJUR. SIVE VOLUNT. SIVE NECESS. SIVE JUDICIALI.

XII. 2.

H D JUSJURANDUM (*vid. Benekendorf. in addit. ad præfat. Seraphin. de Seraphin. tr. de privileg. Juram.*) est religiosa rei alicujus asseveratio, in cujus majorem fidem DEUS ipse, ut vindex & ultor perfidiæ, invocatur.

N Jurare Christiani possumus; *Exod.* 22. *v.* 11. *Deuter.* 6. *vers.* 13. *& c.* 10. *vers.* 20. *c.* 26. *x. de jurejurand. Gerhard. loc. Theol. tom.* 3. *de lege moral.* §. 116. *Amesius, de consc. lib.* 4. *c.* 22. *q.* 1. *Balduin. de casib. consc. lib.* 2. *c.* 9. *cas.* 1. non tamen temere. *c.* 26. *circa fin. x. h. Gerhard. d. l.* §. 118.

C Causa efficiens proxima est voluntas jurantis, quam exprimit verbis, literis, vel per intermediam personam, nuncium scilicet & procuratorem, *L.* 9. §. *p. L. f.* §. *f. h. c. f. de jur. cal. in* 6. *Carpz. p.* 1. *c.* 12. *d.* 39. modo speciale mandatum habeat, *d. c. f. c.* 4. *de procurat. in* 6. velitque procurator, 34. §. 3. *h.* & deferens. *arg.* 3. §. *f. h. L.* 12. §. 4. *C. h. Carpz. d. l. num.* 2. *Bachov. V.* 1. *D.* 21. *th.* 1. *lit. a.* In foro Saxon. juramentum per procuratorem & nuntium præstari nequit. *Carpz. d. l. & lib.* 1. *def.* 50. *num.* 4.

S Jurant, qui juramenti vim & rem, de qua præstandum, intelligunt: *Balduin. d. c.* 9. *cas.* 5. *in pr.* Pubertati proximi, 26. *pr. h. c.* 1. *x. de delict. pueror. junct. c.* 28. *x. h. Seraphin. de Seraphin. d. tr. privil.* 83. *n.* 18. *& ibi Benekendorf. in addit. Carpz. lib.* 2. *Resp.* 82. *n.* 1. *& lib.* 3. *Resp.* 62. *n.* 3. Si velint. *Can. parvuli.* 22. *q.* 5. *Seraphin. d. l. n.* 25. Minores: *L.* 1. *& seq. Aut. Sacramenta. C. si adv. vendit. arg.* 26. *pr. h.* Prodigi. *arg.* 26. *pr. h. c.* 28. *x. h.* *NON FACILE.* jurent suspecti de perjurio. *Can. Ille, qui hominem.* 22. *q.* 5. *L.* 2. *C. de indict. viduit. Balduin. d. l. cas.* 5. §. 6. *cas.* 19. *n.* 5. *Carpz. lib.* 3. *def.* 50. *n.* 6. *vid. Ames. d. l.* §. 38. Planè *NON* admittuntur

in-

infantiæ proximi, *arg.* §. 9. *l. de inutil. stip.* furiosi, mente capti, ebrii. *Can. Honestum.* 16. *c.* 22. *q.* 5. *Balduin. d. l. cas.* 5. & 19. *num.* 4.

Materia est alicujus rei assertio sine æquivocatione verbali aut mentali, *vid. Ames. d. l.* §. 18. secundùm mentem deferentis: *Can. Quacunque arte. & seq.* 11. & 12. *c.* 22. *q.* 5. *Balduin. d. l. cas.* 7. In Juramento veritatis de certa scientia, in Juramento credulitatis de justâ opinione: In rebus præteritis & præsentibus requiritur veritas, in futuris justitia: *c.* 26. *x. h. propter c.* 18. *h.* Non obligat ad turpia, naturaliter talia, *c.* 58. *de R. J. in* 6. *Can.* 3. 4. 5. 10. *c.* 22. *q.* 4. *vid. Balduin. d. c.* 9. *cas.* 8. *num.* 10. *Ames. d. c.* 22. §. 30. Et civiliter talia, secundùm Jus civile; 5. *in f. C. de LL.* 7. §. 16. *de pact. vid.* 42. *de V. S.* obligat vero secundum Jus Canon. & hodiernum, nisi tertio aut æternæ saluti præjudicium immineat. *c.* 28. *x. h. c.* 2. *de pact. in* 6. *Fr. n.* 9. *Bach. V.* 1. *D.* 11. *th.* 9. *lit. C. & D.* 21. *th.* 2. *lit. B.* *NON* est jurandum de rebus exiguis: *Balduin. d. cas.* 4. Si tamen juratum, servetur. *Balduin. d. c.* 9. *cas.* 11. O

Verus DEUS est invocandus: ut *in D. Deut.* 6. *v.* 13. & *c.* 10. *vers.* 20. non etiam per Deastros jurandum; *Jerem.* 5. *vs.* 7. *L.* 5. §. 3. *h.* obligatur tamen per hoc, qui eos pro DEO colit: 5. §. 1. *h. Balduin. d. c.* 9. *cas.* 3. Hinc Christianus à Gentili in gravissima causa tale juramentum accipere potest. *Gen.* 31. *v.* 53. *Ames. d. c.* 22. §. 40. *Balduin. d. cas.* 3. *Grotius, de J. B. & P. lib.* 2. *c.* 13. *n.* 12. *Fr. h. n.* 13. De Judæorum Juramentis *vid. Ord. Cam. p.* 1. *tit.* 86. *Mynsing. cent.* 6. *O.* 10. Non per creaturas. *Matth.* 5. *v.* 34. *c.* 26. *x. h. Balduin. d. c.* 9. *cas.* 9. *Gerhard. d. l.* §. 119. *vid. N.* 8. *in fin.* Invocatur autem vindicta DEI *EXPLICITE*: v. gr. DEUS me perdat, **GOtt straff mich**: Ita me DEUS adjuvet: **Als mir GOtt helff**: *vid. Fr. h. n.* 15. quod hodie requiritur ad solenne & corporale juramentum. *Carpz. p.* 2. *c.* 16. *d.* 6. *n.* 16. *vid. Rauchbahr. l.* 2. *q.* 69. *per tot.* *IMPLICITE*: v. gr. DEUS sit testis: Per DEUM: DEUS novit: **So wahr GOtt lebt: GOTT GOtt ist.** *Barschampius, in Thesaur. pract. c.* 26. §. 1. *n.* 14. 15. per animam & propriam salutem, **Ich wil nicht seelig werden; Ich will GOttes Angesicht nicht schauen**: *vid. Rom.* 1. *v.* 9. 2. *Corinth.* 2. *L.* 33. *h. Ames. d. c.* 22. §. 15. hæc tamen non sufficiunt, ubi solenne requiritur juramentum. *Carpz. p.* 2. *c.* 16. *d.* 6. *n.* 12. *Barschamp. d. tr. c.* 30. §. 1. *n.* 20. 28. 30. *NON* est juramentum, cùm quis jurat per alienam salutem. *v.* 3. R

§. f.

§.*f*.4.5.*ff*.2.*C.h*.41.*C. de transact. L*.13.§.*f.h.* Bey Fürstlicher :c. Treu und Glauben: Item: So wahr ich ein ehrlicher Mann bin; Ich wil nichts werth / oder: Ein Schelm seyn: *vid. Barschamp. Th.pr. c*.31. §.1.*&* 3.*n*.57.*& seqq. Ames. d. l. &* §.16. quamvis priora, à personis nobilibus facta, de consuetudine vim juramenti habeant: *Gail. l*. 2.*O*. 59. *num*. 2. *Carpz. p*. 2. *c*. 16. *d*. 5. *num*. 2. *Barschamp. d. c*.31. §. 2. 4.*n*. 94.*vid. omninò Carpz. d. d*. 5.*& p*. 2. *c*. 36. *def*. 9. *Fr. h. n*.25. *Rauchbar.p*.2.*q*. 2. *num*.58. Neque juramentum est asseveratio loco juramenti facta; *Ruland. de commiss. p*.2. *l*. 2.*cap*. 11.*num*. 32. *Barschamp. Th.pr. c*. 20. §. 1. *Carpz. p*. 2.*c*. 16.*def*. 6. licet proximè ad juramentum accedat, & secundùm quosdam ejus vim habeat: *Rauchbar.p*. 2.*q*. 2. *num*. 59. *Barschamp. d. tr. c*. 29. §. 4. *num*. 48. nec est, cum quis execratur, Diabolus me abripiat. *Fr. h. num*. 33.

R Ad Juramentum corporale *SOLENNE*, zu einem zierlichen/ gelehrten/ cörperlichen oder leiblichen Eyd/ *vid. Rauchb. p*. 2. *q*. 2. *n*. 90. (quod quandoque requiritur. *Ruland. d. l. n*. 34. *Barschamp. d. tr. c*. 30. §. 1. *Carpz. d. d*. 6.) omnino necessariæ sunt solennitates: *dd. DD. vid. Alex. ab Alex. lib*. 5. *gen. dier. c*.10. *Balduin. lib*. 2. *c*. 9. *cas*. 6. *Barschamp. d. l. Hahn. h. n*. 6. Erectio digitorum in viris, *Ord. Crim. art*. 107. Manus mulieris dextræ ad sinistrum pectus impositio: *Carpz. p*. 2.*c*. 16.*def*. 6.*n*. 3.*& lib*. 3.*Resp*. 49.*num*. 4. *Balduin. d. l. & dd. DD*. Adduntur etiam alia solennia; *v. dd. DD*. tamen etiam sine his juramentum dicitur corporale, dummodo priora adsint. *Rauchb. Carpz. dd. LL. v. Fr. h. n*. 18. *Annæ. Robertus, lib*. 1.*rerum judicat. c*. 11. Hæc solennia jurat*u*ris explicentur. *vid. Balduin. d. l. in fin. Barschamp. Thes. pract. c*. 30. §. 1. 13.*n*. 25.

E Omne licitum juramentum obligat jurantem ad sui impletionem: *c*. 28. *x. de jurejur. c*. 2. *de pact. in* 6. & ratione perjurii est personalissimum, *Carpz. p*. 2. *c*. 36. *def*. 7. nec heredem onerat; *Ames. lib*. 4. *c*. 22. *n*. 32. *Ant. Matth. de crimin. lib*. 47. *tit. ult. c*. 1. *n*. 1. quod si dolo (*vid. infr*. C.) contra fiat, committitur perjurium. *vid. omninò Balduin. d. l. c*. 9. *c*. 15. *Matth. d. l. c*. 1. *n*. 1. *Barschamp. d. c*. 30. §. 2. *Carpz. pr. crim. p*. 1. *q*. 46. *per tot*.

C Juramenti vim impediunt furor & ebrietas: de quibus supr. in S. (de Errore jurantis *vid. Ames. d. cap*. 22. §. 28. *Rauchb. d. q*. 4. *n*. 35.) Superioris prohibitio: *Rauchb. d. l. n*. 30.

Ames.

Ames. d. c. 22. §. 35. *Grot. lib.* 2. *c.* 13. *n.* 20. *Matth. d. c.* 1. *n.* 7. *L.* 13. §. 1. *de pollicitat.* Aliudve impedimentum: *Matth. d. l. n.* 7. *in f.* Defectus causæ, propter quam quis juravit: *Ames. d. l.* §. 36. Remissio illius, cujus causa unicè juratum. *Ames. d. l.* §. 36. *vid. Balduin. d. c.* 9. *cas.* 17. 18.

Juramentum, quod vi extortum, non quidem ipso jure nullum, dummodo honestam causam contineat; *Bach. V.* 1. *D.* 11. *th.* 4. *&* 3. *D.* 21. *th.* 2. *lit. c. Carpz. p.* 2. *c.* 35. *d.* 3. *Rauchb. lib.* 2. *q.* 4. *n.* 34. per restitutionem tamen in integrum sive absolutionem rescinditur. *Aut Sacramenta. C. si advers. vend. c.* 28. 15. 28. *x. h. c.* 2. 4. *x. de his, quæ vi met. caus.* ¶. multi tamen volunt, hoc juramentum conscientiam obligare: *Gerh. loc. Theol. tom.* 3. *de Leg. mor.* §. 123. *Ames. lib.* 2. *c.* 22. §. 27. *Grot. lib.* 2. *c.* 13. *n.* 14. *Ant. Matth. d. c.* 1. *n.* 5. *Balduin. d. c.* 9. *cas.* 12. Idem est in Juramento dolo exacto. *c.* 28. *x. h. c. quamvis.* 1. *de pact. in* 6. *Bach. V.* 1. *D.* 11. *th.* 10. *lit. a. Rauchb. d. q.* 4. *n.* 35. *Matth. d. c.* 1. *num.* 5. *vers. idem ferè censendum. &c. vid. tamen Balduin. d. c.* 9. *cas.* 14.

A Juramentum dividitur ratione objecti & finis in promissorium, assertorium, & mixtum. * *PROMISSORIUM*, in quo futurum aliquid promittitur, est judiciale, vel extrajudiciale. *Tab. ad W. h. quæst.* 7. *Benekend. in addit. ad præfat. Seraph. de Seraphin. tr. de priv. jur. num.* 27. † D †

B * *JUDICIALE*, quod respicit judicium, præstant Judex & Assessores: *de quo in L.* 14. *pr. & seq. Aut. hodie. C. de judic. Ord. Cam. p.* 1. *tit.* 57. Secretarii & Scribæ: *Ord. Cam. p.* 1. *tit.* 59. 79. Advocati: 14. §. 1. *C. de judic. Ord. Cam. p.* 1. *tit.* 62. 64. Procuratores: *Ord. Cam. p.* 1. *tit.* 63. Testes: *Ord. Cam. p.* 1. *tit.* 77. Nuncii & similes, *Ord. Cam. p.* 1. *tit.* 80. 83. 84. Huc pertinet etiam Juramentum respondendorum. *Ord. Cam. p.* 1. *tit.* 71. D

b. * *EXTRAJUDICIALE* respicit causas extrajudic. quæ sunt D
C * vel *PUBLICÆ*, & quidem verè tales: v. g. Juramentum Regis Roman. *de quo A. B. tit.* 2. *Capitul. Imperat. in f. Carpzov. ad L. Reg. cap.* 1. *sect.* 9. 10. Electorum, *de quo A. B. d. l. Carpz. d. tr. c.* 11. *sect.* 9. Homagium, *de quo Speidel. in spec. voc.* Huldigung/ Erb-Huldigung/ Lands-Huldigung. *Ritter. tr. de hom. c.* 1. *concl.* 20. 30. Vasalliticum. Lehens-Pflicht/ *vid. Speidel. d. l. & voce* Treu zu seyn. *Schrader. de feud. p.* 6. *c.* 6. *Ritter. d. c.* 1. *concl.* 31. Familiaritatis, sive domesti-

domesticitatis, vel assecurationis, Rahts- Ampts- oder Dienst-
Pflicht: *Ritter. d. c.* 1. *concl.* 32. *Speidel. d. l. voc.* Huldigung.
Pacificationis & confœderationis: *Ritter. d. c.* 1. *concl.* 33.
Waremund *ab* Ehrenberg / *de fœderib. lib.* 2. *c.* 1. *num.* 117.
Protectionis & clientelare, Schutz- und Schirm-Pflicht. *Ritter.*
d. c. 1. *num.* 35. *Magerus, de advocat. arm. c.* 9. *num.* 139. *Spei-*
del. d. l. * *QUASI* publicas causas respicit Jura- c.,,
mentum tutorum & curatorum: *de quo in Ord. Imp. Polit. de*
anno 1548. *&* 1577. *tit.* 32. §. *Item*, Daß er. *Ord. Cam. p.* 1.
tit. 76. *vid. Carpz. p.* 2. *c.* 11. *def.* 6. *n.* 4. *Rauchb. lib.* 2. *quæst.*
2. *n.* 95. vel * *PRIVATÆ*, quo pertinet juramen- c.
D tum, quòd * *PROMISSORIUM* in specie dicitur, quo aliquid D
obligationis inducendæ gratia, promittitur. *c.* 9. *x. h. c.* 9. *x.*
de arbitr. Fr. h. n. 48. quamvis Jure civili nuda tantùm sit pro-
missio. *Fr. h. num.* 49. *Bach. V.* 1. *D.* 21. *th.* 2. *lit. a. Benek. d.*
tr. priv. 19. *n.* 11. &
D * *CONFIRMATORUM*, quod actum aliquem se- d.
paratum præsupponit, illiusque cōnfirmandi gratiâ accedit:
1. *C. si advers. vend.* 41. *C. de transact. c.* 28. *x. h. c.* 2. *de pact.*
in 6. modo pietatem non offendat. *v. Vinn. lib.* 1. *q.* 15. *Fr. lib.*
2. *Resol.* 5. 6. Jure Civili nihil civile addit. *arg.* 56. *pr. de fide-*
juss. Fr. h. num. 37. *& seq.* 7. §. 16. *de pact.* 5. *C. de LL.*

D Juramentum * *ASSERTORIUM*, quo quis aliquid esse, vel a.,,
non esse asseverat, respicit rerum controversarum vel * *ÆSTI-* E
MATIONEM, v. g. Juramentum in litem, *de quo tit. seq.* Jura-
mentum expensarum, *de quo Ord. Cam. p.* 1. *tit.* 66. 67. Mi-
norationis sive minutionis, quo in foro Sax. reus, ob vim ex-
pulsivam & ablativam conventus, æstimationem ab actore fa-
ctam, si illam præstare nolit, minuere tenetur. *de quo Carpz.*
lib. 3. *Resp.* 56. *& in tr. de process. tit.* 12. *art.* 4. *n.* 11. vel
* *DECISIONEM*, & quidem per * *INDIRECTUM*, e.
(1.) Juramentum. *DANDORUM*, *de quo in Ord. Cam. p.* 1. F
tit. 69.

D (2.) Juramentum *MALITIÆ*, der Eyd der Boßheit / quo
quis asseverat, se illud, quod proposuit, & petiit, non mali-
tiosè proposuisse. *Ord. Cam. p.* 1. *tit.* 74. *vid. Carpz. de pro-*
C *cess. tit.* 12. *art.* 1. *num.* 26. Hoc oritur ex jure civili, nomi-
natur à Jure Canonico. *c.* 2. §. *f. de juram. cal. in* 6. *Bocer. cl.*
6. *D.* 18. *th.* 17. *propter Nov.* 49. *c. f. Rittersh. ad Nov. p.* 9. *c.*
19. *n.* 5. *Fr. h. n.* 61. *Carpz. p.* 1. *c.* 12. *def.* 22. *Vult. de judic.*
lib. 3. *cap.* 2. *num.* 20. Exigitur à parte adversa, 34. §. 4.
vid.

vid. Carpz. p. 1. c. 12. d. 23. à Judice ex officio: *c. 2. §. f. de juram. calumn. in 6. Carpz. tit. 12. art. 1. n. 13.* Quoties malitia alicujus petitionis aut propositionis præsumitur. *c. 2. §. f. de jur. cal. in 6. Gail. 1. O. 87. n. 3. Carpz. p. 1. c. 12. d. 20. n. 2.* Etiam post juramentum calumniæ generale: *c. 2. §. f. de juram. cal. in 6. Obst. Nov. 49. c. f. Resp.* Exceptio est, si justa causa hoc suadeat: *Nov. 73. c. 7. Fr. h. n. 60. Carpz. p. 1. const. 12. def. 20. n. 6.* v. g. Si quis Juramentum litis decisorium deferat, 34. §. 4. *L. 37. h. L. 11. §. 1. rer. amot. 9. C. de reb. cred. f. C. de fideicommiss. Fr. h. n. 99. Carpz. p. 1. c. 12. def. 23. & tit. 12. art. 1. n. 59.* aut rationes argentarii petat, *L. 6. §. 2. L. 9. §. p. de edend.* aut cautionem de damno infecto, 13. §. 3. *de damn. infect.* aut testamenti exhibitionem, *L. p. C. quemadm. test. aper.* aut Instrumenti editionem, *in casu L. f. C. de fid. instrum.* aut comparationem literarum, *Nov. 73. c. 7.* aut nunciet novum opus, 5. §. 14. *de nox. oper nunc.* aut offerat satisdationem alio loco: 8. §. 5. *de his, qui satisd. cog.* Item in Casu *L. 15. ad exhib. c. 31. x. de testib. c. 15. & p. x. eod. Aut. at qui semel. C. de probat. vid. Gail. lib. 1. O. 87. num. 3. Mynf. cent. 1. O. 73. Bocer. cl. 6. D. 8. th. 17.* in quacunque judicii parte. *c. 2. §. f. de juram. cal. in 6. Carpz. de process. tit. 12. art. 1. n. 2.* Regulariter ab omnibus personis, quæ non exceptæ. Excipiuntur autem Parentes, Patroni; 8. §. 5. *qui satisd. cog. 16. h. 7. §. 3. de obseq. parent. præstand.* 13. §. 14. *de damn. infect.* [*obst.* 34. §. 4.] *C. J. A. tit. de Calumniator. th. 22. Carpz. p. 1. c. 12. def. 24. Bach. V. 1. D. 21. th. 4. lit. C.* Vasalli & feudorum domini. *c. un. §. 1. 2. feud. 33. Bocer. cl. 6. D. 18. th. 19.* Reliqui hoc Juramentum delatum præstent, aut quoad eum articulum pro confessis habentur; *Gail. 1. O 87. C. J. A. de Calumn. th. 33. in addit. Bocer. cl. 6. D. 18. th. 20.* Si deferens Juramentum decisorium jurare recuset de malitia, tum principale Juramentum habetur pro præstito. 37. *Carpz. p. 1. const. 12. def. 28.* P E

Huc etiam (3.) pertinet Juramentum *PERHORRESCENTIÆ*, quo quis asseverat, se valdè timere, ne non ab inferiore judice impetret justitiæ administrationem. *Rosenthal. de feud. c. 12. concl. 4. n. 63. Tennagel. tr. de decern. process. class. 3. c. 13.* (4.) Juramentum *APPELLATIONIS*, quo quibusdam in locis jurare tenentur appellantes, se causæ suæ bonitati confisos appellasse. *Vult. lib. 3. c. 2. num. 32.* (5.) Juramentum *DIFFESSIONIS*, quo scripturam diffitentur Saxones. *de quo Carpz. tit. 12. art. 5. n. 26.* D D D

Et (6.) Juramentum *PURGATIONIS*, vel purgatorium: *Fr. h. n.* 55. quod propter approbationem vocatur purgatio Canonica, *c.* 33. *x. de testib. rubr.* & *t. t. x. de purgat. canon.*
D *Fr. h. n.* 66. cui opponitur purgatio Vulgaris, per duellum, aquam, ferrum candens, &c. prohibita. *t. t. x. de vulgare purgatione. can.* 7. *c.* 2. *q.* 4. *DD. ad d. tit. de purgat. vulg.* Est autem purgatorium, quo, jubente judice, suspicionibus gravatus illud, quod sibi objicitur, falsum esse asseverat, atque sic innocentiam suam ostendit; *c. f. in f. x. de jurejur. c.* 8. *x.*
† *de purgat. canon.* Estque vel simplex, quod solius suspecti religioni committitur: *Can. Mennam. caus.* 2. *q.* 4. *Aut. Movo jure. C. de pœn. jud. qui malè judicav. L. f.* §. 5. *C. de jur. dom. impetr.* vel non simplex, cui sc. accedunt compurgatores conjurantes sive sacramentales. *t. t. x. de purgat. canon. tot. caus.* 2. *q.* 4. *lib.* 1. *Feud. tit.* 4. §. 2. *lib.* 1. *F. tit.* 10. *lib.* 1. *F. tit.* 26. §. 1. *lib.* 1. *F. tit.* 28. *lib.* 2. *F. tit.* 33. §. *Et cum datur. Ord. Cam. part.* 2. *tit.* 10. §. 1. Quod hodie non ubique observatur. *Berlich. p.* 1. *concl.* 52. *num.* 18. *Vultej. de feud. lib.* 2. *c.* 3. *n.* 38. *Vallensis, de J. Can. tit. de purgat. can. n.* 6.

C Ortum est jure Civili, 6. §. 4. *vers. sicubi. C. de his, qui ad Eccles. confug. Aut. novo jure. C. de pœna Judic. qui malè judic. L. f.* §. 5. *C. de jur. dom. impetr. L. f.* §. 10. *C. de jur. delib.* Auctum Jure Canonico: *t. t. de purgat. canon. tot. caus.* 2. *q.* 4. *Fr. h. n.* 66. Approbatum novissimô jura. *R. I. de Anno* 1548. *tit.* Wie gegen denen &c. *Ord. Cam. p.* 2. *tit.* 10. propter defectum aliarum probationum. *L. f.* §. 10. *C. de jur. delib. can.* 10. & *seq.* 2. *q.* 4. Defert Judex, etiam ex officio, 6. §. 4. *vers. sicubi. C. de his, qui ad Eccles. confug. c.* 8. *c.* 10. *vers. nec illud. c.* 15. *in f. x. de purgat. canon. Ord. Cam. p.* 2. *tit.* 10. §. Es sollen und mögen *Carpz. de process. tit.* 12. *art.* 3. *n.* 1. & partibus non petentibus: *Berlich. p.* 1. *concl.* 53. *n.* 36. *Gail. lib.* 1. *O.* 108. *n.* 5. & *seq. Carpz. p.* 1. *c.* 22. *def.* 15.
R *Fr. h. n.* 69. *Tabor. racemat.* 4. *in resp. Facult. Jurid. Argend.* §. 30. *p.* 159. *v. Carpz. de process. tit.* 12. *art.* 3. *n.* 6. Modò aliæ probationes legitimæ deficiant; *arg.* 3. *C. h.* 31. *h. L. f.* §. 10. *C. de jur. de lib. c.* 6. *x. de purg. can. c.* 12. & *seq. caus.* 2. *q.* 4. suspiciones autem aliquem gravent; *d. L.* 6. §. 4. *vers. Sicubi. C. de his, qui ad Eccl. confug. c. f. in f. x. de jurej. Can.* 19. *vers. ipse ergo. Caus.* 2. *q.* 4. *R. I. de Anno* 1548. *tit.* Wie gegen denen. §. 1. *Ord. Cam. p.* 2. *tit.* 10. §. 1. *Cpz. de process. tit.* 12. *art.* 3. *n.* 7. neque tamen torturæ, aut juramento supple-

ſuppletorio locum faciant: *Carpzov. d. a. 3. num.* 18. *& p.* 1. *c.* 22. *def.* 14. quæ tales ſint, Judex cognoſcit. *c. f. x. de jurejur. Carpzov. d. art. 3. num.* 11. *& lib. 3. def.* 47. *n.* 3. *Fr. h. num.* 68. His ſuſpicionibus aliter purgatis non defertur hoc juramentum, *Carpz. p.* 1. *c.* 22. *d.* 1. *& d. tit.* 12. *art.* 3. *n.* 8. ne quidem in cauſis matrimonialibus: *Carpz. d. art.* 3. *num.* 40. *& l.* 3. *def.* 47. *num.* 1. Neque defertur ſtuprum confeſſo', ratione promiſſi matrimonii, ſi aliæ non adſint conjecturæ. *Carpzov. lib.* 3. *def.* 47. *vid. tamen Carpzov. p.* 1. *c.* 22. *def.* 4. 5. *in f. & p.* 2. *q.* 68. *num.* 96. *Fr. h. num.* 70. *Berlich. p. ult. concl.* 38. *num.* 85.

Injungitur gravato ſuſpicionibus, ut plurimùm reo: *L. f.* §. 5. *C. de jur. dom. impetr. Aut. Novo Jure. C. de pœna Judicis, qui malè judicavit. c.* 1. *f. x. de purgat. canon.* Interdum actori, *Carpz. lib.* 3. *def.* 46. *n.* 15. ratione ſcil. exceptionis: fictis perſonis: *Ord. Cam. p.* 2. *tit.* 10. §. 1. *Berl. p.* 1. *concl.* 52. *n.* 8. *Gail. de pac. publ. l.* 2. *c.* 7. *n.* 16. Maſculis & fœminis, quorum ille prius jurat: *Carpz. p.* 1. *c.* 22. *def.* 18. *NON* etiam infamibus. *arg. c.* 11. *x. de purgat. canon. Carpz. p.* 3. *q.* 116. *n.* 61. *Weſenb. conſil.* 98. *num.* 29. P

Ex cauſa criminali, *Can. Nobilis. Can. Quanto.* 8. *Can. Si legitimi.* 2. *quæſt.* 4. *Cap. Nos inter. x. de purg. can. Carpz. p.* 3. *q.* 116. *n.* 58. *Tab. racem.* 4. *d. reſp.* §. 30. *p.* 158. Civili, 6. §. 4. *C. de his, qui ad Eccleſ. confug. L. f.* §. 5. *C. de jur. dom. impetr. c. f. x. de jurejur. Carpzov. p.* 1. *c.* 22. *def.* 13. *Fr. h. n.* 68. Matrimoniali, *c.* 10. *x. de deſponſ. impub. Carpz. p.* 1. *c.* 22. *def.* 3. *& lib.* 3. *def.* 45. injuriarum, *Carpz. p.* 1. *c.* 22. *def.* 2. *Berl. p.* 1. *concl.* 52. *n.* 20. *& p.* 5. *concl.* 60. *n.* 3. Fractæ pacis, *Ord. Cam. p.* 2. *t.* 10. *vid. Gail.* 2. *de pac. publ. c.* 7. Stupri, *Carpz. p.* 1. *c.* 22. *def.* 5. Adulterii, *c. Significaſti. x. de adult. can. Interrogatum. can. Statuit.* 2. *q.* 4. Homicidii, *c. Ex tuar.* 8. *x. de purgat. can.* Defenſionis, *Carpz. p.* 1. *c.* 22. *def.* 9. Furti, *Carpz. p.* 1. *c.* 22. *def.* 7. prætenſæ ignorantiæ. *Carpz. p.* 1. *c.* 22. *def.* 6. *&* 7. O

G * Delatum eſt præſtandum, regulariter in loco publico, coram Judice, adverſario præſente: *Carpzov. tit.* 12. *art.* 3. *n.* 58. Ita, ut nec referri poſſit, *Carpzov. tit.* 12. *art.* 3. *num.* 65. *Rauchbahr. lib.* 2. *q.* 3. *num.* 24. nec ejus nomine juramentum calumniæ alteri deferri. *Carpz. p.* 3. *q.* 116. *n.* 72. *Rauchbahr. l.* 2. *q.* 3. *n.* 35. Recuſans pro convicto habetur: *c. Inter ſollicitudines. in f. c. cum dilectis. x. de purgat. canon. Ord. Camer. p.* 2. *tit.* 10. §. Würde ſich. *Tabor. Racem.* 4. *pag.* 160. §. 33. E

Carpz. tit. 12. *art.* 3. *n.* 46. *vid. tamen Carpz. p.* 3. *q.* 116. *n.* 81. *Menoch. de arb. jud. quæst. lib.* 2. *cent.* 3. *caſ.* 274. *n.* 5. *Brunnemann. de proceſſ. c.* 23. *n.* 36. Teſtibus tamen, aut aliter probaturus innocentiam, auditur. *Ord. Cam. p.* 2. *tit.* 10. **Würde ſich aber ꝛc.** verſ. **es wäre dann ꝛc.** *Rauchbahr. L.* 2. *q.* 3. *num.* 11. *Carpz. p.* 3. *q.* 116. *n.* 64. *& p.* 1. *conſt.* 22. *def.* 16. *Tabor. d. racemat. p.* 160. §. 34.

* Præſtito hoc, abſolvitur, qui juravit, definitivè; *c. ex tuarum.* 8. *x. de purgat. canonic. C. Mennam. can. quanto.* 2. *q.* 4. *Tab. racem.* 4. *p.* 159. *th.* 31. etiam quoad expenſas; *Carpz. p.* 1. *c.* 22. *def.* 17. *& tit.* 12. *art.* 3. *n.* 49. niſi ſua culpa ſuſpicioni cauſam dederit. *Vallenſ. de jur. Can. tit. de purg. can. n.* 6. Expenſæ autem ipſi non etiam adjudicantur. *Tabor. racem.* 4. *p.* 160. §. 32. Reus ita abſolutus reſtituitur in priſtinum ſtatum & officium; *c.* 8. 10. *x. de purg. can. Vallenſ. de jur. Can. tit. de purg. can. n.* 6. *v. effectus.* Contraria tamen probatio non excluditur. *arg.* 31. *de jurejur. Carpz. p.* 1. *c.* 22. *def.* 20. *& tit.* 12. *art.* 3. *n.* 75. g.

D * *DIRECTO* controverſiarum deciſionem reſpicit Juramentum *LITIS DECISORIUM*, quo quis directo litis decidendæ cauſâ intentionem ſuam veram eſſe aſſeverat: Quod defertur vel à * *PARTIBUS*, 1. *h.* idque vel * *EXTRA JUDICIUM*, *Bach. V.* 1. *D.* 21. *th.* 6. *lit. c.* hoc dicitur f. H I

D *VOLUNTARIUM rubr. h.* ſeu conventionale, quia per modum conventionis à parte parti defertur. 17. *pr.* 2. 8. §. *f.* 26. §. *f.* Defertur & ſuſcipitur libera voluntate: *arg. dd. LL. Fr. h. n.* 110. unde deferens non jurat de calumnia. *Schneidevv.* (*Diſſentit Bocer. cl.* 2. *D.* 18. *th.* 53. *Mæſtertius, ad L.* 31. *h. Quæſt. quomodo & quando jusjurand. deferatur? Fr. h. n.* 99.) Delatum
E & ſuſceptum omnino præſtandum, *arg.* 17. *pr. h. junct.* 5. *C. de O. & A. Fr. h. n.* 93. *Carpz. p.* 1. *c.* 14. *def.* 3. *&* 15. & quidem ſtatim, 5. §. *f. L.* 6. *h. v. Fr. h. num.* 90. in forma, qua delatum: 3. §. *f. & LL. ſeqq. h.* Neque referri poteſt: 17. *Fr. h. n.* 110. Poteſt tamen remitti; 8. 11. *C. h.* 5. §. *f. & L. ſeq. L.* 9. §. 1. 41. *Fr. h. n.* 98. non etiam revocari; *Carpz. p.* 1. *c.* 12. *def.* 4. *Bach. V.* 1. *D.* 21. *th.* 8. *lit. C.* niſi novæ probationes ſupervenerint. *arg.* 11. *C. h. Carpz. d. l.*

S Deferunt hoc juramentum, qui de re controverſa tranſigere poſſunt, *arg.* 26. §. *f. h.* dominus, tutor, curator, 17. §. 2. 35. *pr. h. vid. L.* 9. §. 4. *h. junct.* 47. *de minorib.*

Carpz.

Carpz. lib. 11. *art.* 1. *n.* 91. Procurator omnium bonorum,& in rem ſuam, 17. *§.f.* vel cum ſpeciali mandato. 17. *§.f.* 34. §. 1. *NON* etiam furioſi, pupilli, minores, &c. ſine tutoribus & curatoribus. 17. §. 1. 35. §. 1. *h.* 4. *C.* Defertur omnibus cujuscunque ætatis, ſexus, & conditionis, etiam res ſuas non adminiſtrantibus. 26. *pr.* 23. *& ſeq. h.* Regulariter in omnibus cauſis civilibus, *arg.* 3. §. 1. 34. *pr.* matrimonialibus affirmativè. *arg. dd. LL. Carpz. lib.* 3. *def.* 44. *n.* 9. *& tit.* 11. *art.* 1. *n.* 67. non negativè; *arg. c. f. x. de transact. Carpz. L.* 3. *d.* 44. *n.* 10. *& tit.* 11. *art.* 1. *n.* 72. *Brunnem. de proceſſ. civ. c.* 23. *n.* 5. P O

De cauſis criminalibus *vid. infr. in ſeq. juram. p.* 183.

K Inde deſcendit actio vel exceptio in factum ex jurejurando, 9. §. 1. 28. *§. f.* 8. *C. h.* §. 11. *I. de act.* * *ACTIO,* D ſimilis rei judicatæ, 8. *C.* quæ eſt prætoria, §. 11. *I. de act.* perſonalis, qua is, qui, adverſario extra judicium poſtulante, juravit ſibi dari vel tradi oportere, agit adverſus deferentem, ut conditioni delationis ſatisfiat. §. 11. *I. de act.* Dicitur in factum: 11. §. 1. 29. *vid. Vinn. ad §. f. I. de L. Aquil. n.* 2. *& ad* §. 11. *I. de act. n.* 1. Deſcendit ex juramenti voluntarii C præſtatione, delatione & remiſſione, 5. *§. f.* 9. §. 1. *v. L.* 6. *h.* quæ conventionem continent, auctoritate prætoris confirmatam: 26. *§. f.* Unde in hâc actione tantùm quæritur, an juratum ſit: 5. §. 2. *L.* 9. §. 1. §. 11. *I. de act. C. J. A. h. th.* 31. *n.* 1. eaque ſemper eſt perſonalis, *d.* §. 11. licet de reali actione prior controverſia fuerit: 11. §. 1. Nam hæc actio nova eſt, ſpecie & realiter à priore diſtincta: 9. §. 1. 28. *§. f.* 30. *in f. pr.* priorem tamen non tollit; ſed actor poteſt pro arbitrio vel hanc vel illam inſtituere. 30. *pr. Vinn. ad* §. 11. *I. de act. n.* 1. *&* 2. *Bach. de act. D.* 8. *th.* 4. *ferè in fin. vid. Fr. h. n.* 155. Datur illi, qui S ſecundùm conditionem delatam juravit, (aut cui juraturo hoc juramentum remiſſum eſt, 5. *§. f. L.* 9. §. 1. *h.* 8. *C. v.* 6. *h.*) 11. §. 1. 28. *§. f. h.* §. 11. *I. de act.* & ſucceſſoribus. *arg.* 7. 8, *v.* 13. §. 3. *Fr. h. n.* 161. Adverſus deferentem & ſucceſſores; 9. *§. f.* 10. P non etiam contra tertium poſſeſſ. 9. §. *f.* 10. Ad omne id, O quod venit in priorem actionem: *Fr. h. n.* 162. niſi prior inficiando creſcat, tum enim hæc tantum in ſimplum datur. *propter* 30. *pr.*

k. * *EXCEPTIO* P jurisjurandi datur reo, §. 4. *I. de except.* ſimilis exceptioni S pacti, 25. *h.* contra deferentem & ſucceſſores, 7. etiam ſingulares. 8. *h.* Si de juramento præſtito vel remiſſo conſtet, E actionem Prætor ſtatim negat: 9. *pr.* Civilis vero obliga-

tio & prior actio ipsô jure non extinguitur. §. 4. *l. de except.* *v.* 95. §. 4. *de solut.* Interdum reo etiam datur actio in factum ex jurejur. contra deferentem. 11. §. 1.

Juramentum litis decisorium à parte parti in * *JUDICIO* defertur vel in jure, (quod ratione actionis & exceptionis in factum inde competentis ad voluntarium refertur, 26. §. *f. h.* 8. *C. de R. C. Bachov. V.* 1. *Disp.* 21. *thes.* 6. *lit. c. vid. Fr. h.*
D *num.* 75.) vel in judicio, quod in specie vocatur *JUDICIALE*, quod scilicet à parte parti in judicio, judice comprobante, directo litis decidendæ causâ, defertur. 12. *pr. & 1. C. de R. C. Carpz. tit.* 11. *art.* 1. *num.* 71. *vid. Carpz. tit.* 11. *art.* 2. *n.* 2. *Bocer. cl.* 6. *D* 18. *th.* 56. *lit. a.*

C Defert actor & reus: modo hoc fiat citra calumniam, & Judex interloquendo confirmet eam delationem, 12. *pr.* §. 1. *C. h. Carpzov. d. l. art.* 1. *num.* 133. *& art.* 2. *n.* 2. etiamsi deferens nihil probaverit, 35. *pr. h. f. C. de fideicommiss.* 25. §. *p. de probat. L.* 12. *pr. C. h.* 11. §. 1. *rerum amot. arg.* 34. §. 6. 38. *h. propter.* 5. §. 2. (*obst.* 4. *C. de edend.*) *Vinn. l.* 1. *q.* 42. *Fr. h. num.* 103. *Carpz. p.* 1. *c.* 12. *d.* 2. *& lib.* 1. *Resp.* 77. *Berlich. p.* 1. *concl.* 29. *n.* 8. vel actor probaturus defecerit; *Fr. h. n.* 108. *arg.* 11. 12 *pr C. Bach. V.* 1. *D.* 21. *th.* 9. *lit. c. vs. Imò etiamsi. &c.* neque enim dd. LL. distinguunt, ergo: *L.* 8. *de publ. in rem. vid. tamen Carpz. tit.* 1. *arg.* 1. *n.* 26. modò
R juret deferens de calumnia, adversario petente, 34. §. 4. 37. *h.* 9. *C. h. f. C. de fideicommiss. Carpz. p.* 1. *c.* 12. *d.* 23. *vid.* 37. *h. Carpz. d. l. d.* 28. & habeat potestatem de re controversa transigendi. *vid. supra de juram. & supr. de transact. S.* Etiamsi sit infamis aut perjurus: *vid.* 8. *de condit. instit.* nam relationis impedimentum non statim impedit delationem: 11. §. *f. rerum amot. Bach. V.* 1. *D.* 21. *th.* 9. *lit. a. verb. Non etiam & c. Fr. h. n.* 118. *post Umm. Duaren. Brunnem. de process. c.* 23. *num.* 4. *NON* etiam mente captus, prodigus, minor, &c. *vid. supr. de juram. S.* Defertur omnibus, qui aliquem rei controversæ intellectum habent, cujuscunque sint sexûs, ætatis & conditionis: 20. 26. *h. Carpz. tit.* 11. *arg.* 7. *n.* 10. non etiam, qui intentionem suam plenè probavit: *c.* 2. *x. de probat.* igitur neque in casu *L.* 14. §. 3. *C. de non num. pec.*

O De omnibus causis & actionibus, personal. & realibus, rei persecut. & pœnal. petitor. & possess. ordinariis & extraordinariis, 3. §. 1. *l.* 34. *pr. Carpz. tit.* 11. *art.* 1. *n.* 3. 18. popularibus, 30. §. 3. causis famosis, *arg.* 3. §. 1. 28. §. 4. 9. §. 2. *Carpz.*

*Carpz. d.l.n.*35. injuriarum, 5.§.8.11.§. 1. *de injur.Carpz.L.*3. *Resp.*44. *& tit.* 11. *art.* 1.*n.* 41. Depositi ob dolum depositarii, 10. *C.h.Carpz.d.l.n.* 60. & in quacunque judicii parte super quocunque articulo. 12.*pr.C.h.Carpz.tit.*11.*art.*1.*n.* 30. 97. *& p.* 1.*c.* 12.*d.* 1. *NON* etiam in criminalibus; (Nam reus facile pejerabit, *Carpz.d.l.n.*53.*Bach.V.*1.*D.*21.*th.*1.*lit. a. verb. non v. in criminal. &c.* Actoris autem Juramentum ad pœnam corporalem non sufficit; *arg. l. f. C. de probat. Berlich. l.* 2.*D.*297.*n.*4. *Bocer.cl.*6.*D.*18. *th.* 51.*lit. B. de Castro, ad L. Admonendi. h. n.* 10. *Brunnem. d.l.n.* 5.) Nisi tantùm de pecuniaria pœna agatur. *Brunnem.d.l.n.* 5. Reum quoque super exceptionibus in causa criminali accusatori interdum juramentum deferre posse, vult *Carpz. Lib.* 3. R. 45. *Berlich. l.*2. *d.* 297. (in causis matrimonialibus idem est, quod in Juramento voluntario. *Bocer.cl.*6.*D.* 18. *th.* 52.) Super facto alieno, ex. gr. heredi super facto defuncti; 11.§.2. *rerum amot. arg.* 4.*de in lit.jur. Carpz. part.*1.*const.* 12.*def.*40.41. *& c.* 24. *def.*1. potest tamen de hisce deferri Juramentum credulitatis, *Carpz. d.l. Berl.p.* 1.*c.* 32.*n.*19. 20.

Modus deferendi duplex est, (1.) illud, de quo controversia, conscientiæ alicujus committendo, scil. in Juramento veritatis: (2.) illud committendo conscientiæ & simul credulitati, scil. in Juramento credulitatis. *Carpz.tit.*11. *art.*1.*n.* 53.*& p.* 1.*c.* 12.*d.*40.41. Q

Delatum non potest recusari, *c.f.x. de jurejur.* nisi. (1.) Deferens recuset jurare de calumnia. 37. *h. vid.supr. R.* (2.) Delatum sit & revocatum iterum deferatur. 11.*C.* (3.) Deferens non habeat potestatem deferendi. 35. §. 1. (4.) Sub formula delata, salva pietate, jurari non possit. 5. §. 3. (5.) Præstitum nihil operetur. *Carpz.tit.* 11.*art.*1.*n.* 22. (6.) Ille, cui delatum, alio modo intentionem suam probare velit. *arg. c.* 2.*x. de probat.* 30. *pr. Fr.h.n.* 119. *vid.Carpz.p.*1.*c.* 14.*d.* 14.*& tit.* 11. *arg.* 5.*n.* 1. (7.) Factum alienum ignotum alicujus conscientiæ sit commissum. *vid.* 34.*pr. h.* 11.§ 2. *rerum amot. Fr.h.n.*121. Si recusetur sine causa, habetur recusans pro confesso, adeoque si reus, condemnatur, si actor, absolvitur reus. 34.§.6.*& f.* 38.*h.*9.*C.h.Carpz.l.*6.*Resp.*120.*n.* 1. Si hic appelletur, in secunda instantia nihil agitur, quàm, an justa causa fuerit recusationis, nec ne? 12. §. 2. *C.* Sed vel * referendum est, 34.§.6.7.*L.*38. *Carpz.tit.* 11.*art.*4.*n.* 3. (quô in casu referens non jurat de calumnia. 34.§.7.*Carpz.tit.* 11. R

L

art. 4. *n.* 26. ille autem, cui refertur, etiam tutor, *Carpz. d. L. n.* 30. *Fab. in C. lib.* 4. *tit.* 1. *def.* 20. *n.* 3. hoc omninò præstare tenetur, 34. §. 7. *h.* 12. §. 1. *C. de R. Cr.* & in Saxonia etiam de calumnia jurare: *Carpz. p.* 1. *c.* 14. *def.* 5. neque potest referre, *arg. L.* 34. §. 7. *h. L.* 12. §. 1. *C. h.* neque innocentiam aliter probare: *arg.* 12. §. 1. *C.* 34. §. 7. *h. Berl. p.* 1. *concl.* 33. *n.* 11. *Carpz. p.* 1. *c.* 14. *def.* 4. *& d. art.* 5. *n.* 13. nam recusans habetur pro confesso, neque appellat; 12. §. 1. *C.* Referri tamen non potest, quod respicit proprium factum ejus, cui defertur, 34. §. 8. *h.* 11. §. 1. *& f. L.* 12. *&* 13. *rer. amot. Carpz. p.* 1. *c.* 14. *d.* 10. *vid. c. f. x. h. junct.* 6. §. 7. *de his, qui not. infam.* aut factum tertii, cujus notitiam deferens minorem habet, quam adversarius, *arg.* 34. §. 8. *h. Fr. h. n.* 112. aut si quis affirmanti matrimonium hoc deferat. *vid. sup. O.* vel * suscipiendum, quo susceptô, *vid.* 1. *Carpz. p.* 1. *c.* 12. *d.* 6. *& tit.* 11. *art.* 3. *n.* 1. deferens illud revocare non potest; *arg.* 5. *C. de O. & A. Struv. Ex.* 17. *th.* 39. *Carpz. p.* 1. *c.* 12. *d.* 3. nisi novæ probationes supervenerint: 11. *C. h. Carpz. p.* 1. *c.* 12. *d.* 4. *& tit.* 11. *art.* 1. *n.* 135. nec ille, qui suscepit, referre potest; *arg.* 5. *C. de O. & A. Fr. h. n.* 93. *Cz. p.* 1. *c.* 14. *d.* 3. sed præstare debet in continenti. 5. §. *f. Fr. h. n.* 90. *v. Carpz. p.* 1. *c.* 12. *d.* 7. In forma, quâ delatum, 3. §. *f. v. Carpz. tit.* 11. *art.* 3. *n.* 110. regulariter in loco Judicii coram Judice & adversario, 12. *in f. pr.* §. 4. *C.* (nisi jurent egregii, vel valetudinarii, tùm enim ad eos mittitur, & in ædibus jurant: 15. *v. Grœn. ad d. l.* 15. *h.* Idem est in senibus, *Berl. p.* 1. *dec.* 116. *per L.* 5. *de jur. immun.*) ipsemet, *arg.* 3. §. *f. h. l.* 12. §. 4. *C. propt.* 12. *pr. C. Bach. V.* 1. *D.* 21. *th.* 1. *lit. a. verb. Morib. verò receptum. & th.* 10. *lit. F.* qui si absit, evocatur, vel volente Judice jurat, ubi degit, coram actis publicis, præsente adversario vel ejus procuratore. 12. §. 4. *C. Bach. V.* 1. *D.* 21. *th.* 10. *lit. f. Berl. p.* 1. *dec.* 117. *n.* 8. *Boc. cl.* 6. *D.* 20. *th.* 49. Potest tamen, si adversarius consentiat, aut hisce primùm delatum sit, præstari per volentes (34. §. 3. *Boc. d. l. th.* 47.) procuratorem, 9. §. 6. *Boc. d. l. th.* 49. *Brunnem. de process. c.* 23. *n.* 21. *v. Carpz. p.* 1. *c.* 12. *def.* 39. *n.* 2. Syndicum, *Bach. V.* 1. *D.* 21. *th.* 10. *lit. G. vers. Quod si colleg. vid.* 97. *de condit. & demonstr.* 14. *ad municip. Gail.* 2. *de pac. publ. c.* 7. *n.* 17. 18. *Carpz. tit.* 11. *art.* 2. *n.* 51. Tutorem & Curatorem; *arg.* 4. *princ. de in lit. jur.* secus est, si ipsi pupillo delatum sit; *arg.* 3. §. *f. h. L.* 12. §. 4. *C. h. Cz. tit.* 11. *art.* 1. *n.* 15. *& p.* 1. *c.* 12. *d.* 47. qui si nolint, *vid.*

LL. alleg. nec pupilli velint, *vid.* 34. §. 2. differendum eſt juramentum in tempus pubertatis. *Carpz. tit.* 11. *art.* 2. *n.* 14. Si mortuus ſit, cui delatum fuit, hæres non poteſt præſtare, 12. *pr. C. Bachov. V.* 1. *Diſp.* 21. *theſ.* 10. *lit. G. in f. v. Carpz. d. l. num.* 11. neque ſuſceptum habetur pro præſtito, *arg.* 44. 55. *de condit. & demonſtrat. Bachov. V.* 1. *Diſp.* 21. *theſ.* 10. *lit. G. in f.* nec omnis moriens eſt Johannes Evangeliſta. *Polydor. Ripa, tr. de act. in mort. artic. c.* 50. *num.* 1. *Menoch. de præſumpt. lib.* 5. *præſumpt.* 5. (*Gail.* 2. *O.* 43. ¶. *Berlichius, p.* 1. *c.* 55. *num.* 14. *Carpz. l.* 6. *R.* 120. putant, tùm pro impleto haberi ejusmodi Juramentum) Præſtitum aut remiſſum hoc Juramentum eſt legitima probatio, 5. §. 2. 11. §. 3. *h.* quam ſequitur abſolutio vel condemnatio, 34. §. *f. Carpz. tit.* 11. *art.* 7. *num.* 20. neque ab illa appellatur, 12. §. 3. *C. arg.* 56. *de re judic. Carpz. p.* 1. *c.* 15. *def.* 7. neque propter nova Inſtrumenta de perjurio quæritur. 1. *C. h.* 31. *h. argum.* 19. *C. de transact. junct.* 2. *h. Carpz. p.* 1. *c.* 15. *def.* 1. 2. 3. Excepto caſu *L. f. C. h. quo reſpicit L.* 1. *inf. C. h. vid. Fr. h. n.* 169. *Bachov. V.* 1. *Diſput.* 21. *theſ.* 8. *lit. B. verſ. Nec perjurio.* Poſt ſententiam non datur actio ex jurejurando; ſed actio vel exceptio judicati. *Bach. d. l. th.* 9. *verb. An verò actio &c.*

h. Juramentum litis deciſorium, à * *JUDICE* delatum, dicitur *NECESSARIUM*, *vid. Vinn. l.* 1. *q.* 43. quod Judex alicui ad imperfectam ſuæ intentionis probationem confirmandam & ſupplendam defert, unde etiam *SUPPLETORIUM* vocatur. *Berlich. p.* 1. *c.* 53. *num.* 4.

Defert Judex 31. *h.* 3. *C.* partibus petentibus, *v. Gail.* 1. *O.* 108. *n.* 1. 2. & ex officio: 3. *C. h.* 31. *h. c. f. x. de jurej. Berl. d. l. n.* 41. *Cz. p.* 1. *c.* 23. *d.* 1. *Boc. cl.* 6. *D.* 18. *th.* 76. *Statut. Hamb. p.* 1. *tit.* 34. *art.* 16. ita, ut, præſentibus requiſitis, illud prætermittere non poſſit: 3. *C. Vinn. l.* 1. *q.* 43. *Carpz. d. l. d.* 2. aliàs enim ab ejus ſententia appellari poteſt. *Carpz. d. l. & tit.* 12. *art.* 2. *n.* 16. Ob inopiam probationis, 3. *C.* ſemiplenæ tantùm, *Vinn. l.* 1. *q.* 44. *Carpz. p.* 1. *c.* 23. *def.* 3. ¶¶¶. *Bach. V.* 1. *D.* 21. *th.* 10. *lit. A. verb. Sed quæ hic dicendæ.* v. g. unum teſtem omni exceptione majorem, *Vinn. d. l.* libros mercatorum. *vid. Cz. p.* 1. *c.* 17. *d.* 35. *&c.* de quibus Judex cognoſcit. *Carpz. tit.* 12. *art.* 2. *n.* 26. *Bach. d. l.* NON etiam defertur, ſi probatum fuerit plenè, *arg.* 3. *C. arg. c.* 2. *x. de probat.* 9. *C. de O. & A.* aut minùs quàm ſemiplenè, *Carpz. p.* 1. *c.* 13. *def.* 3. aut factæ probationes, per contrarias alterius, eliſæ, & utrinque æquales ſint: *arg. c.* 3. C

M 5 §. *f.*

§. f. x. de probat. L. 188. *de R. J. c. cum sunt.* 9. *de reg. jur. in* 6. Prævià cognitione, 3. *C.* etiam post causæ conclusionem, *Bocer. cl.* 6. *D.* 18. *th.* 77. *Gail.* 1. *O.* 108. *n.* 4. 5. *Carpz. p.* 1. *c.* 23. *d.* 9. vel per interlocutoriam, *Merckelbach. ad Klock. consf.* 50. *Carpz. tit.* 12. *art.* 2. *n.* 44. & 72. vel in ipsa definitiva. *Cz. tit.* 12. *art.* 2. *n.* 14. 15. 43. 53. 93. & *p.* 1. *c.* 23. *def.* 7. *Brunnemann. de processf. c.* 23. *n.* 32.

S Actori & reo, uter semiplenè probavit: *Bach. d. l. lit. c. in f. Carpz. d. l. n.* 36. & *p.* 1. *c.* 23. *d.* 6. modò sit fide dignus, & veritatem sciat; *Berl. p.* 1. *c.* 53. *n.* 17. nam de veritate jurare debet. *Berl. d. l.* ¶¶. *Pruckmann. V.* 1. *c.* 10. *n.* 93. & 118. & *V.* 2. *c.* 18. *n.* 10. *Brunn. de processf. c.* 23. *n.* 25. (*dissent. Carpz. p.* 1. *c.* 23. *d.* 8.) *NON* etiam usurariis, perjuris, falsariis. *Carpz. tit.* 12. *art.* 2. *num.* 60. Digniores hic præferuntur indignioribus, *arg. c.* 10. *sub f. x. de V. S. L.* 3. *pr.* §. 1. *de test. Carpz. p.* 1. *c.* 23. *d.* 7. *Berl. p.* 1. *concl.* 53. *n.* 19.

O In causis civilibus dubiis, 3. *C.* licet ex delicto vel crimine agatur. 3. §. 1. *ff. h. Bach. V.* 1. *D.* 21. *th.* 10. *lit. a. verb. non.* Excipiuntur tamen arduæ & magnæ; *Gail.* 1. *O.* 108. (nisi plus quàm semiplenè probatum sit. *Gail. d. l. Brunnem. de processf. c.* 23. *n.* 28.) e. g. matrimoniales; *Vinn. l.* 1. *q.* 44. *in f. Gail. l.* 2. *O.* 94. *n.* 4. *Carpz. p.* 1. *c.* 23. *d.* 10. & *Tit.* 12. *art.* 2. *n.* 61. *Berl. p.* 1. *c.* 54. *n.* 14. nisi negans consentiat, aut pro affirmante, præter semiplenam probationem, concurrat alia insignis conjectura. *Berl. d. l. n.* 16. *Carpz. d. art.* 2. *n.* 67. & *lib.* 3. *def.* 46. *NON* etiam criminalibus; *arg. L. f. C. de probat. Vinn. l.* 1. *q.* 44. *in fin. Bach. V.* 1. *D.* 21. *th.* 10. *lit. a. verb. non verò in crimin. ferè in f. Carpz. d. c. d.* 11. & *d. art.* 2. *n.* 73. *Gail.* 2. *O.* 94. *n.* 3. *Berl. d. l. n.* 5. *Matth. de crimin. lib.* 48. *ff. tit.* 15. *c.* 7. *n.* 1. nisi agatur tantùm ad pœnam pecuniariam. *Berl. d. num.* 8. 12. *Carpz. d. c. d.* 11. *vid. omninò Berlich. d. l. ubi plures exceptiones.*

E Delatum est omninò præstandum: nec offerendo alias probationes recusari potest; *Carpz. tit.* 12. *art.* 2. *n.* 94. nec referri. *c. f. x. h. Bach. d. l. lit. D. Carpz. tit.* 12. *art.* 2. *n.* 86. *Vinn.* 1. *q.* 43. Si verò adsit recusationis causa, potest à delatione appellari. 12. §. 2. *C. Boc. cl.* 6. *D.* 18. *th.* 79. qui sine justa causa recusat, causa cadit: nec judex remittere potest. *Vinn.* 1. *q.* 43. nisi ex justissima causa, e. g. Si posteà suspicio accedat, futurum, ut pejeret ille, cui delatum. *Vinn.* 1. *q.* 43. *p.* 197. *Brunnem. de processf. c.* 23. *n.* 27. Præstitum sequitur sententia

pro

pro jurante 31. *h.* quæ tamen eliditur appellatione intra decendium: *arg.* 12. §. 3. *C. h. L.* 1. *de appell. Bach. V.* 1. *D.* 21. *th.* 10. *lit. E. verb. an autem à sententia &c. Carpz. p.* 1. *c.* 15. *d.* 8. *Boc. cl.* 6. *D.* 18. *th.* 81. ¶. Vel etiam retractatur, & causa ex integro agitur propter instrumenta noviter reperta; 31. *pr. Boc. d. l. Carpz. p.* 1. *c.* 15. *d.* 5. etiam sine restitutione in integrum. *Tr. V.* 1. *D.* 21. *thes.* 10. *lit. E. ibi Bach. Carpz. d. l. & tit.* 12. *art.* 2. *n.* 104. (*dissent. Boc. cl.* 6. *D.* 18. *th.* 82. ubi *th.* 83. subjicit, hoc juramentum pro præstito haberi, si moriatur, cui delatum erat.)

2. **MIXTUM* dicitur, quod partim promissorium, partim assertorium est, quale est Juramentum *CALUMNIÆ* generale, D *Fr. h. n.* 56. *Vultej. lib.* 3. *c.* 2. *n.* 33. quod est Juramentum à litigantibus super causa sincerè & B. F. suscepta & prosequenda præstandum. *Umm. D.* 12. *ad processf. th.* 7. Introduxit hoc C (*v.* 1. 2. *pr. & §. p. C. de jur. propter Calumn. dando.*) Justinianus, *N.* 49. *c. f. vid. Fr. h. n.* 56. *Vultej. d. l. n.* 36. adeoque abrogari rursus potest, *arg.* 32. *de LL. Gail.* 1. *O.* 85. *num.* 4. *Græv. l.* 1. *concl.* 85. *n.* 1. *Vult. d. l. n.* 34. propter frequentiam perjurii, *arg.* 2. *in f. C. de indict. vid. toll. c.* 3. *x. de cohab. cleric.* quod circa hoc Juramentum frequens: *Gail.* 1. *O.* 85. *n.* 4. *Parthen. litig. lib.* 1. *c.* 15. *n.* 34. *& l.* 2. *c.* 6. *n.* 19. *Carpz. p.* 1. *c.* 12. *d.* 21. *n.* 1. *Fr. h. n.* 62. quod factum in Saxonia: *Carpz. d. l. & tit.* 12. *art.* 1. *n.* 7. *Fr. h. n.* 67. *Bach. V.* 1. *D.* 21. *th.* 3. *lit. c. in f.* in Camera verò & ubique est in usu. *R. I. de anno* 1654. §. Uber dieses verordnen wir/ 2c. 43. Jure civili etiam non petitum omnino præstandum est: 2. *pr. C. de jur. propter cal.* Jure Canonico autem tacitè omitti potest, *c.* 1. §. 1. *de Jur. Cal. in* 6. non etiam expressè. *arg.* 2. §. 4. *C. de jur. propter cal. dand.* 38. *de pact. junct. c.* 1. *de juram. cal. in* 6. *Vult. l.* 3. *c.* 2. *num.* 36. *Bocer. cl.* 6. *D.* 18. *th.* 12. *lit. B.* Defertur à Judice ex officio, vel ad partis petitionem, *R. I. de anno* 1654. §. Uber dieses verordnen wir/ 2c. *in pr. Vult. l.* 3. *c.* 2. *n.* 40. 41. vivâ voce factam: (nam in scriptis facta negligi potest.) *Recess. Deputat. de anno* 1600. §. Es ist auch. 129. *Gail.* 1. *O.* 84. *num.* 7. *Græv.* 1. *concl.* 84. *Besold. ad Jus W. D.* 1. *th.* 64.

Actori & reo, 2. *pr.* §. 4. 6. 7. *Aut. principal. pr. C. de jurejur. propter cal.* cujuscunque sexus & dignitatis: 2. §. 1. *C. d. t. Ord. Cam. p.* 1. *tit.* 25. *Vultej. de judic. l.* 3 *c.* 2. *num.* 49. *vid. Græv.* 1. *concl.* 88. *consider.* 1. *circa fin. & concl.* 90. *num.* 1.

Cleri-

Clericis. *c. 5. & f. x. h. Umm. D. 12. th. 8. n. 34. Brunnem. c. 15. n. 12.* Universitatibus, *2. §. 5. C. d. t.* Tutorib. Curat. & aliis legitimis Administratoribus, *2. §. 2. Aut. principales. §. 6. C. d. t. c. 2. §. 1. eodem. in 6. Ord. Cam. part. 1. tit. 65. ibi:* In eure eigene Seelen. licet ex officio constitutis, *Bach. V. 1. D. 21. th. 4. lit. d. vers. procur. fisc. & c. vid. tamen Gail. 1. O. 88. n. 9.* aut nomine fisci agentibus; *Bach. d. l. Grav. l. 1. concl. 90. n. 3. 5.* qui tamen hodie non jurant. *Gail. 1. O. 90. n. 4. Myns. c. 1. O. 74. Vult. l. 3. c. 2. n. 61. Klock. tom. 3. cons. 191. n. 41. vid. tamen Grav. l. 1. concl. 90. n. 6.* Advocatus J. Civ. in singulis causis; ¶¶. *propt. 2. §. 4. in f. C. d. t. §. 1. de pœn. tem. litig. 14. §. 1. C. de judic. Vult. l. 3. c. 2. n. 53.* hoc desuetudine abolitum, *Vultej. d. c. 2. n. 58. Mev. ad J. L. l. 5. tit. 2. art. 6. n. 10.* in Camera renovatum est. *R. I. de anno 1654. §.* Uber dieses. De advocatorum ordinariorum juramento uno ad singulas causas. *v. Ord. Cam. part. 1. tit. 62. & 64. Umm. de process. Disp. 12. n. 36. in fine.* Ab hoc Juramento immunes sunt Electorum, Principum & Statuum Consiliarii, *R. I. de anno 1654. §.* Uber dieses ordnen wir. Feudi Dominus & Vasallus, *c. un. §. 1. lib. 2. F. tit. 33. Berlich. p. 1. concl. 31. num. 12. Grav. 2. concl. 156. Boc. cl. 6. D. 18. th. 36. Umm. D. 12. th. 8. n. 35.* Parentes & Patroni. ¶¶¶. *Umm. D. 12. th. 8. num. 35. Brunnem. c. 15. n. 13. (dissent. Bach. V. 1. D. 21. th. 4. lit. c. vers. Hoc jusjur. & c. per L. 2. §. 4. C. d. t. Nov. 49. ult. ibi; adversus omnem person.)*

Regulariter in omnibus causis, *2. pr. C. d. t. Nov. 49. c. f.* feudalibus, *arg. c. un. l. 2. feud. tit. 1. Vult. l. 2. de Feud. c. 3. num. 8. Umm. D. 12. th. 8. n. 37.* matrimonialibus, *Berl. p. 1. c. 31. n. 7.* spiritualibus, *c. 1. §. f. de Jur. Cal. in 6. quo corrigitur. c. 2. x. eodem. Bach. V. 1. D. 21. th. 4. lit. B. Brunnem. c. 15. num. 14. Vult. l. 3. cap. 2. num. 73.* criminalibus: *2. pr. C. d. t. c. 1. vers. præterea x. de jur. cal. cap. 2. §. f. eodem. in 6. Const. Frider. Imperat. de incend. §. si quis. lib. 5. Feudal. tit. 10. Berlich. p. 1. concl. 31. num. 27. Clar. §. f. quæst. 18. num. 3. Damhoud. prax. crimin. c. 128. num. 3. 4. Bocer. cl. 4. D. 18. th. 13. lit. f. Umm. D. 12. thes. 10. num. 44. Harppr. ad pr. I. de public. judic. num. 13. Wurms. tit. 14. O. 4. Klock. tom. 3. cons. 191. num. 41. Vult. l. 3. c. 2. n. 87.* ¶. à reo tamen capitis non exigitur: *Brunnem. c. 15. n. 15.* sive agatur ordinario, sive summario processu. *Clem. sæpè. §. citationem. de V. S. Berl. p. 1. c. 31. n. 8. Brunnem. d. c. 15. n. 14.* Coram judice ordinario, delegato, sive compromissario. *2. §. 4. C. d. t.* In prima & secunda

cunda instantia. *c. 2. pr. de juram. cal. in 6. Ord. Cam. p. 3. tit. 32. §. p. Berlich. p. 1. c. 31. n. 26. Vult. 3. c. 2. n. 89.* In Judicio revisorio. *Recess. Deput. de anno* 1600. §. **Und obwohl.** *Umm. D. 12. th. 10. n. 42. Græv. L. 1. concl. 84. n. 7.*

Ratio formalis est, ut supr. in D. in specie verò jurat quis, (1.) se credere, se justam causam fovere. *§. 1. I. de pœn. tem. lit. L. 2. pr. C. de jur. propter cal. dand. Ord. Cam. p. 1. tit. 65. R. I. de anno* 1654. §. **Uber dieses verordnen.** (2.) Se interrogatum nolle veritatem diffiteri. *Ord. Cam. p. 1. tit. 65. R. I. d. §. 1.* (3.) Se nihil corrumpendi gratiâ dedisse, vel daturum. *Aut. principales. pr. C. d. t. Ord. Cam. d. l.* (4.) Falsa probatione se non usurum. *Nov. 49. c. f. Bocer. cl. 6. D. 18. th. 10.* (5.) Se nullam non necessariam probationem exacturum, *Aut. in isto. C. d. tit.* nec alio modo se litem temerè protracturum; *2. pr. d. t. Ord. Cam. p. 1. tit. 65. R. I. de anno* 1654. §. **Uber dieses.** Illud juretur, quod lis sibi justa videtur; Et si quæretur, verum non inficietur, Nil promittetur, nec falsa probatio detur; Ut lis tardetur, dilatio nulla petetur. *Vult. l. 3. c. 2. n. 46.* E

Petitur ac præstatur statim, ab initio litis cum ejus contestatione, vel paulò post litem contestatam. *2. pr. §. f. C. d. t. Nov. 49. c. f. pr.* Nec actori deliberatio conceditur: *Ruland. de commiss. p. 4. l. 6. c. 10. m. 4. num. 16.* omissum verò semper petitur usque ad causæ conclusionem; *c. 1. pr. de jur. Cal. in 6. R. I. de anno 1654. d. §. Bocer. cl. 6. D. 18. th. 11. Vult. l. 3. c. 2. n. 70.* petitum vero, sed non præstitum Judex injungit etiam post, rescissa conclusione; *Gail. 1. O. 84. num. 6. ¶. Bocer. d. l. lit. B.* non etiam ante litem contestatam. *2. pr. C. d. t. Vult. d. l. num. 71. Umm. D. 12. th. 11. n. 47. Ruland. d. l. ¶. vid. tamen Brunnemann. de process. c. 15. n. 20.* In Judicio; *2. §. 3. §. 5. Aut. principal. §. 1. & 4. C. d. t.* nisi sint personæ egregiæ, & aliæ, quæ ad judicem venire impediuntur: nam hæ domi coram deputatis, adversario præsente, jurant, *2. §. 1. C. d. t.* Honestæ fœminæ J. Civili domi, etiam absente adversario, jurant. *2. §. 1. Aut. principal. §. 3. C. d. t.* Hodie non observ. *Vult. l. 3. c. 2. n. 48. Umm. D. 12. th. 11. num. 48. vid. Grœnevv. ad 15.* De absentib. *vid. Auth. princ. §. 4.* Q

Exactum omnino præstandum, & quidem J. Civili primùm ab actore, *2. pr. §. 4. in f. §. 6. C. d. t. Umm. D. 12. th. 8. n. 32. in f.* hodiè à primo deferente. *Vult. l. 3. c. 2. n. 68.* Jur. Civ. ipsomet, *2. §. 3. 4. C. h. Bach. V. 1. D. 21. th. 4. lit. d. vers. aliàs quoque. Græv. l. 1. concl. 83. n. 1. 2.* hodie etiam à procu- R

rato-

ratoribus cum speciali mandato, *c. f. de juram. calumn. in 6. Gail.* 1. *O.* 83. *Grav.* 1. *concl.* 83. *consid.* 1. jurantibus in propriam & principalis animam; *d. c. f. R. 1. d. l.* nisi Judex à Principalibus præstari singulariter velit. *c. 3. x. de jur. calumn.* Universitatis nomine, J. Civili, jurat major pars, 2. §. 5. *inf. C. d. t.* Jure Canonico Syndicus cum speciali mandato. *c. 4. x. d. t. vid. Berl. p.* 1. *concl.* 31. *n.* 23. Recusans actor causa cadit, expensas soluturus. 2. §. 6. *Aut. principal.* §. 5. *C. d. t. junct. L.* 79. *de jud. c. f.* §. 1. *x. eod.* Reus in civilibus condemnatur, 2. §. 7. *Aut. princip.* §. 5. *C. d. t. c: f.* §. 1. *x. eod.* sententia Judicis absolutoria vel condemnatoria; *dd. LL. Bach. V.* 1. *D.* 21. *th.* 4. *lit. G. verb. Sententia declarat.* (non tantùm declaratoria. *Gail.* 1. *O.* 86. *n.* 1. *Grav. l.* 1. *concl.* 86. ¶¶.) potest autem recusans ante hanc sententiam moram purgare: *Gail.* 1. *O.* 86. *n.* 2. *Grav. l.* 1. *concl.* 86. *n.* 4. nec, si contumax ante hanc sententiam moriatur, pœna hujus recusationis ad heredes transit. *arg.* 29. *pr. de jur. fisc. Gail.* 1. *O.* 86. *n.* 6. *Grav. l.* 1. *c.* 86. *consid.* 1. *n.* 3. *Bocer. cl.* 6. *D.* 18. *th.* 16. *lit. b.* De contumacia & recusatione Procuratoris, *vid. Gail.* 1. *O.* 89. *Grav.* 1. *concl.* 89. *Bocer. cl.* 6. *D.* 18. *thes.* 15. *lit. B. Umm. D.* 12. *th.* 9. *num.* 39. De Advocati, *Mevius ad J. Lub. l.* 5. *t.* 2. *art.* 6. *n.* 11. Si exactum neglectum fuerit, sententia fit ipso jure nulla: *Gail.* 1. *O.* 84. *n.* 1. *Grav.* 1. *c.* 84. *consf.* 1. nam nec partes, nec Judex illud sine nullitate omittere possunt, *Umm. D.* 12. *th.* 9. *n.* 40. hacque ratione est substantiale judicii. *Gail.* 1. *O.* 84. *num.* 1. In Camera hæc nullitas in inferioribus judiciis admissa non attenditur. *arg. Ord. Cam. p.* 3. *tit.* 34. §. 1. *Gailius*, 1. *Obs.* 84. *num.* 3. *Umm. Disp.* 12. *th.* 9. *num.* 40. Præstitum in eadem causa & instantia non repetitur: *Nov.* 49. *c. f.* Liberat à suspicione calumniæ: *Seraphin. de Seraphin. pr.* 12. *per tot.* non etiam ab ipsa calumnia, neque à præstatione sumptuum propter temeritatem. 79. *de jud. Benek. in addit. ad Seraphin. d. l. pr.* 13. *n.* 1. *Asin. in prax.* §. 32. *c.* 1 *ampl.* 73. ¶¶.

XII. 3. DE IN LITEM JURANDO.

H D JUramentum *IN LITEM* varia significat: *vid. Johan. Bapt. Plot. tr. de in lit. jur.* §. 52. *n.* 1. 2. Hic est juramentum, quo, Judice deferente, ab actore lis sive res in judicium deducta, æstimatur, 1. *& t. t. h. Borcholt. tr. de in lit. jur. c.* 1. † *n.* 3. 4. *Umm. Disp.* 20. *th.* 1. *n.* 2. Habet duas species: 2. §. 1. *L.* 5. *pr.* §. *f. L.* 6. *Borcholt. d. tr. c.* 2. *n.* 2. *Brunnem. c.* 23. *n.* 40. ¶. Qua-

A Quarum * I. in Jure κατ' ἐξοχὴν Juramentum in litem dicitur, 2. §. 1. 4. §. f. 5. §. 3. L. 8. in f. h. 68. de R. V. Bocer. cl. 6. D. 18. th. 58. à DD. verò ORDINARIUM appellatur, Mejer. in ἐνδόξοις Justin. decad. 4. c. 3. n. 1. seu AFFECTIONIS, Bach. V. 1. D. 21. th. 11. lit. B. quo actor ad dolum rei coërcendum, pro suo arbitrio & affectione, etiam ultra verum rei pretium & interesse, litem æstimat. 1. 2. §. 1. l. 8. h. 68. de R. V. D

Introductum J. Civ. Umm. D. 20. th. 1. n. 1. æquitatis causa. 8. h. 70. de R. V. 9. rerum amot. 25. §. 1. sol. matrim. Umm. D. 20. th. 5. num. 22. Bach. de act. D. 7. th. 10. p. 60. vers. porrò. Defert solus Judex, 4. §. 1. sine taxatione, vel cum illa: 4. §. 2. 5. §. 1. Gail. de pignor. c. 18. num. 1. Umm. D. 20. th. 6. n. 24. Brunnem. c. 23. n. 44. vid. Carpz. tit. 12. art. 4. n. 21. (potest etiam non deferre, 4. §. 2. 5. §. 1. Bach. V. 1. D. 21. th. 11. lit. c. Borch. d. tr. c. 3. n. 2. si aliunde de rei æstimatione constat. arg. dd. LL. vid. tamen Borcholt. d. tr. c. 3. num. 3. Mejer. d. l. Umm. D. 20. th. 2. n. 4.) Ob dolum rei, 5. §. 3. h. 68. de R. V. Borch. d. tr. c. 5. n. 1. præteritum. 2. §. 1. si scil. dolô possidere desiit, 68. de R. V. 25. §. 10. de her. petit. vel præsentem, sive contumaciam, qua rem restituere nolit: 36. in f. de pecul. 1. 2. §. 1. 8. Borch. d. tr. c. 5. n. 2. latam culpam; 2. C. arg. 32. depos. 226. de V. S. 1. §. 1. si mens. fals. mod. 1. §. 2. si is, qui test. lib. esse juss. Borch. d. tr. c. 5. n. 6. Bocer. cl. 6. D. 18. th. 88. lit. a. Umm. D. 20. th. 3. n. 12. Carpz. p. 1. c. 23. def. 18. n. 5. vid. tamen Barbos. in C. ad. L. 2. C. h. n. 5. 6. non etiam levem. 4. §. f. 5. §. 3. h. Borch. d. tr. c. 5. n. 9. vid. Gail. 2. O. 64. n. 8. C

Actori, qui litis sive actionis est Dominus: 7. licet rei Dominus non sit: arg. 16. §. 3. de pign. 18. pr. de dol. 5. §. 1. si quid in fraud. patron. 3. §. 2. 5. §. 2. ad exhib. 10. h. Mej. d. tr. decad. 7. c. 1. Bach. de act. D. 7. th. 16. p. 74. Umm. D. 20. n. 22. etiam minori, 4. in f. pr. h. volenti tutori & curatori, 4. in f. pr. Borcholt. tr. de in litem jur. c. 3. num. 12. Umm. D. 20. th. 2. n. 9. matri tutrici: Borch. d. c. 3. n. 21. Umm. D. 20. th. 2. n. 7. [obst. 4. pr.] Heredi, arg. 7. h. Berlich. p. 1. concl. 55. n. 10. Bocer. cl. 6. D. 18. th. 91. Plot. tr. de in litem jurand. §. 29. n. 1. Seraph. de Seraph. de priv. juram. priv. 31. num. 95. & ibi Beneck. n. 63. vid. Bach. V. 1. D. 21. th. 12. lit. e. verb. juram. à def. NON etiam procuratori, (vid. 22. 23. C. de procur. Ziegler. in Comm. concl. prælud. num. 3. & 30.) quia non suô nomine litem agit: S

arg.

*arg.*7.*h. Umm. D.*20. *th.*2.*num.*6. *Borch. d. c.*3.*n.*6. (Hodie tamen per procuratorem cum ſpeciali mandato in litem juratur, *Gail. de pign. c.* 18. *num.* 1. ¶¶. *v. Ord. Cam. p.* 1. *tit.* 66. *Buſ. ad L.* 7. *in f. h.* ¶.) neque pupillo. 4. *pr. h. arg.* 26. *de jurejur. Borcholt. d. c.* 3. *n.* 9. Cui hoc Juramentum delatum eſt, illud pro arbitrio præſtare, 4. *pr. in f. h.* 2. *C.* vel omiſſo juramento, petere poteſt adverſarium condemnari, quanti res eſt. 71. *de R. V. Borch. d. tr. c.* 3. *num.* 27.

P Adverſus quoscunque doloſos, etiam Principem, *Benekend. d. l. n.* 66. 71. *Barboſ. ad L. f. C. h. n.* 4. 5. 7. matrem & fratrem. NON etiam contra non doloſos, *Benek. d. l. num.* 23. inde nec contra heredem ob dolum defuncti; *p. f. C. h. arg.* 2. §. 1. *L.* 8. *h. junct.* 22. *C. de pœn. L. un. C. ex delict. defunct.* 15. §. 3. *ad SCt. Turpill. Plot. d. tr.* §. 48. *n.* 20. *Borch. d. tract. c.* 5. *n.* 13. niſi lis cum defuncto ſit conteſtata, *p. C. h. arg. L. un. C. ex delict. defunct. f. in f. de fidejuſſ. & nomin. tut. Hahnius ad W. h. n.* 4. *Perez. in C. h. num.* 3. *Plot. d. tr.* §. 48. *n.* 21. *Borch. d. tr. c.* 5. *num.* 13. *Barboſ. in C. ad L.* 4. *h. num.* 4. *Mynſ. decad.* 3. *Reſp.* 21. *n.* 89. (*diſſ. Umm. D.* 20. *th.* 3. *n.* 13. *Bach. ad W. h. n.* 4.) aut ex proprio dolo adverſus ipſum agatur. 4. *C. ibi Barboſ. n.* 6. *Plot. d. tr.* §. 48. *num.* 21.

O De omni re, corporali & incorporali, 7. *ſi ſerv. vind.* mobili & immobili, *arg.* 68. *de R. V.* 16. §. 3. *de pign. Plot. de in lit. jur.* §. 4. *n.* 84. *C. J. A. h. th.* 7. *n.* 2. *vid. Bocer. cl.* 6. *D.* 18. *th.* 95. affectionem recipiente, neque certam æſtimationem habente, 3. *h. Umm. D.* 20. *th.* 5. *n.* 21. quæ eſt deducta in judicium * bonæ fidei, 5. *pr.* * *DIRECTUM* 5. *pr. depoſ.* B
e. g. Commodati, 3. §. 2. *commod.* Depoſiti, 1. §. 26. *depoſ.* C
Locati, 48. §. 1. *locat.* Tutelæ, 8. *h.* 7. *de admin. tut. & t. t. C. h.* Repetendæ dotis, 25. §. 1. *ſol. matr.* Hereditatis petitionis, 20. §. *f.* 25. §. 10. *de hered. pet.* Negotiorum geſtorum, *arg.* 2. 3. *C. h. C. J. A. h. th.* 6. *n.* 1. Pignoratitiæ, *C. J. A. h. th.* 6. *n.* 1. Empti, *arg.* 8. 12. *C. de act. empt.* 13. §. 18. *ff. eod.* 14. §. *f. de ſerv. corr.* 38. *pr. de ædil. edict.* 38. §. 8. *de uſur.* 82. §. 1. *de V. O.* §. 1. *I. de interd. Borcholt. d. tr. c.* 4. *n.* 70. ¶¶. *Bitſch. Tabor. C. J. A. h. th.* 6. *in f. n.* 1. *Plot. d. tr.* §. 4. *n.* 58. (*Diſſ. Duaren. Donell. Hillig. Borch. d. tr. c.* 4. *n.* 70. *Bach. V.* 1. *D.* 21. *th.* 12. *lit. a. Fr. h. n.* 14.) *Græv. h. circ. fin.* ſecus ſi in * *CONTRARIUM*, ubi non de fide rupta; ſed de indemnitate agitur. 5. *pr.* C.
depoſ. 6. §. *f. de his, qui not. infam. Buſ. ad L.* 5. *pr. h. Umm. d. D.* 20. *th.* 4. *num.* 17. *vid. Plot. de in lit. jur.* §. 20. *num.* 1.

*A bi-

b. * Arbitrarium, ſive ſit * *REALE*, e. gr. rei Vindicatio,
D 46. 68. 71. *de R. V.* 60. §. 1. *ad L. Falc.* Publiciana, *arg.* 7. §. 8. *de publ.* 16. §. 3. *de pign. Borch. d. tr. c.* 4. *n.* 25. Confeſſoria & negatoria, 7. *ſi ſerv. vind. Borch. d. c.* 4. *n.* 14. Hypothecaria, 16. §. 3. *de pign. Bach. de act. D.* 7. *th.* 16. *Mejer.*
d. *in* ἐνδοξ. *decad.* 7. *c.* 1. aut alia in rem actio. 5. *pr. h.* 16. §. 3. *de pignor. Vinn. ad* §. 31. *n.* 7. 8. *I. de act.* ſive * *PERSONALE*, e.g. actio doli & metûs cauſâ, 18. *pr. de dol. Bach. d. l. th.* 10. 15. *Mejer. d. deciſ.* 7. *c.* 1. *& dec.* 2. *c.* 5. *Umm. D.* 20. *th.* 4. *n.* 18. ad exhibendum, 3. §. 2. 5. §. 2. *ad exhib.* 10. *h.* etiamſi alius, quàm rei dominus, exhibitionem petat, *arg. dd. LL. Umm. D.* 20. *th.* 4. *n.* 16. *Bach. d. l. th.* 14. Rerum amotarum, 8. §. 1. *rerum amot.* Condictio furtiva, 9. *ibi gloſſ. & Zaſ. n.* 3. *C. J. A. h. th.* 6. *num.* 2. Actio Faviana, 5. §. 1. *ſi quid in fraud. patron.* Interdictum quòd vi aut clam, 15. §. 9. *quod vi aut clam.* de Tabulis exhibendis, *arg.* 2. §. 1. *h. L.* 68. *de R. V. junct.* 3. §. 14. *de tab. exhib.* & aliud remedium, quo arbitratu Judicis aliquid reſtituitur: 68. *inf. de R. V.* *NON* etiam juratur, quando eſt deducta in judicium ſtricti juris, 5. *pr. junct.* §. *f. & L.* 6. *h. Borcholt. tr. de in lit. jur. c.* 4. *n.* 76. *&* 77. *Umm. D.* 20. *th.* 4. *num.* 20. Hæc differentia inter actiones bonæ fidei & ſtricti juris, directas & contrarias, hic hodie non eſt ſublata. (*diſſent. Carpz. p.* 1. *c.* 23. *def.* 19. *& tit.* 12. *art.* 4. *num.* 7. *ubi adducit. Rauchb. l.* 1. *q.* 9. *num.* 32. *& Plot. de in lit. jur.* §. 20. 39. *qui de J. Civ. diſputant.*) Actor jurare poteſt in infinitum, 68. *de R. V.* 4. §. 2. *h.* ultra verum rei pretium: 1. 2. §. 1. *L.* 8. nec reſcinditur, quod duplum excedat: *Umm. D.* 20. *th.* 6. *num.* 26. *in f. Duaren. ad. L.* 5. *num.* 27. *h. Bocer. cl.* 6. *D.* 18. *th.* 69. *lit. a.* judex tamen terminum figere poteſt, quem non licet excedere. 4. §. 2. 5. §. 1. *h.* 18. *pr. de dol. Bachov. de act. D.* 7. *th.* 13. *Carpz. p.* 1. *c.* 23. *def.* 10. *& tit.* 12. *art.* 4. *num.* 17. *Brunnem. c.* 23. *num.* 44.

Præſtito hoc juramentô judex reum condemnat in quantitatem juratam. 1. 2. §. 1. *L.* 8. *h.* 18. *pr. de dol.* 41. §. 1. *de re judic.* quô transfertur ſtatim dominium, ſi res actoris eſt propria, & reus illam poſſidet, propter præſumptam venditionem; 9. *rerum amotarum.* 25. §. 1. *ſol. matr.* 46. 47. *de R. V. Borcholt. d. tr. c. f. n.* 5. *vid. L.* 69. 70. *de R. V.* neque reſcinditur prætextu perjurii, niſi ſubſit magna cauſa. 4. §. 3. *L.* 5. §. 2. *h. vid. Boc. cl.* 6. *D.* 18. *th.* 98. *C. J. A. th.* 10. *n.* 1. 2. *Umm. D.* 20. *th.* 6. *n.* 28. E

N Simile

SS Simile huic juramento est Zenonianum, *Fab. in tr. de error. pragm. decad.* 18. *Error.* 8. 9. *de quo in l.* 9. *C. unde vi. & c. f. x. de his, quæ vi met. cauſ. Bach. V.* 1. *D.* 21. *th.* 12. *lit. g. verb. de jur. Sax. Brunnem. c.* 23. *n.* 45. Minorationis, *de quo Rauchb.* 1. *quæſt.* 9. *& Carpz. tit.* 12. *art.* 4. & Taxationis expenſarum. *de quo Ord. Cam. p.* 1. *tit.* 66.

D *II. Juramentum in Litem *EXTRAORDINARIUM* ſeu *VERITATIS. Mejer. in* ἐνδόξοις *Juſtin. decad.* 4. *c.* 3. *n.* 1. *Bach. V.* 1. *D.* 21. *th.* 11. *lit. B. Carpz. tit.* 12. *art.* 4. *n.* 1. *C. J. A. h. th.* 3. eſt, quo Lis, quanti revera eſt, vel quanti actoris vere intereſt, ſecundum communem valorem æſtimatur. 2. §. 1. *Umm. D.* 20. *th.* 7. *n.* 30. *th.* 8. *n.* 36. *Borch. d. tr. c.* 2. *n.* 5. 7. a,,

C Defertur à judice, 4. §. 1. etiam propter levem rei culpam & moram, 2. §. 1. *L.* 5. §. *f.* modo neceſſitas hoc urgeat, & judex rem aliter æſtimare non poſſit. 4. §. *f.* 5. §. *f. l. f.* Unde à quibus-

P dam vocatur Juramentum in litem neceſſitatis. Datur etiam contra hæredes ex dolo & culpâ defuncti, modò actio in heredes competat, *Hahn. ad W. h. n.* 4. etiam in ſtricti juris & b. f. judiciis contrariis. 5. §. *f. Umm. D.* 20. *th.* 7. *n.* 23. *Borch.*

E *d. tr. c.* 4. *n.* 79. 80. Quo præſtito reus condemnatur, quanti actor juravit, nec facilè quæritur de perjurio. *L. f. h. Bach. de Act. D.* 7. *th.* 13. *p.* 68. *& th.* 16. *p.* 72. *vid. Umm. D.* 20. *th.* 10. *num.* 46.

* III. Tertiam ſpeciem, quam ſingularis intereſſe vel affectionis extra rem vocant, *Plot. tr. de in litem jurand.* §. 52. *n.* 3. non agnoſcimus. *vid. Borcholt. d. c.* 2. *num.* 15. 23. 24. *Umm. d. D.* 20. *th.* 1. *n.* 3. a.

DE CONDICTIONE CAUSA DATA CAUSA NON SECUTA.

XII. 4.

D Condictio cauſâ data cauſa non ſecuta, ſive ob cauſam datorum, eſt actio perſonalis, qua id, quod ob rem, ſive cauſam futuram honeſtam, in alium translatum eſt, cauſâ illa

N non ſecuta, repetitur. Hæc actio eſt civilis, ſtricti juris, & perpetua.

C Oritur ex obligatione, ex quaſi contractu; *arg. pr. & §.* 3. *Inſt. de oblig. quæ quaſi ex contract. Bach. ad Tr. Vol.* 1. *D.* 22. *th.* 1. *lit. a. & lit. f. verb. ex contractu innominato. Franck. h. in Comm. π. h. t. n.* 7. nam tacitè hoc conveniſſe, ex æquitate præſumitur; 3. §. 7. *h.* 65. §. 4. *de cond. indebit. vid.* 13. §.

f. in

f. in fin. commod. Bachov. d. l. & in tr. de Act. Disp. 2. th. 19: *& seq. Vinn. l.* 1. *select. quæst. c.* 46. Licet hoc ipsum expressè inter partes actum fuerit. *arg.* 3. *de leg.* 1. *l.* 3. *C. de fidejuss. Bachov. ad Tr. vol.* 1. *Disp.* 22. *th.* 4. *lit. b. Hahn. ad Wesemb. h. t. num.* 2.

Requiritur igitur I. * Rei translatio naturalis, 1. *pr. &* §. 1. *l.* 3. *pr. h. f. h. C. J. A. h. t. th.* 4. *num.* 1. *Franzk. in comment. Pandect. de præscript. verb. num.* 14. *& seqq.* vel civilis, scilicet per promissionem, 4. *C. h. vid.* 24. *in fin. de acquir. vel omitt. hered. ibi : Nam & stipulando capit.* vel per acceptilationem : 4. *l.* 10. *h. vid.* 115. *pr. de R. I. Clud. tr. de cond. causa dat. caus. non secut. c.* 1. *n.* 10. 12. *& seqq.* Nudum factum huic actioni locum non facit. *Vinn. lib.* 1. *sel. quæst. cap.* 46. *Franzkius, in Comm.* π. *de Præscript. verb. num.* 47.

* II. Ob causam futuram finalem : 52. *de condict. indeb.* quæ in conventionibus *RES*, *l.* 52. *ff. de cond. indeb.* in ultimis verò voluntatibus *MODUS*, 17. §. 4. *de condit. & demonstr.* 1. *C. de his, quæ sub mod. junct.* 1. *C. de donat. quæ sub. mod. vid. Valent. Riemer. tr.* 1. *de contr. c.* 7. §. 34. *n.* 8. & impropriè conditio & lex dicitur, 3. 5. 7. *C. h.* atque communiter per particulam *UT* effertur, *Riemer. d. l. vid. sup. tit. de pact. p.* 53. ut scil. vicissim aliquid detur, *f. h.* 5. §. 1. *de P. V.* vel fiat, 65. §. 4. *de cond. indeb.* 4. 5. *C. h. Boc. class.* 3. *D.* 20. *th.* 9. *C. J. A. h. th.* 4. *n.* 2. aut non fiat: 3. *pr. ff.* 3. *C. h.* Hæc causa est exprimenda. 7. *C. h.* 3. §. 7. *in fin. h.* 25. *C. de transact. Clud. tr. de condict. caus. dat. caus. non secut. c.* 2. *n.* 50. *& seqq.* Res in dotem data, matrimoniô non secutô, hâc actione repetitur, *l.* 6. *pr. ff. l.* 1. *C. h. t.* licet nulla matrimonii facta fuerit mentio. Eô ipsô enim, dum res dotis nomine datur, etiam causa futuri matrimonii expressa censetur. *arg.* 3. *l.* 21. *de jur. dot. Bocer. cl.* 3. *D.* 20. *th.* 10. *Vinn. Jurisprud. contr. lib.* 1. *c.* 28. Causa præterita ad hanc actionem non pertinet. 52. *de condict. indeb. arg. rubr. & t. t. h.* Hinc venditor rem venditam & emptori traditam hâc actione repetere haud potest, etiamsi emptor pretium solvere cesset, 8. *C. de contr. empt.* 14. *C. de resc. vend.* Venditor enim rem tradidit propter præteritam causam, quia scil. ex venditione ad hoc fuit obligatus. * III. Honestam. 1. *pr. h. l.* 1. §. 1. *de cond. ob turp. caus.* * Et IV. Quæ non sit secuta. *rubr. l.* 1. *pr. l.* 3. §. 2. *ff.* 6. 8. *C. h.* 52. *de condict. indeb. Bocer. cl.* 3. *D.* 20. *th.* 8. Hic tamen distinguendum est, an causa non sit secuta

* ob cessationem accipientis, qui promissum non implet; B
* qui non vult; Et datur condictio. 8. *C. h.* C
* quia non potest. Et hoc, quia causa c.
* ab initio fuit impossibilis D
* jure: & quidem E
* absolute; e. gr. adulterium committere, Et cessat repetitio. 8. *de cond. ob turp. caus. Bach. V.* 1. *Disp.* 22. *th.* 1. *verb. Quid si &c.* F
* Secundum quid, Et respectu certæ personæ, & datur condictio. 1. 5. *C. h. Bach. d. l.* f.
* Facto, & distinguend. An dans hoc e.
* Sciverit, & denegatur hæc actio, 8. *C.* quia donasse videtur; *Bach. d. l. Hahn. ad W. h. n.* 2. G
* Ignoraverit, & datur condictio. 3. §. 5. *Bachov. Hahn. dd. ll.* g.
* Posteà impossibilis facta, & quidem d.
* Vel culpa H
* dantis, & repetitio non habet locum, *arg.* 2. *h.* 15. *C. de donat. ant. nupt. Hahn. d. l.* I
* accipientis, & datur repetitio; 3. §. 3. 5. §. *fin. h.* 8. *p. f. C. h.* Etiamsi hanc culpam vel moram casus fuerit secutus, 3. §. 3. 5. §. *f. h.* i.
* Vel casu, & tunc h.
* Si causa consistit in dando, cessat condictio; 5. §. 1. *de P. V. L. p. C. h. Fr. h. num.* 11. *Hahn. d. l.* nisi res simpliciter data sit ob rem, sine conventione, *f. vid. Fr. tit. de P. V. num.* 4. *Bachov. V.* 1. *D.* 22. *th.* 2. *lit. d.* K
* Si causa consistit in faciendo, & casus contigit k.
* Tantùm circa accipientis personam, condictio quidem non videtur locum habere; 5. *pr.* illa tamen conceditur ex capite pœnitentiæ. 5. *pr. Fr. h. n.* 15. *Bachov. d. th.* 2. *lit. a. vid. L.* 15. §. 6. *Locat.* L
* Sin verò casus est absolutè talis, non datur condictio, causaque tùm habetur pro impleta; *p. C. h.* 3. §. 3. 4. *L.* 5. §. 2. *h. Carpzov. p.* 2. *c.* 35. *d.* 24. Nisi æquitas aliud suadeat. *vid.* 5. §. 3. & 4. *h. Bach. d. th.* 2. *lit. a. Fr. h. num.* 13. *Hahn. h. n.* 2. l.

* An

b. * An verò ob pœnitentiam dantis, & datur condictio 3. §. 2 3. *L.* 5. *pr.* & §§ *seqq. h.* nam qui ob rem dat, non se alteri; sed alterum sibi obligat, adeoque vel præscriptis verbis agit ad implementum contractûs, vel hâc condictione suum repetit: *vid.* 5. §. 1. *de P.V. Fr. h. n.* 17. Etiamsi accipiens promissum implere velit, vel præparatoria fecerit: 3. §. 2. 3. *L.* 5. *pr.* §. 1. 2. *h. Fr. h. n.* 18. *Clud. ad h. t. c.* 2. *num.* 161. modo repetens illum indemnem servet. 5. *pr.* & §§. *seqq.* aut res non sit data, ut à lite recedatur, 39. *C. de transact. Clud. ad h. t. c.* 1. *num.* 24. *Bachov. V.* 1. *D.* 22. *th.* 2. *lit. b. in f.* aut dans quoque ad causam implendam non sit obligatus. 8. *h. Hahnius h. num.* 2.

Datur hæc condictio illis, qui aliquid ob rem honestam dederunt, & illorum heredibus; 2. 3. *C. h.* ita tamen, ut heredes ex propria pœnitentia rem repetere non possint, sed in voluntate, in qua defunctus perseveravit, acquiescere debeant. *v.* 3. *de serv. export.* 32. §. 2. & *seqq. de donat. inter vir. & uxor.* 4. *locat. C. J. A. h. th.* 5. *num.* 1. *Bocer. cl.* 3. *D.* 20. *th.* 21. *Fr. h. num.* 20. S

Adversus illos, qui aliquid dictô modô acceperunt, & illorum heredes. 8. *C. h. Clud. d. tr. de cond. caus. dat. cap.* 4. *n.* 118. & *seqq.* Non contra successores singulares. 4. *C. de rer. perm. Clud. d. cap.* 4. *n.* 10. & *n.* 130. Si quis falso procuratori debitum solvit, eâ intentione, ut nummi procuratoris fiant, 43. §. 1. *in fin. de furt.* & dominus illud non ratum habet, datur hæc condictio contra procuratorem. 14. *h. Clud. d. c.* 4. *n.* 49. & *seqq. ubi ad contraria respondet.* P

Objectum hujus condictionis sunt res mobiles & immobiles; 1. §. 1. *l.* 7. §. 1. *h. Clud. d. tr. cap.* 5. *n.* 5. & 10. etiam incorporales, ut cautiones, 4. *C.* liberationes, 4. si obligatio remissa fuerit pura, res ipsa debita statim hâc condictione peti potest. 10. *Bach. V.* 1. *D.* 22. *th.* 1. *lit. f. verb. item in acceptilatione. vid. Clud. d. cap.* 5. *n.* 23. & *seqq.* Prætereà veniunt in hanc actionem accessiones & fructus, 7. §. 1. *l.* 12. *h. Clud. d. c.* 5. *n.* 36. & *seqq.* etiam ante litem contest. percepti; 38. §. 1. *de usur. vid. d. l.* 38. §. 7. & *l.* 31. *pr. de R. C. Clud. d. c.* 5. *n.* 50. & *seqq. Boc. cl.* 3. *D.* 20. *th.* 22. *lit. d.* sed NON usuræ. *arg.* 24. *de præscr. verb.* 3. *C. de usur.* 1. *C. de cond. indeb.* 4. *C. de cond. ob turp. caus. Clud. tr. de cond. caus. dat. c.* 5. *n.* 73. & *seqq.* O

Interdum cum hac actione concurrit utilis rei vindicatio, *in casu scil. l.* 1. *C. de donat. quæ sub mod.* SS

DE CONDICTIONE OB TURPEM, VEL INJUSTAM CAUSAM.

XII. 5.

HIc duæ proponuntur actiones, *Bocer. cl. 3. D. 20. th. 33. C. J. A. h. th. 1. n. 4.*

D *I. Condictio ob *TURPEM* causam, quæ est actio personalis, quâ repetitur id, quod ob rem, sive causam futuram, A
N ratione solius accipientis inhonestam, datum est. Hæc actio est civilis, stricti juris, perpetua, & non famosa. *arg. 36. de O. & A.*

C Oritur ex obligatione: ex quasi contractu. *Bocer. d. cl. 3. Disp. 20. th. 32. C. J. A. h. n. 3. Hahn. h. n. 3. in fin.* Requiritur

R * I. Ut aliquid naturaliter vel civiliter sit datum, 1. *ff.* 1. *C. h. vid. tit. præced. R.* 1. B

* II. Ob rem inhonestam. 1. *pr. h.* (quæ scil. naturaliter b,, vel civiliter est turpis. *vid. l. 42. de V.S. Franzk. h. num. 2. Hahn. h. num. 2. verb. Ob turpem.*)

* III. Ratione solius accipientis, 1. §. 2. *l.* 4. §. 2. *ff.* 4. 6. b. *C. h.* v. gr. ne furtum, ne injuriam faciat: 2. *pr. h.* aut ut depositum, commodatum, rem furtivam restituat. 2. §. 1. *l. f. h. l. pen. l. f. C. h.* Hæc si concurrunt, etiamsi dominium sit translatum; *arg.* §. 14. *I. de act. l. f. usufr. quemadm. cav. Bach. V. 1. D. 22. th. 3. lit. a. in fin.* attamen re contrahitur obligatio, & accipiens danti ad rem restituendam obligatur; idque sive causa sit secuta, sive non. 1. §. *f. ff. l.* 4. *C. h.* Si causa respectu utriusque, & dantis & accipientis, inhonesta sit, melior est conditio possidentis, & datum hâc condictione non repetitur. 3. 4. *pr. &* §. 1. *l.* 8. *ff.* 2. 5. *C. h.* e. g. si quis judici aliquid dederit, ut malè, 3. vel etiam in bona causa pro se judicet. 2. §. 1. *vers. Sed hic quoque h. arg.* 1. *& sq. Auth. Novo jure. ibi: Veniam meretur. C. de pœna jud. qui mal. jud. Bach. & Hahn. h. n. 3. Zœs. h. num. 3. C. J. A. h. th. 4.* Item, si in adulterio deprehensus, 4. *pr.* vel fur, ne proderetur, aliquid dederit, 4. §. 1. quamvis hisce in casibus, si justus metus intervenerit, actio quod metûs causa competat. 7. §. 1. *l.* 8. *quod met. caus. C. J. A. h. th. 4. Hahn. d. t. n. 4. Bus. ad d. l. 7. §. 1. vid. Monter. decis. Arrag.* 45. Quia vero iniquum videtur, ut accipiens prædicto in casu ex sua turpitudine lucrum sentiat, proindè fiscum datum repetere posse, multi statuunt. 32. §. *f. de donat. inter vir. & uxor. 9. in fin. de jur. fisc. 5. de calumniat. 1. C. de natural. liber. Oldend. de Action. class. 6. act. 7.*

act. 7. Hahn. ad Wesemb. h. num. 4. verb. in pari re. Ex causa utrinque turpi promissum exigi non potest; sed causâ turpi in cautione expressâ, ipso jure nulla est promissio; 26. 27. 123. *de V. O.* alia verò honesta, aut nulla planè causa addita, ipso jure quidem subsistit promissio, verùm, si de turpi causa apertè constat, statim actio denegatur, 5. *C.* aut si de illa ambigitur, exceptio doli opponitur, qua probata, reus absolvitur, 8. *h.* 1. *C. vid. Franzk. h. t. n.* 13. *Bach. V.* 1. *D.* 22. *th.* 3. *lit. a. verb. & in turpi.* Præterea non competit hæc condictio, si causa, propter quam aliquid datum, tantùm ratione dantis est inhonesta: v. gr. si quis meretrici mercedem dederit, 4. §. 3. *vid. Bach. V.* 1. *D.* 22. *th.* 3. *lit. d. verb. puta si quid meretrici. in f. Fr. h. n.* 8. *Mastert. de Justit. LL. Roman. l.* 2. *dub.* 15. quam promissam antiquo jure exigere poterat; *arg.* 4. §. 2. & 3. *vid. Bach. V.* 1. *D.* 22. *th.* 3. *lit. d. verb. si quid meretrici. & in tr. de Act. D.* 4. *th.* 18. *Fr. h. n.* 7. & 10. *Zœs. h. n.* 8. quæ ipsa tamen castitati temporum nostrorum haud conveniunt. *Fr. d. l.*

Datur hæc actio illis, qui aliquid dederunt, vel promiserunt, aut accepto tulerunt, ob causam ratione solius accipientis inhonestam, & illorum heredibus, *Oldend. class. 6. act.* 7. *C. J. A. h. t. th.* 5. Adversus accipientes & illorum heredes. *Oldend. d. l. C. J. A. d. th.* 5. *in fin.*

Ad id, quod turpiter acceptum, cum fructibus & accessionibus, *arg.* 38. §. 1. & *seqq. de usur. Bocer. cl.* 3. *Disp.* 20. *th.* 32. *lit. b.* sed sine usuris, 4. *C.* repetendum.

a. II. * Condictio ob *INJUSTAM* causam est actio personalis, qua id, quod quis ex injusta causa consecutus est, repetitur. 6. Unde hac actione repetitur, quod ex coacta stipulatione solutum est. 7. *vid. Strauch. exerc.* 6. *ad* 50. *decis. Just. cap.* 2. *num.* 24. & *c.* 1. *n.* 33. Item fructus à malæ fidei possessore consumpti. 3. *C. de condict. ex lege. Perez. d. t. num.* 6. *C. J. A. h. t. num.* 8.

DE CONDICTIONE INDEBITI. XII. 6.

Condictio indebiti in specie ita-dicta est actio personalis, qua quis repetit indebitum per errorem solutum. Hæc actio est stricti juris, *arg.* §. 28. *I. de action. Clud. de condict. indeb. cap.* 2. *n.* 89. & *seq. Bach. V.* 1. *D.* 22. *th.* 7. *lit. e. verb ante litem contestatam.* & perpetua. *Bach. d. D. th.* 10. *lit. g.*

† Dividitur in condictionem Certi, qua certum quid, & Incerti, qua incertum repetimus. 40. §. 1. *Clud. d. tr. cap.* 2. *n.* 56. *& seqq.*

C Causa efficiens proxima est obligatio, §. 1. *I. quib. mod. re contrah. oblig.* §. 6. *inf. I. de obl. quæ quasi ex contr.* ex quasi contractu; *d.* §. 6. *l.* 5. §. 3. *de O. & A. Clud. d. tr. c.* 1. *n.* 73. *& seqq. Bach. V.* 1. *D.* 22. *th.* 4. *lit. b. & de Action. disp.* 4. *th.* 15. *vid.* 25. *pr. de probat.* 13. §. *f. l.* 14. 66. *h.* 13. *in fin. ff. commodat. Bach. dd. ll.* quamvis hoc interdum verbis exprimatur. 2. *h.* 3. *C. de fidejuss. l.* 3. *de legat.* 1. *l.* 56. *pr. in fin. mandati. Bachov. ad Tr. V.* 1. *D.* 22. *th.* 4. *lit. h. C. I. A. h. t. th.* 2. Vocatur

D autem hic quasi contractus *INDEBITI SOLUTIO*: quæ est quasi contractus, quo is, qui indebitum per errorem solutum accepit, ad ejus restitutionem obligatur. §. 6. *I. de obligat. quæ quasi ex contract.*

R Requiritur * I. *DATIO*, §. 1. *I. quib. mod. re contr. oblig.* A
§. 6. *I. de oblig. quæ quasi ex contr.* Et quidem ad condictionem certi, translatio dominii: *arg.* §. 14. *I. de act. l. f. in fin. usufr. quemadm. cav. l.* 33. *ibi: quia nihil accipientis facit. l.* 53. *ibi: manent nummi domini, eosque non per condictionem. h.* Ad condictionem incerti sufficit possessionis translatio, 15. §. 1. *l.* 40. §. 1. promissio, 31. *ff.* 2. 3. 4. *C. h.* 6. *C. de jur. & fact. ignor. Clud. de cond. indeb. cap.* 1. *n.* 104. *& seqq. Non obstante l.* 2. *&* 4. *C. de cond. ex leg.* & acceptilatio. *arg.* 4. *&* 10. *ff. de cond. caus. dat. caus. non secut. junct.* 115. *de R. I.*

R * II. *TANQUAM DEBITUM*, sive ex causa præterita a,,
ta & necessaria; §. 1. *I. quib. mod. re contr. ibi qui solvendi animo. l* 1. *ff. de condict. ob turp. caus.* aliàs censetur voluisse donare. 52. 65. §. 2. *Bus. ad d. l.* 52. Quod ex obligatione naturali imperfecta (*vid. Grot. de jur. bell. & pac. lib.* 2. *cap.* 11. *n.* 3. *Sutholt. dissert.* 12. *aph.* 17. *& seqq.*) solvitur, tanquam indebitum, non repetitur. *arg. dd. ll.* Hinc ex obligatione ad ἀντίδωρα datum, licet nullum præcesserit beneficium, hac tamen actione non repetitur. *arg. dd. ll. Mæstert. in varr. trr. ad h. t. quæst. An repetat, qui ad remunerandum. Vid. Bachov. de Action. disput.* 4. *th.* 16. *in fin. & ad Tr. V.* 1. *D.* 22. *th.* 6. *lit. D. verb. an ei condictio.*

R * III. Requiritur, ut solutum sit indebitum: distingue ta- a,,
men: *ABSOLUTE* indebitum est, quod nullo jure, neque na- B
turali, neque civili, neque à solvente, neq; accipienti debetur, omnino repetitur. 41. *L.* 7. *h.* 9. *C. ad L. Falcid.* Tale est regu-

regulariter, quod pupillus ſine tutoris auctoritate promiſit: *l.* 41. *ff. h. t.* (*diſſent. Vinn. ad* §. 9. *I. de inutil. ſtip. num.* 4.) Legatum in imperfecto teſtamento relictum, 7. *C.* aut quod dodrantem excedit. *vid.* §. 7. *ibi: vel repetere ſolutum. I. de fideicomm. hered. l.* 9. *C. ad L. Falcid.* 21. 68. §. 1. *ad SCt. Trebell. arg. l.* 4. *ff. de uſur. vid. Strauch. ad* 50. *deciſ. Juſt. Exerc.* 6. *c.* 2. *n.* 12. Debitum ſub conditione, 213. *pr. de V. S.* 16. *pr.* 18. *h. Clud. de cond. indeb. c.* 2. *num.* 7. *& c.* 3. *num.* 105. *& ſeqq.* aut die incerto, an extiturus ſit, ſolutum ante ejus exiſtentiam: *arg.* 16. §. 1. 56. *h.* 75. *de condit. & demonſtr. Clud. de cond. indeb. cap.* 2. *num.* 9. 37. *& ſeqq. vid. ſup. de pact. lit. Xx.* Quod verò in diem, incertum tantùm quando, promiſſum, illud ante diem ſolutum non repeti, 10. 17. (*vid. tamen* 1. §. 2. *de cond. & dem.* 4. *pr. quando dies leg. ced.*) nec interuſurium, ob citiorem ſolutionem, exigi poteſt: *arg. l.* 1. *C. h.* 26. *pr. C. de uſur.* 49. §. 1. *de act. empt. Meſtert. in varr. trr. ad h. t. quæſt. An ut ſortis, ita etiam acceſſionum. Gerhard. Exerc. Juſt. decad.* 16. *q.* 5. *Zœſ. h. t. n.* 12. *poſt Bald. Ang. Salicet. Coſtal. ad d. l.* 10. *h. t. in fin. Diſſent. Bach. V.* 1. *D.* 22. *th.* 5. *lit. d. & e. Clud. de cond. indeb. cap.* 8. *num.* 19. *& ſeqq.* Indebitum

b. * *SECUNDUM QUID* eſt

C * vel ratione *JURIS*, quod ſcilicet certo tantùm jure non debetur, alio verò jure debetur; Indebitum

D * *NATURALE* tantùm dicitur, quod quidem ex ſtricta juris civilis ratione debetur; ſed vinculo naturalis æquitatis deſtituitur. Et hoc ſolutum repetitur: 47. *ibi: quoniam indebitam jure gentium pecuniam ſolvit. h. arg.* 26. §. 3. 66. *h. L.* 29. §. 5. *mandat.* Tale eſt ab initio, quod vi metuve, vel ſpe futuræ numerationis promiſſum: aut ex poſt facto, quod nudo pacto remiſſum: aut ſi juratum ſit, nihil deberi. 32. §. 1. *l.* 1. 43. *h.* 95. §. 4. *de ſolut. Bachov. V.* 1. *Diſp.* 22. *th.* 4. *lit. a. & V.* 2. *Diſp.* 28. *th.* 3. *lit. C. Vinn. lib.* 1. *quæſt. ſel. cap.* 47. *Clud. de cond. indeb. cap.* 2. *num.* 15. *& ſeqq. Strauch. ad* 50. *deciſ. Juſt. exerc.* 6. *cap.* 2. *num.* 19. *& ſeqq.* Idem dicendum, ſi naturalis quidem obligatio ſubſit, illam vero Jus civile ſimpliciter reprobaverit: v. g. ſi fœmina, quod intercedendo promiſit, ſolverit. 40. *pr. h.* 16. §. 1. *in f. ad SCt. Vellej.* 9. *C. eod. Bach. V.* 1. *D.* 22. *th.* 4. *lit. a. in fin.* NON etiam, quod ex judicis ſententia, licet iniqua, debetur. Hoc ſi quidem ex juris præſumptione & diſpoſitione pro mixto & naturali

 quo-

quoque debito habetur. *arg.* 25. *de stat. homin.* 65. §. 2. *ad SCt. Trebell.* 1. *C. h.* 29. §. 5. *vers. nisi ex condemnatione, mandati.* 36. *ff. fam. ercisc. Clud. de cond. indeb. cap.* 4. *n.* 104. *& seqq. num.* 122. *& seqq. Bocer. cl.* 2. *D.* 8. *th.* 15. Indebitum d.

D * CIVILE tantùm dicitur, quod quidem ex æquitate naturali; sed non plenè & efficaciter de jure civili debetur. Tale est, de jure civili, nudo pacto promissum; 5. §. 2. *de solut. vid. Clud. de cond. indeb. cap.* 2. *n.* 44. *& seqq.* quod ex errore facti solutum non repetitur; *Zœs. h. n.* 7. hic enim debitum & indebitum æstimatur ex naturali ratione & æquitate; 15. *pr.* 66. *Clud. de cond. indeb. cap.* 1. *n.* 112. 19. *pr.* 26. §. 12. 64. *h.* 10. *de O & A.* 16. §. 4. *de fidejuss.* 3. *C. de usur. Non obstante f ad SCt. Mac.* Hinc, qui pecuniam contra SCtum Macedonianum acceptam solvit: (quia jus civile hanc naturalem obligationem in totum non reprobavit, 10. *ad SCt. Maced.*) solutum non repetit. 9. §. 4. *&* 5. *d. t.* 40. *pr. h.* Item in eo, qui injusta Judicis sententia est absolutus, manet naturalis obligatio, jure civili non simpliciter reprobata. 60. *pr. Clud. de cond. ind. c.* 2. *n.* 49. *& c.* 4. *n.* 104. *Vinn. l.* 1. *sel. Qu. c.* 47. *Bach. V.* 1. *D.* 22. *th.* 4. *lit. h.* Regula in *l.* 26. §. 3. proposita (quod sc. illud, cui perpetua obstat exceptio, indebitum dicatur, & per errorem solutum repetatur:) tunc demum locum habet, si obligatio naturalis (plenam jure naturali potestatem exigendi tribuens) non subsit, vel illam jus civile reprobaverit. 60. *pr.* 40. *pr. h.* 9. §. 4. *&* 5. *junct. l. seq. ad SCt. Maced. Vinn. lib.* 1. *sel. quæst. cap.* 47. *Bach. V.* 1. *D.* 22. *th.* 4. *lit. h.* Inde fidejussor, omissa divisionis exceptione, totum solvens, partem confidejussoris à creditore non repetit. 49. §. 1. *de fidejuss. ibi Bartol. num.* 2. *& seqq.* Imperfecta vero & minus plena obligatio naturalis hunc effectum non producit; sed si donatarius doni oblitus, se mutuum accepisse, vel ex alia necessaria causa obligatum esse credat, & tantundem reddat atque solvat, non obstante obligatione ad ἀντίδωρα, solutum repetet. *Bach. tr. de Act. disp.* 4. *th.* 16. *vers. Et hinc decidenda. p.* 142. *& seq. Mastert. in varr. trr. ad h. t. quæst. An repetat, qui ad renumerandum. Sutholt. dissert.* 12. *aph.* 18. *Zœs. h. t. n.* 8. Indebitum secundum quid

* ratione HOMINIS est, quod quidem jure debetur, sed non à solvente, vel non accipienti, 65. §. *f.* Et hoc per errorem solutum repetitur; 65. §. *f.* 19. §. 1. *h. l.* 5. *C.* nisi non debitor, veri debitoris nomine, vero creditori solverit, *arg.* 23. *de solut.* 39. *de neg. gest.* & de hoc casu accipienda est. *l.* 44. c.

ff. h.

ff. h. t. Carpz. p. 2. c. 24. d. 10. Clud. de cond. indeb. c. 1. n. 37. & seqq. c. 4. num. 94. Bus. & Costal. ad d. l. 19. §. 1. h.

a. E * IV. Requiritur in * *SOLVENTE ERROR* sive ignorantia, ita, ut solvens causam debendi veram, & sese obligatum esse existimaverit, facti errore lapsus. *6. 7. C. h. 6. 10. C. de jur. & fact. ign. 9. C. ad L. Falcid. Clud. de cond. indeb. c. 1. n. 14. & seqq.* Qui *SCIENS* indebitum solvit, hac actione non repetit, *1. §. 1. 24. 26. §. 3, 62. h. 9. C. eod. 9. C. ad L. Falcid.* cum donaverit; *53. de R. I. Clud. de cond. indeb. c. 4. num. 63. & seqq. Cost. de fact. scient. & ignor. cent. 2. dist. 27. n. 9. & seqq.* etsi eâ mente datum sit, ut posteà repetatur. *50. h. arg. 7. C. de cond. ob caus. dat. Clud. d. tr. cap. 1. num. 6. & c. 4. n. 64. vid. tamen 18. de R. C. Fr. h. n. 23.* Cessat hæc regula: (1.) Si alia, quàm donationis præsumptio, capi potest. *Fr. d. l. n. 24.* e. gr. in debitore immoderatas usuras solvente; *post. Bald. Dec. & alios, Sand. decis. Frisic. lib. 3. t. 14. d. 7. Tiraq. tr. de retract. convent. §. 36. gl. 2. n. 152.* (2.) Si solvens donare non possit: ut est pupillus, &c. *Clud. de cond. indeb. cap. 5. n. 29. IN JURE ERRANS*, similis est scienti, *9. C. ad L. Falcid. 48. pr. de fidejuss. Cost. de fact. scient. & ignor. inspect. 65. n. 2. l. 9. §. 5. vers. Quod si ideò. de jur. & fact. ignor.* neque condicit: *10. 6. C. de jur. & fact. ignor. 6. ibi: Si per ignorantiam facti. C. h. 9. C. ad L. Falcid. arg. 2. C. si advers. solut. arg. 25. pr. ibi: Vel aliquam justam ignorantiæ causam. de prob. Clud. tr. de cond. indeb. c. 1. n. 27. & seqq. c. 3. n. 98. & seqq. Bocer. cl. 2. D. 8. th. 18. lit. b. Gerhard. Exerc. Justin. decad. 16. q. 6. Bus. ad l. 1. §. 1. h. Mæstert. in varr. trr. ad hunc tit. quæst. An is, qui errore juris indebitum solvit. Strauch. ad 50. decis. Just. ex. 6. c. 1. num. 27. & seqq. Zœs. h. num. 14. à Sand. ad l. 53. de R. I. Carpz. p. 2. c. 28. d. 20. vid. Franzk. ad §. 1. Inst. quib. mod. re contr. obl.* ¶. *EXCIPIUNTUR* (1.) Pupilli, *29.* Minores in integrum restituuntur. *2. C. si advers. solut. 25. pr. de minor. Clud. de cond. indeb. c. 1. n. 52. & seq. c. 5. n. 50. & seqq.* (2.) Fœminæ, SCto Vellejano se munitas ignorantes: *9. C. ad SCt. Vellej. junct. 9. de jur. & fact. ignor. Clud. d. tr. cap. 1. n. 56.* Idem est in militibus, rusticis, & aliis, quibus jus ignorare licet. *Bocer. d. D. 8. th. 9. Mæstert. d. quæst. in fin. Clud. d. c. 1. n. 55. & seqq. Sand. ad d. l. 53. de R. I. ferè in fin.* (3.) Si testator heredi necessitatem remisit cavendi de legatis præstandis, & hæres, ignorans testatorem posse hoc facere, cavit legatariis, *1. in pr. vers. Si verò hoc non potuisse, ut in poss. legat.* R

Paul.

Paul. Buſ. ad d. l. 1. §. 1. *h. num.* 3. *Mæſtert. d. l. Strauch. d. l. Sand. ad d. l.* 53. (4.) Excipiuntur caſus, quibus etiam ſcientes, indebitum ſolutum repetunt, *arg.* 9. *C. ad L. Falc. Sand. dec. Friſic. l.* 3. *tit.* 14. *def.* 7. *v. quod ſi debitori ſcienti.* (5.) Sententia veterum, *& Bachov. de action. D.* 4. *th.* 17. *Franzk. in comm. h. t. n.* 28. *& ſeqq. Vinn. in Comm. ad* §. 6. *num.* 3. *I. de oblig. quæ quaſi ex contract. & lib.* 1. *ſelect. quæſt. c.* 47. qui in jure errantibus hanc actionem concedunt omnibus in caſibus, ubi nulla ſubeſt naturalis obligatio Jure Civili agnita, contrariatur generalitati. *l.* 10. *C. de jur & fact. ignor.* à quo hi caſus non reperiuntur excepti, & tollit differentiam inter facti & juris errorem, contra tot textus. *vid. Carpz. part.* 2. *conſt.* 28. *def.* 20. *& part.* 3. *conſt.* 15. *d.* 42. ¶¶. In *FACTO PROPRIO* errans condicit. *l.* 22. *pr. l.* 32. §. 1. *ff. h. t. Carpz. p.* 2. *c.* 28. *def.* 21. *num.* 5. *Clud. de cond. indeb. c.* 10. *n.* 36. *& ſeqq. vid. Coſt. tr. de facti ſcient. & ignor. inſpect.* 48. *Barboſ. theſaur. locupl. lib.* 5. *cap.* 14. *ax.* 12. *DUBITANS* in jure interdum pro ſciente habetur; 6. §. 4. *de A. vel O. H.* quia tamen donare non videtur, 10. *C. de don.* hic pro ignorante & errante habetur. *f. C. h. vid.* 14. 15. *qui teſtam. facere poſſ. f.* §. 2. *C. de furt. Clud. de condict. indeb. c.* 5. *num.* 2. *& ſeqq. Strauch. ad* 50. *deciſ. Juſt. exerc.* 6. *c.* 5. *Barboſ. theſaur. locupl. lib.* 4. *c.* 52. *ax.* 2. *Coſt. tr. de fact. ſcient. & ignor. inſpect.* 82. *num.* 1. *& ſeqq.*

In * *ACCIPIENTE* nihil refert, ſive juris, ſive facti errore, ſe creditorem eſſe, exiſtimaverit. *arg.* §. 2. *verſ. Item ſi is. I. de uſucap. Vinn. ad* §. 6. *Inſt. de oblig. quæ quaſi ex contr. n.* 1. Si vero ſimulans alterum induxerit, 43. *pr. de furt.* atque pecuniam lucrandi animo acceperit, 38. §. 1. *de ſolut.* tunc ipſe furtum committit, *dd. ll.* 18. *de cond. furt. Tab. in Racem. crim. ad d. l.* 43. *pr. Vinn. d. l.* & ad ſolutum repetendum non datur hæc noſtra; *arg.* §. 14. *I. de Action. f. uſufruct. quemadm. cav.* ſed condictio furtiva. 18. *ff. de cond. furt. Clud. de condict. indeb. c.* 10. *n.* 32. *vid. tamen Bach. V.* 1. *D.* 22. *th.* 4. *lit. E.* e.

Concurrentibus his IV. requiſitis, rei ſolutæ dominium (ſi aliud non impediat) in accipientem transfertur; *Clud. de cond. indeb. c.* 1. *num.* 30. *& ſeqq. c.* 9. *num.* 5. *& ſeqq. Fr. in Comm. π. h. t. n.* 26. *Riemer. decad.* 9. *q. illuſt.* 7. *arg.* 29. accipiens tamen ex dicto quaſi contractu ad reſtitutionem obligatur. §. 6. *I. de obl. quæ quaſi ex contr.*

Ra-

Ratione probationis notandum, quòd primum requisitum, *SOLUTIONEM* scilicet, actor probare debeat; *l.* 25. *pr. ff. de probat. arg. l.* 7. §. *f. de curat. furios. Carpz. p.* 2. *c.* 28. *def.* 21. *num.* 3. Quoad probationem verò *DEBITI* vel indebiti distinguendum est: pr.

F * An res fuerit soluta, & tùm

G * Si reus ab initio se aliquid accepisse negaverit, actor verò contrarium probaverit, reus indistinctè, solutum debitum fuisse, ostendere compellitur. 25. *pr. de probat.*

g. * Si verò reus ab initio solutionem confessus fuerit, videndum:

H * An actor omne solutum indebitum dicat, & quidem

I * simpliciter, & tunc,

K * Si solvens fuerit homo diligens, actor indebitum probare debet; 25. *in f. pr. de probat.*

k. * Si verò solvens fuerit homo minùs diligens, mulier, pupillus, miles, rusticus, &c. tùm reo imponitur probatio, solutum fuisse debitum. 25. §. 1. *de probat.*

i. * Si actor non simpliciter solutum debitum fuisse negat; sed vel ante extinctum, aut se exceptione munitum fuisse dicat; tùm actor cujuscunq; sit conditionis, probare debet indebitum, 25. §. 2. *de probat. Clud. de cond. indeb. c.* 9. *n.* 39.

h. * An verò partem tantùm soluti indebitam prætendat, & tùm quoque actor sine distinctione probare debet, partem non fuisse debitam. 25. §. 2. *de probat.*

f. * An verò tantùm promissa, & tum, si cautio

L * indiscretè loquitur, illi, qui eam accepit, probatio incumbit, fuisse debitum, 25. §. *f. de probat. c.* 14. *x. de fid. instr. vid. Carpz. p.* 1. *c.* 17. *d.* 39.

l. * continet debiti causam, debitor, causam falsam esse, probare debet, & quidem literis. 25. §. *f. d. c.* 14. *L.* 13. *C. de non num. pecun.*

Qui probare debet, licet nihil probaverit, potest adversario juramentum judiciale deferre: ita, ut adversarius vel jurare, vel illud referre teneatur. *l.* 25. §. *p. de probat. Clud. de condict. indeb. c.* 9. *num.* 44. *& seqq.* ¶¶¶. Quartum requisitum *ERROR* scilicet regulariter etiam ab actore probandum dicitur, 6. *C. h.* 25. *pr. in fin. de probat. Bachov. Vol.* 1. *d.* 22. *th.* 6.

th. 6. in pr. Franzk. ad §. 1. *Instit. quib. mod. re contr. oblig. num.* 17. *& seqq. vid. tamen Clud. tr. de cond. indeb. cap.* 10. *num.* 33. *& seqq. Carpzov. p.* 2. *c.* 28. *d.* 21. *num.* 5. *Barbosa locupl. l.* 5. *c.* 16. *axiom.* 1. *lim.* 2.

S Competit illis, qui indebitum per errorem solverunt & illorum hæredibus. 12. *ff.* 1. *C.* Pupillo, sine tutore solventi, quoad consumptos nummos, 29. *Clud. de cond. indeb. cap.* 5. *num.* 22. *& seq.* (nam extantes etiam scienter indebitè solutos vindicat, *dd. LL.*) aut si tutor pupilli nomine indebitum solvit, *l.* 57. *pr. h. t.* licet de suo; 6. §. *f.* si verò tutor, tutelâ finitâ, quod indebitè solvit, pupillo non imputaverit, tunc ipsi tutori utilis datur indebiti condictio. *f.* §. 1. *Bus. ad d. l.* 57. *pr. h. Clud. d. tr. c.* 5. *num.* 72. *& seqq.* Procuratore domini nomine indebitum solvente, competit hæc condictio illius domino, qui in specie solutionem illam mandavit, aut posteà ratam habuit: *arg.* 6. *pr.* 47. *h.* 6. *C.* etiamsi procurator propriam solverit pecuniam. *l.* 6. §. *f. ff. h. t. vid. l.* 9. §. 8. *de R. C.* Cæterum, si dominus solutionem illam in specie non mandavit, aut ratam habuit, datur utilis condictio ipsi procuratori. 6. *pr. Clud. d. c.* 5. *num.* 94. *& seqq.* Si Fidejussor, Principalis nomine, solvit indebitum, competit condictio reo principali: Fidejussor habet actionem mandati contra reum principalem, pro quo solvit; 47. Si vero fidejussor suô nomine indebitum solvisset; ipse ab accipiente solutum condicere posset. *d. l.* 47. 38. §. *f. Clud. de cond. indeb. c.* 5. *num.* 94. *& seqq.* Interdum, quod quis suô nomine solverit indebitum, alius condicit: 5. Exempla sunt *in d. l.* 5. *l.* 2. §. 1. *& ll. seqq. l.* 61. *h.* 8. §. 16. *de inoff. test.* Si duo rei, qui unam summam debebant, aut reus & fidejussor, diverso tempore solverint, qui posterior solvit, habet repetitionem; 25. modo prior solutio liberationem pepererit. 59. *h. vid.* 34. §. *f. de solut.* Sin simul solverint, singuli partem repetunt. 19. §. *f. l.* 20. Si verò aliud, aut aliud debeatur à duobus Reis, & uterque solverit, creditor eliget, utri reddat. 21. *Clud. d. c.* 5. *n.* 129. *Strauch. ad* 50. *Decis. Just. Exerc.* 6. *c.* 5. *n.* 29. *& seq.*

P Datur autem adversus accipientes vel delegantes: 57. §. 1. *h.* 2. *C. eod.* 12. 13. *ff. de novat.* modò sese contrahendo obligare possint. Pupilli, &c. non conveniuntur, nisi in quantum locupletiores facti sunt. §. 1. *vers. Unde pupillus. I. quib. mod. re contr. oblig. junct.* 59. *de O. & A.* 13. §. *f. h. Clud. de condict. indeb. c.* 6. *num.* 11. 40. *&* 45.) Si procurator ex speciali

domini

domini mandato indebitum accipit, aut dominus illud postea ratum habet, competit condictio contra ipsum dominum: 57. §. 1. *junct.* 6. §. 1. idem est, si adjecto indebitum solvitur. 34. *pr. de solut.* Si verò dominus hoc in specie non mandavit; sed tantum jussit, ut debitum exigatur, nec postea illud ratum habet, datur condictio tantum contra ipsum procuratorem. 6. §. 1. 2. *l.* 57. §. 1. *Clud. d. c.* 6. *n.* 16. *& seqq.* Contra successores universales competit hæc actio; *arg.* 49. *de obl. & act. C. J. A. h. th.* 8. *in fin. Clud. d. c.* 6. *n.* 69. sed non adversus singulares. *arg. l.* 49. *h. l. fin.* §. 1. *de contr. empt. Clud. d. c.* 6. *n.* 3. *&* 72. *qui tamen n.* 6. *&* 73. *limit. addit.*

Petuntur res indebitè solutæ, corporales & incorporales: illæ certi, hæ verò incerti condictione; 12. *de novat. Clud. de condict. indeb. cap.* 7. *num.* 2. *& seqq. c.* 2. *num.* 59. *& seq.* ut possessio, 15. §. 1. 40. §. 1. *Clud. c.* 7. *num.* 6. *& seqq. cap.* 2. *num.* 60. *& seq. ubi Resp. ad. l.* 33. *l.* 51. *ff. h. t.* servitus, 12. 22. §. 1. *h. junct.* 75. §. 3. *de V. O.* liberatio. 31. *ff. l.* 3. *C. h.* 12. *ff. de novat. Clud. d. c.* 7. *num.* 15. *& seq.* Si quantitas indebitè soluta, tantundem in eodem genere; 7. 19. §. 2. *h.* 25. *in fin. de præscr. verb. v.* 65. §. 6. sine usuris. 1. *C. h. C. J. A. h. th.* 4. *in fin.* Si verò species soluta, illa ipsa repetitur, 7. cum omnibus fructibus & accessionibus, 15. *pr.* 26. §. 12. *vers. Ut puta fundum.* 65. §. 5. *h.* 38. §. 2. *de usur.* deductis impensis. 65. §. 5. Si res restitui non potest, b. f. possessor extra moram non tenetur, nisi in quantum locupletior factus est: 26. §. 12. *vers. Vel hominem.* 65. §. 8. Malæ fidei possessor, aut morosus ad verum pretium. 65. §. 8. *vid. Clud. d. c.* 7. *num.* 21. Si ex alternativa utrumque simul solvitur, solvens eligit, quod repetat. *p. C. h. vid.* 26. §. 13. *in fin. Strauch. ad* 50. *dec. Justin. Exerc.* 6. *cap.* 3. 4. *&* 5. Si una ex illis perierit, ille, qui solvit, alteram, quæ superest, jure non petit. 32. *in princ. Strauch. d. c.* 5. *n.* 2. Si diversis temporibus utrumque solutum sit, repetitur posterius, *arg.* 25. Cessat hæc condictio (1.) si aliquid transactionis causâ solutum fuerit: 65. §. 1. *ff. arg.* 2. *C. h. arg.* 6. *C. de jur. & fact. ignor. Clud. de condict. indeb. c.* 4. *n.* 84. nisi evidens calumnia detegatur, vel transactio imperfecta sit, 65. §. 1. *Clud. d. c.* 4. *n.* 85. *& seqq.* aut quis solverit tanquam ex præcedenti transactione, quæ tamen nunquam intervenerit. 23. *pr. Clud. d. c.* 4. *n.* 87. *in fin.* (2.) Si ex causa, in qua lis inficiando in duplum crescit, indebitum quis solverit. 4. *C. h.* §. *fin. I. de obl. quæ quasi ex contract. Clud. d. c.* 4. *n.* 68. *& seqq.*

vid.

vid. Grœnevv. de legib. abrog. ad d. §. fin. num. 1. *&* 2. *& ad l.* 4. *C. h.* ubi, hanc exceptionem hodie non observari, scribit: (3.) Ubi pietatis causa subest. 32. §. 2. *ibi Bus.* NON etiam cessat ob promissionem solventis, quod soluti nomine nihil movere vellet, *f.* §. 3. neque ob renunciationem expressam. 19. *de inoffic. test.* Hæc enim renunciatio venit ex eodem errore, quo facta est solutio. *Bocer. class.* 2. *disp.* 8. *th. fin. Duaren. h. t. c. ult. vers. quæritur etiam.* ¶.

DE CONDICTIONE SINE CAUSA.

XII. 7.

D Condictio sine causa est actio personalis, qua quis repetit rem ad se pertinentem, & apud alium sine causa existentem.

† Dividitur in condictionem Certi, qua res certa, *vid. Clud. tr. de condict. prooem. num.* 41. *c.* 1. *& seqq.* & condictionem Incerti, qua res incerta petitur. 3. *vid. Clud. tr. de condict. incerti, c.* 1. *& seqq.*

C Oritur ex obligatione, ex quasi contractu. *Boc. cl.* 3. *D.* 20. *th.* 36. Æquum enim est, restitui mihi rem meam, quæ est apud alium sine causa, 32. *de R. C.* ab initio, 1. §. 2. *&* 3. *l.* 4. *f.* §. 1. *h.* vel quia causa non secuta, 1. §. 1. 2. *l.* 2. 4. *h.* aut posteà finita. 1. §. 2. *&* 3. *l.* 2. *h.* 2. *de condict. ex leg.* Hinc concurrit cum præcedentibus: 1. *pr.* §. 1. 2. *L.* 4. *h. Bach. ad W. h. lit. A. in fin.* & sola competit in casu, 2. *ff.* 2. *C h.* 25. §. 1. *de furt. Bach. V.* 1. *disp.* 22. *th.* 11. *Boc. d. disp.* 20. *th.* 42.

S Datur hæc actio illis, qui rem promiserunt, vel dederunt, quæ sine causa apud alium existit, illorumque heredibus: *Ol-*

P *dend. de Action. cl.* 6. *act.* 5. *n.* 5. Adversus illos, penes quos

O sine causa res existit, illorumque heredes. *Oldend. d. l.* Ad obligationem vel rem illam repetendam. 1. 3. *Oldend. d. class.* 6. *act.* 5. *n.* 6.

DE CONDICTIONE FURTIVA.

XIII. 1.

S Condictio furtiva impropriè etiam vocatur actio furti, *vid.* 9. *de in lit. jurand.* 14. §. 16. *l.* 71. *pr. de furt.* 3. §. *ult. naut. caup. stab. Tabor. Racemat. criminal.* 2. *thes.* 55. *Racem.* 3. *thes.* 24. *& ad d. lib.* 71. *pr. v. & si furti actum. Vinn. in not. ad Petr. Pect. Comm. in tit. de reb. naut. ad d. l.* 3. §. *f. lit. b. Clud. tr. de cond. furt.*

furt. cap. 3. num. 1. & cap. 4. n. 6.) & est actio personalis, qua à fure ejusque heredibus res furtiva repetitur. 5. 7. *pr.* §. 1. Estq; Civilis, *Clud. d. tr. c. 1. num. 3. Hahn. ad W. h. n. 6.* rei persecutoria, 7. §. 1. 2. *Bach. de action. D. 4. th. 21. in fin. Fr. h. n. 6.* non famosa. *arg.* 36. *de O. & A. Hahn. ad Wes. h. n. 1. Clud. c. 3. n. 29. & 30. c. 51. n. 18. & 19.* perpetua, 21. §. 5. *rer. amot. Clud. d. tr. c. 21. n. 8.* & condictio irregularis, utpote quæ domino, adversus non dominum, competit. §. 14. *I. de action. f. in fin. usufr. quemadm. cav. Fr. h. num. 1. & 5. Clud. d. tr. c. 7. n. 19. vid. Grœnevv. ad d. §. 14. I. de act.* D N

Hæc condictio, æquè ac reliquæ, dividitur, quòd alia sit Certi, alia Incerti. 12. §. *f. vid. Bachov. de action. Disput. 4. thes. 23. Tabor. in Racem. crim. ad l. 59. verb. Ideoque furti actionem. ff. de furt. Fr. h. num. 19. & seq. Clud. tr. de cond. furt. cap. 2. per tot.* †

Datur à Lege, *Bach. Vol. 1. Disp. 22. th. 12. lit. b. & tr. de action. D. 4. th. 20. lit. a. C. J. A. h. th. 1. in fin.* in odium furum; §. 14. *I. de action.* 4. 5. *f. h.* 13. §. 2. *de jurejur. C. J. A. h. th. 4. pr. Bach. de action. D. 4. th. 21. in fin. Fr. h. num. 6. Hahn. h. n. 1. 7. in fin. C. J. A. h. th. 1. in fin.* licet res furtiva casu perierit; §. *ult. I. de oblig. quæ ex delict.* 8. *pr.* §. 1. *l. f. ff.* 2. *C. h. Fr. h. n. 3. Vinn. ad* §. 14. *n. 3. I. de action. Clud. de cond. furt. c. 18. n. 1. & seqq.* nisi antea mora, in qua fur semper esse dicitur, 8. §. 1. *l. f.* per realem oblationem fuerit purgata, 8. *pr. ff.* 2. *C. h.* 73. §. 2. *de V. O. Clud. d. tr. c. 11. num. 22. & seqq.* aut hæc actio novatione in aliam obligationem sit translata. 17. *Clud. d. c. 11. n. 28. & seqq.* C

A Condictio furtiva * *CERTI* datur soli rei furtivæ domino, cui illa est subrepta. 1. 11. Requiritur itaque in Actore (1.) ut sit rei furtivæ dominus; 1. *h.* 14. §. 16. *ff. de furt.* quod ipsum tamen actor in hac actione probare non tenetur. *Bach. de action. Disp. 4. th. 23. pr.* §. *Vinn. ad* §. 14. *I. de action. n. 3. C. J. A. h. th. 5. n. 1. in fin.* Hinc excluduntur, qui posteà proprio facto domini rei furtivæ esse desierunt: 10. §. 2. *arg.* 12. *pr. Clud. d. tr. c. 11. n. 2. & seqq. & c. 27. num. 4. & seq.* Heredes ratione rei in specie legatæ: 10. §. *f.* Item commodatarii, conductores, &c. 12. §. *f. de usufr.* 14. §. 16. *de furt. vid.* 38. §. 1. *de furt. Clud. d. tr. c. 13. num. 22. & seqq.* (2.) Requiritur, ut ipsi actori res sit subrepta, 11. naturaliter, vel civiliter. 12. *pr.* 18. *vid. Clud. d. c. 27. n. 3.* Ille, cui res nullo modo subrepta est, licet posteà rei furtivæ dominus fiat, eam S

O tamen

tamen condicere non poteſt. 11. *Weſemb. π. h. t. n. 6. Clud. d. tr. c. 21. num. 5. Zœſ. h. num. 2.* Verum ſi ille, cui res eſt ſubrepta, poſteà acquiſiverit illius dominium, tunc ſententia *Bachovii & Hahnii, ad Weſenbec. d. l.* admittenda videtur, quod ſcil. hic quoque rem condicere poſſit. *arg.* 27. §. 1. *de R. V.* 7. §. 4. *ad exhibend. Cap. Abbate.* 3 *verſ. porrò præfata. de ſententia & re judic. in.* 6. Heredibus, ſi ipſi in dominium rei ſubreptæ ſucceſſerint, datur hæc actio. 10. §. *f.* 11. *Clud. d. tr. c.* 34. *num.* 1. *& ſeqq*

Condictio furtiva * *INCERTI* datur etiam non dominis, qui jus in re furtiva habent, ut creditoribus pignoratitiis; 12. §. *f. h.* 22. *pr. de pign. action. Clud. d. tr. cap.* 28. *per tot.* & aliis, quorum intereſt, rem non eſſe ſubreptam, ut commodatario. *f.* §. 3. *C. de furt. Tabor. in Racem. crim. ad l.* 59. *ad verb. ideoque furti actionem ferè in fin. ff. de furt. Bocer. cl.* 4. *D.* 1. *th.* 82. *lit. D. Diſſ. Clud. d. tr. cap.* 30. ubi tamen noſtram ſententiam de jure Saxonico veram eſſe aſſerit. a.

Adverſus furem, 5. manifeſtum, nec manifeſtum; 10. *pr.* etiam raptorem ſive prædonem, 2. §. *pen. vi bonor. raptor.* 10. §. 1. *Clud. d. tr. de cond. furtiv. cap.* 36. *per tot.* & cujus ope, auxilio & conſilio furtum eſt commiſſum; *L.* 53. §. 1. *de V. S.* ſecùs, ſi quis conſilium tantùm dederit. 6 *junct.* 5. *Bach. ad W. h. n.* 7. *lit. g. Tabor. Racem. crimin.* 4. *th.* 17. *p.* 125. *in fin. Hahn. ad W. d. l.* Si plures rem contrectaverint, datur contra ſingulos in ſolidum, 1. *C. h. Carpz. p.* 4. *c.* 34. *d.* 5. ¶¶. ita, ut nec exceptione diviſionis ſeſe defendere poſſint. *Clud. d. tr. cap.* 44. *num.* 13. Unius tamen ſolutio liberat reliquos, 1. *C.* à quibus ſolvens nihil repetit. *arg.* 38. §. *f. de admin. & peric. tut. poſt Cyn. Sichard. Clud. d. c.* 44. *num* 14. *& ſeq.* Contra heredes, & ſimiles ſucceſſores, etiam infantes & furioſos, 2. datur hæc actio in ſolidum; 7. §. 2. 9. *Clud. d. tr. cap.* 45. *per tot. Matth. de Crimin. lib.* 47. *tit.* 1. *c.* 4. *num.* 2. *Bach. V.* 1. *D.* 22. *th.* 13. *lit. D. & de Action. Diſp.* 4. *th.* 21. ¶. *Köppen. lib.* 2. *obſerv.* 70. *Harppr. ad* §. *fin. Inſt. de obl. quæ ex delict. num.* 5. *& ſeq.* ¶. etiamſi nihil ad illos ex delicto pervenerit, & fur laqueo ſuffocatus fuerit. *L.* 7. §. 1. *h.* 45. *pro ſoc. l. un. C. quando civil. act. crim. præjud.* Nec Judex ex cerebrina æquitate jus tertio quæſitum intervertat. *Harppr. ad d.* §. *ult. I. de oblig. quæ ex delict. num.* 16. *Beſold. in delibat. ex lib.* 47. *ff. quæſt.* 7. *Berlich. p.* 5. *concl.* 45. *num.* 6. *& ſeqq. Richter. part.* 2. *deciſ.* 96. *num.* 114. ¶. *Tabor. Syllog. I. Benedict.* 4. ¶. *à Peguera, dec.* 27. *in addit.*

¶¶¶. In

¶¶¶. In foro tamen Saxonico, hoc in casu, si scil. fur laqueo punitus sit, & res furtiva ad heredem non pervenerit, hæres hâc actione conveniri nequit, *Carpzov. prax. crim. p. 2. q.* 80. *n.* 104. *& seqq. &* 1. *F. part.* 4. *const.* 32. *def.* 23. ¶. *Berlich. p.* 4. *concl.* 19. *n.* 37. *& seqq. & p.* 5. *c.* 45. *n.* 16. Contra successores singulares non datur hæc actio. *arg.* 5. *h. arg.* 25. *pr. de O. & A.* §. 18. *in fin. I. de action. Non obstante* §. 26. *in f. I. de R. Div. vid. Bachov. & Vinn. ad d.* §. 26.

Competit hæc actio ad repetendas res furtivas, cum omnibus fructibus, 8. §. 2. etiam percipiendis, *arg.* 2. *C. de fruct. & lit. expens. Clud. de condict. furt. c.* 17. *n.* 3. & omni interesse. 3. Si res adhuc extant, repetuntur ipsa corpora; 8. *pr.* licet in aliam formam sint mutata, 13. nullis refusis expensis in rem factis. 1. *C. de infant. expos. arg.* 13. Si vero res non extant, petitur illarum æstimatio, 3. 8. *pr.* 16. quanti res plurimi fuit à tempore furti commissi; 8. §. 1. *Non obstante* 2. §. 3. *de priv. delict. Bach. de act. D.* 4. *th.* 20. *lit. b. & ad Treutl. Vol.* 1. *D.* 22. *th. ult. lit. g. Clud. d. tr. c.* 18. *num.* 13. *& seqq.* etiamsi æstimatio curâ & sumptibus furis creverit. 13. *in fin.* Hæc æstimatio fieri potest etiam ab actore per Juramentum in litem. 9. *de in lit. jurand. Borcholt. tr. de in litem jurand. c.* 4. *num.* 78. *Clud. d. tr. c.* 3. *n.* 1. *c.* 4. *n.* 6. *& c.* 18. *n.* 41. ¶¶¶. *Bach. V.* 1. *Disp.* 22. *th. ult. lit. g.* concurrit cum hac condictione electivè Rei vindicatio, 7. §. 1. *h. f. I. de oblig. quæ ex delict.* & interdum etiam depositi, commodati, pro socio, vel similis actio; 16. *h.* 45. *pro soc.* 5. §. *Quin imò.* 8. *cum seq. commod.* 40. 71. 76. *de furt.* 29. *depos. Clud. de cond. furt. c.* 51. *n.* 11. *& seqq.* Cumulativè, actio ad exhibendum, 7. §. 1. *h.* §. *ult. I. de obl. quæ ex delict.* actio furti pœnalis, 7. §. 1. *h.* §. *f. I. de obl. quæ ex del.* & extraordinaria criminalis. *un. C. quand. civilis act. crim. præjud. Clud. d. c.* 51. *n.* 11. Unde nec fur, qui fustigatur, de carcere relaxandus, nisi prius rem restituerit furtivam. *Pegucra, dec.* 27. *in addit. Clud. d. tr. c.* 50. *n.* 63. *vid. tamen Carpz. prax. crim. p.* 2. *q.* 80. *n.* 110. *& seqq. &* 1. *F. p.* 4. *c.* 32. *d.* 23. Non etiam in bonis furis tacita est hypotheca. *arg. eorum, quæ tradit Carpz. p.* 1. *c.* 28. *d.* 118. *n.* 4. (*Dissent. post Bald. Salicet. Neguzant. Cpz. prax. crim. part.* 2. *q.* 80. *n.* 119. *& seqq.* ¶. *& in* 1. *F. p.* 4. *c.* 4. *def.* 10. Consuetudo, quæ rem furtivam Magistratui addicit, irrationabilis est. *Ord. Crim. art.* 207. *&* 218. *Recess. Imp. de Anno* 1559. §. Und nachdem. *Non obstante* 9. *de jure fisc. & ratione additâ in C. J. A. h. t. in fin. Richter. p.* 2. *decis.* 96.

O 2 *n.* 164.

n.164. & seqq. Carpz. prax. crim. p.2. q.80. n.10. & seqq. Ant. Matth. de crim. l.47. tit.1. c.4. num. 4. vid. Mev. ad Jus Lubec. lib. 4. tit. 1. art. 2. n. 6. Jure Saxonico quid obtineat? tradit *Köppen. lib. 2. obs. 69. n.6.* Nec magistratus, ob expensas in inquisitionem & executionem ex officio factas, res furtivas retinere potest. *Richt. d. dec. 96. n.177.* ¶. Si tamen Magistratus in ipsam rem furtivam expensas fecerit, aut ad petitionem partis processum instituerit, rem furtivam, donec expensæ ipsi restitutæ fuerint, retinere potest. *arg. art. 207. & art. 213. Ord. Crim. Richt. d. dec. 96. n. 175. & seqq.* ¶¶.

DE CONDICTIONE EX LEGE.

XIII. 2.

D Condictio ex Lege in specie & τεχνικῶς ita dicta, *vid. Fr. in Comm. π. h. t. num. 3.*) est actio personalis, competens ad id, quod debetur ex obligatione, quam lex nova introduxit, sed de genere actionis, quo experiundum, nihil cavit.
N Estque civilis, stricti juris, & generalis, utpote quæ competit ex variis obligationum speciebus. *Franzk. h. n. 2.*
C Descendit hæc actio ex obligatione, novâ Lege introducta, genere actionis non expresso. *un.* Itaque REQUIRITUR
R (1.) Obligatio; *un.* adeoque actio ex *L. Diffamari. 5. C. de ingen. manumiss.* non est hæc actio; sed imploratio officii judicis. *Bach. V. 1. D.23. th. 1. lit. d. verb. exempla. Dissentit Blarer. in repetit. l. Diffamari. C. de ingen. manum. cap. 1. num. 4.* An vero lex obligationem introducat, an vero tantùm implorationem officii judicis concedat, illud ex mente legislatoris dijudicandum. *Wes. h. n. 3. & ibi Bach. lit. C.*
R (2.) Requiritur, ut obligatio indroducta sit non jure prætorio; *vid. 11. de præscr. verb. Franzk. h. n. 5.* sed lege, *un.* h. e. jure civili, universali, vel speciali, sive singulari: *Schrader. in Comm. ad l. un. ff. h. t. n. 90.* Statuto, *per ea, quæ suprà dicta sunt ad tit. de constit. Princip. J. n. Bachov. V. 1. Disp. 23. th. 1. lit. b. verb. quid igitur de cæterorum.* A lege autem introducta dicitur obligatio, quæ vim efficaciter obligandi à lege accepit, etiamsi illa anteà, sed inefficax, extiterit. *arg. 35. §. 5. C. de donat. Bachov. ad Tr. d. th. 1. lit. d. verb. Novam autem intellige. in fin.* Nec refert, sive lex obligationem producat immediatè, sive mediante hominis facto. *arg. d. l. 35. §. 5. Hahn. ad W. h. n. 3.*
R (3.) Oportet legem illam esse novam. *un.*

un. Quid novum dicatur? *vid. Schrad. in d. Comm. n.* 37. *& seqq.* Hic omnes leges novæ dicuntur, quæ post Leges XII. tabul. sunt latæ. *arg.* 7. *pr. de capite minut. Franzk. h. num.* 7. (4.) Requiritur, ut lex nova non caveat, quo genere actionis experiundum sit. *un.* R

Inde datur hæc actio in casu. *L.* 35. *§. ult. C. de donat. Bocer. cl.* 3. *disp.* 21. *th.* 3. *l.* 30. *pr. l.* 35. *§.* 2. *C. de inoff. testam. junct. Nov.* 115. *cap.* 5. *in pr. vid. sup. tit. de inoff. testam. p.* 111. *circa fin. tit. l. ult. §.* 1. *in fin. C. de hered. pet. Bachov. ad Wesemb. h. t. n.* 4. *lit. C. l. ult. §.* 6. *C. de jur. deliber. Bach. d. l. Bocer. ad disp. th.* 4. *l.* 27. *§. ult. l.* 28. *ff. ad L. Jul. de adulter. vid. Hahn. ad Wesemb. h. t. num.* 4. *verb. id est. post ll.* 12. *tab.* X

Quibus & adversus quos, item ad quid hæc actio competat, certa regula definiri nequit; sed ex ipsis legibus, quibus obligationes sunt introductæ, est addiscendum. S P O

Ad exemplum hujus actionis etiam datur Condictio ex consuetudine, *Schrader. in Comm. ad l. un. ff. h. t. n.* 87. vel ex canone. *Hahn. h. n.* 5. *Schrad. d. Comm. n.* 89. SS

DE CONDICTIONE TRITICIARIA. XIII. 3.

Unde hæc ita dicatur, nihil certi habemus. *Bachov. ad Wesenb. h. n.* 1. *lit. a. & in tr. de action. disp.* 4. *th.* 13. *vid. Groenevv. tr. de Leg. abrog. ad h. t. vid. Bachov. d. th.* 13. *p.* 138. *& Franzk. in Comm. π. h. t. n.* 6. *in fin.* Describitur, quod sit actio personalis, qua quis, præter pecuniam, res alias ex quacunque causa debitas, sibi dari oportere intendit, ita tamen, ut judici res illas, pro ratione loci & temporis, ex arbitrio æstimare, & reum in æstimationem condemnare liceat. 1. *& ll. seqq.* Hæc actio censetur esse prætoria, *Bach. V.* 1. *disp.* 23. *th.* 2. *lit. a. Franzk. h. n.* 1. *& seqq.* arbitraria, *Franzk. d. t. Bachov. d. disput.* 23. *thes.* 2. *lit. b. C. I. A. h. t. th.* 3. *n.* 1. & generalis; utpote quæ cum omnibus reliquis condictionum speciebus concurrit. 1. *& seqq. Clud. tr. de condict. in gener. procem. n.* 53. D N

Competit ex omnibus illis obligationibus & causis, ex quibus reliquæ descendunt condictiones, & quidem in illis casibus, in quibus propter moram Rei, vel aliam justam caussam, æquum est, ut res æstimetur, & Reus in æstimationem condemnetur. 3. 4. *Franzk. d. t. n.* 5. *ibi: quod condictio hæc rei æstimandæ causa.* C

S Datur illis, & adversus illos, quibus & adversus quos reli-
P quæ quoque competunt condictiones.
O Et quidem de rebus omnibus, corporalibus & incorporalibus, mobilibus & immobilibus; 1.*pr.* exceptâ solâ pecuniâ numeratâ, 1 *pr.* & re Actoris propriâ, quæ nec furto, nec vi est ablata aut occupata. 1. §.1. *l.* 2. *h. vid.* 3. & 4. *h. C. J. A. h. th. ult.*

DE EO, QUOD CERTO LOCO
XIII. 4. DARI OPORTET.

D Actio de eo, quod certo loco, est personalis & arbitraria, qua id, quod ex causa stricti juris, certo in loco, est solvendum, alio loco, factâ commemoratione illius loci, quo dari debuit, petitur, §. 33. *vers. Loco plus. I. de action. l. un. C. l.* 1. & *seq. h.*
N Hæc actio ab actionibus directis, sive puris, quibus debitum in loco solutioni destinato petitur, non specie; sed tantùm adjectitiâ differt qualitate; *arg.* 2. §. 1. *Bachov. Vol.* 1. *D.* 23. *thes.* 3. *lit. b.* & *in tr. de action. Disp.* 7. *part.* 2. *thes.* 2. dicitur etiam Utilis, 1. *in f. h.* & prætoria atque arbitraria; 4. §. 1. *h.* §. 31. & 33. *vers. Propter quam causam. I. de action.* 2. *pr.* & §. *f. h.* quia pendet ex arbitrio Judicis, reum, propter loci adjectionem, pluris, vel minoris condemnare aut etiam interdum absolvere. 2. §. *f.* 4. §. 1. *Bach. de action. D.* 7. *part.* 2. *th.* 1. & *ad Tr. d. Disp.* 23. *th.* 3. *lit. c. Franzk. Exerc.* 13. *q.* 9. *n.* 16. & *seqq.* & *in Comm.* π. *h. t. num.* 9. & *seqq.*
C Oritur ex stricti juris conventionibus, quibus certus solutionis locus est adjectus. §. 33. *I. de action* 2. §. 1. *junct.* 7.
R Requiritur itaque (1.) ut aliquid ex stricti juris conventione, vera vel quasi debeatur: e. gr. ex stipulatione, 1. 2. §. 1. *l.* 7. §. 1. ex mutuo, 6. constituto, 16. §. 1. *de const. pec.* donatione, *arg.* 22. *de don.* item ex legato & fideicommisso. 5. *Bach. V.* 1. *D.* 23. *th.* 3. *lit. e.* & *in tr. de act. D.* 7. *th.* 3. *pag.* 90. & *seqq.* (Bonæ fidei judiciis hoc per se inest, út alibi intentata pro æstimatione lo-
R ci definiantur. 7. *pr. Fr. h. n.* 13.) (2.) Requiritur, ut conventioni certus solutionis locus sit adjectus. 2. §. 1. & *passim. ff. l. un. C. h.* Quo casu actio stricti juris, purè, tantùm in loco solutioni destinato, institui potest: *propter* §. 33. *I. de action.* 3. *h.* quod quia quandoque iniquum est, *v.* 1. ideoque Prætor has actiones arbitrarias concedit. 8. *pr. de præt. stipulat.* §. 33. *I. de act. L.* 2. §. *f. h.* Inde sequitur, hanc actionem non dari ob

ob temporis adjectionem: cessat enim ratio *L.* 1. *h.* §. 33. *I. de Action.* Utut etiam temporis ratio habeatur, 4. *pr. h.* 114. *de V. O.* hoc tamen non statim facit actionem arbitrariam, *Bachov. V.* 1. *D.* 23. *th.* 6. *lit. a. & d. Fr. h. num.* 11. 12. *Zœs. h. n.* 14.

Datur illis, quibus ex causis stricti juris aliquid certo in loco debetur. Hi enim electionem habent, an in loco solutioni destinato directâ sive purâ, an verò alio in loco hac arbitrariâ reum convenire velint: §. 33. *I. de Action.* modò tantùm temporis elapsum fuerit, quo Reus ad locum solutionis pervenire potuerit, 2. §. 6. *h. l.* 137. §. 2. *de V. O.* maximè, si hæc promissio expresse in diem sit facta. *l.* 43. *ff. de jud.* Adversus illos, qui ex causa stricti juris certo loco aliquid dare promiserunt, nec tamen illud præstiterunt; *un. C.* etiamsi nulla illorum intervenerit culpa, vel mora; 1. *ibi: vel quia aliis necessariò. h. Fr. h. n.* 14. Si tamen in solutionis loco debitum obtulerint, aut ibi pecuniam habeant de facili solvendam, Judex, ex æquitate, illos, præstita cautione, absolvit. 4. §. 1. *Mejer. in* 1. *δοξ. dec.* 4. *cap.* 7. S P

Ad res dicto modo debitas; ita tamen, ut interdum quantitas augeatur, vel minuatur; prout æquitas hoc suadet, ex interesse Rei, (etiam post moram. 2. *pr. &* §. *f.* §. 33. *I. de action. Fr. h. n.* 15. *Bus. ad L.* 2. *n.* 23. *h.*) vel Actoris, 2. *pr. &* §. *f. h.* etiam ultra legitimum usurarum modum. *d.* §. *f. h.* Quod interesse tamen hic non æstimatur juramento in litem. *C. J. A. tit. de in litem jurand. th.* 6. *n.* 2. *in fin. per l.* 68. *in fin. de R. V. post Jason. & Castr. Plot. tr. de in litem jurand.* §. 22. *n.* 6. *vers. fallit. in actionibus.* (*dissent. Borcholt. tr. de Juram. in lit. c.* 4. *n.* 51.) Si creditor debitum, in certo loco solvendum, in alio sponte reciperet, ad interesse, quod non est in obligatione, hæc actio non superesset. 8. *f. h. arg. l.* 49. §. 1. *de action. empt. Non obst.* 2. §. 7. *h. Bach. Vol.* 1. *Disput.* 23. *thes.* 6. *lit. b. & in tr. de Action. disp.* 7. *th.* 4. *in fin. vers. & hæc quidem. Zœs. h. num.* 11. *Perez. in Cod. h. num.* 6. *vers. an acceptan.o.* Debitor nullo alio loco, quam in quo promisit, solvere, invito stipulatore, potest. 9 O

Actor hanc actionem instituere potest tantùm in loco, ubi reus alias forum sortitur, ut in loco domicilii; *arg.* 19. *pr. de R. C. Bachov. Vol.* 1. *Disp.* 23. *th.* 3. *lit g. & in tr. de Action. disp.* 7. *th.* 4. *Perez. in Cod. h. t. n.* 1. *Zœs. h. n.* 3. §. *Fr. h. num.* 21. *Non obstant. l.* 16. §. 1. *de constit. pecun.* 43. *de Jud.* in loco contractus, sc. solutioni destinato, instituitur directa II

actio. (*dissent. Bachov. de action. d. th.* 4. *vers. Et obiter hic notandum. Costal. ad l.* 1. *h. num.* 15. *Hahn. ad W. h. num.* 4.) *l.* 3. *ff. de reb. auctor. jud. possid. l.* 21. *ff. de O. & A. Perez. in Cod. h. t. num.* 1. §. 33. *I. de action.* Si quis duo loca alternativè solutioni adjecerit, debitor, antequam conveniatur, electionem habet, ubi solvat, creditor vero eligit, ubi directâ actione petat. 2. §. 3. Idem est, si, præter loca, etiam res sub disjunctione promiserit, ex. gr. *decem Lipsiæ, vel Francofurti equum dabo*, loci electio ad se trahit electionem rei, aliàs debitori competentem : *l.* 2. §. 3. *vers. Proindè. Perez. in Cod. h. t. num.* 6. Hinc si creditor, prædictis in casibus, in loco tertio hanc arbitrariam actionem institueret, in ejus arbitrio esset, cujus loci mentionem adjicere vellet. *arg.* 2. §. 3. Conjunctim si quis plura loca adjiciat : *ut Lipsiæ & Francofurti decem dabo*, divisa censetur stipulatio, & singulis in locis directâ actione dimidia pars est petenda : 2. §. 4, In arbitraria vero actione, in tertio loco instituta, actor utriusque loci mentionem facere debet.

DE PECUNIA CONSTITUTA.

XIII. 5.

D Constituta pecunia, sive *CONSTITUTUM* non est contractus ; (*quod vult. Bart. Cujac. & Oldend.* prout etiam existimat *Zœs. in Comm. Pandect. h. t. num.* 3.) sed pactum legitimum, *Fr. h. num.* 6. *Bocer. cl.* 2. *Disp.* 17. *thes.* 2. *lit. b. & c. Hahn. ad Wes. h. num.* 4. *verb. Succurritur.* quo quis illi, cum quo paciscitur, debitum se soluturum, sine stipulatione, promittit, durante priori obligatione. 5. §. 2. §. 4. *&*
† *seqq. l.* 28. *h.* Constituitur debitum proprium & alienum : §. 9. *I. de action.* 5. §. 2. hoc est species intercessionis. 1. §. 1. *ibi* : *Si non intercesserint. h. arg. f. C. h.*

C Hoc pactum confirmavit Prætor : §. 8. *I. de action.* 1. *pr.* propter æquitatem, 1. *in pr.* maximè cùm jam ex aliqua præcedenti causa debeatur. *Fr. h. num.* 7. Fit nudo constituentium consensu, 1. *pr. ibi* : *Ex consensu.* quocunque modo declarato : 14. §. *f. & l. seq. h.* 52. 9. §. *f. ibi Gothofr. de O. & A.* Inutilis tamen fidejussio non valet tanquam constitutum. 1. §. 4. *h. arg.* 19. *pr. de R. C.* (*obst.* 8. *pr. de acceptil.* 27. §. *pen. de pact. vid.* 47. *de O. & A. Bus. ad d. l.* 1. §. 4.) Alienum debitum etiam ignorante & invito debitore constitui potest. 27.

Con-

Constituunt, qui paciscuntur: 1. §. 1. *&* §§. *seqq.* *NON* tamen pro aliis constituunt Milites, *arg.* 31. *C. de locat.* Et Mulieres. 1. §. 1. *ibi: Si non intercesserint. h.* 1. *pr. ad SCt. Vellej. vid. Carpz. part.* 2. *const.* 16. *def.* 2. *&* 3. S

Constituitur creditoribus, qui paciscendo alium sibi obligare valent, & illorum Tutoribus, Curatoribus, 5. §. 7. Procuratoribus, *l.* 5. §. 6. & Syndicis; 5. §. 7. sed *NON* adjecto suo nomine, 7. §. 1. neque Tertio. 5. §. 5. Solutionis gratiâ constituto alius addi potest, hôc modô: *Quod debeo, tibi, aut Titio, solvam*; 8. tùm, si tertius ille etiam in priori obligatione fuit adjectus, per solutionem ipsi factam solvitur obligatio ipso jure: §. 4. *I. de inutil. stip. Bach. Vol.* 1. *D.* 23. *th.* 11. Idem est, si in priori obligatione alius solutionis gratiâ adjectus sit, licet in constituto nulla adjecti fuerit facta mentio; 59. *de solut. Bachov. d. l.* nisi debitor creditori soli se soluturum constituerit. 8. *vid. tamen Bach. d. l.* Si in constituto demùm alius adjiciatur, tunc per solutionem, adjecto factam, obligatio tantùm ope exceptionis perimitur. *l. pen. Bach. d. l.* P

Constituitur debitum, 5. §. 2. *l.* 11. *pr. h.* 2. *pr. in f. ibi: Hoc tantummodo. C. h.* proprium, vel alienum, §. 9. *I. de action.* 5. §. 2. *l.* 11. ex quacunque causa veniat; 1. §. 6. etiam pœna ex delicto: 29. debitum ex obligatione mixta sive naturali plena, Jure Civili non reprobata. 1. §. 7. *Sutholt. diss.* 12. *aphorism.* 15. 16. *& seq.* *NON* etiam Civile tantùm, 3. §. 1. *junct.* 1. *pr. Bachov. de action. Disp.* 8. *th.* 3. *lit. b.* (nec jure donationis: *Zœs. h. num.* 10. *vid. Bus. ad d. l. ult. n.* 3. *ff. h. Bach. Vol.* 1. *D.* 23. *th.* 9) nec ultra præcedentis debiti quantitatem valet. 11. §. 1. *l.* 12. Si nulla quantitas exprimitur, præcedentis debiti quantitas constituta censetur. 14. *pr.* Minus, quam debetur, constitui potest, 13. & aliud pro alio ejusdem pretii, 1. §. 5. mobile & immobile, 2. *pr. &* §. 1. *C. h.* eitam facta, 14. §. 1. *&* 2. Quod in diem debetur, purè constitui potest: 3. §. 2. *l.* 4. sub conditione promissum, purè constitutum, sub eadem conditione suspenditur. 19. *pr.* Sufficit tempore constituti debitum fuisse, licet posteà deberi desierit. 18. §. 1. *Bocer. cl.* 2. *Disp.* 17. *th.* 11. *lit. c. vid. Bachov. Vol.* 1. *Disp.* 23. *th.* 13. *lit. d.* Alium soluturum si quis constitueret, non valeret constitutum. 5. §. 4. Et si quis diceret: Satisfiet à me, & ab illo & illo, illis, quos nominavit, non consentientibus, solus pro rata portione obligaretur. *Auth. Si quando C. h.* Impersonaliter vero factum planè non subsistit. *d. Auth. Si* O

quando. niſi ex circumſtantiis appareat, conſtituentem de ſe promiſiſſe. *arg.* 219. *de V. S. Grœnevv. tr. de leg. abrog. ad d. Auth. num.* 3.

A Adjici poteſt locus, 16. §. 1. conditio & dies. 4. 19. *pr.* & §. 1. Et quamvis purè fiat, tamen decem diebus exactio differatur. 21. §. 1.

SS Conſtitutum poſſeſſorium cum hoc Conſtituto obligatorio, præter nomen, nihil habet commune. *vid. l.* 18. *de A. vel A. P.* 77. *de R. V. Coler. de proceſſ. execut. p.* 1. *c.* 16. *n.* 182. *p.* 3. *c.* 12. *n.* 87. *Tiraquell. de conſtitut. poſſeſſ.*

E Ex conſtituto obligatorio deſcendit *ACTIO* de *CONSTITUTA PECUNIA,* §. 9. *I. de Action.* 22. (actio conſti-
D tutoria, 20. conſtituta, 2. §. 1. *C. h. t.*) quæ eſt actio perſonalis, competens creditori, adverſus illum, qui debitum ſe ſoluturum pacto promiſit, ad illud ipſum petendum & exi-
N gendum. Eſtque prætoria, §. 8. & 9. *I. de Action.* ſtricti juris, *arg.* 16. §. 1. *h. junct.* 7. *de eo, quod cert. loc.* Rei perſecutoria, licet pœna ſit conſtituta, 18. §. 2. *juncta l.* 29. *h.* & perpetua. 2. *pr. verſ. neque ſit in quocunque. C. h. arg.* 35. *de O. &*
† *A.* Directa, vel Utilis, 5. §. 9.

S Competit illis, quibus per conſtitutum aliquid eſt promiſſum, & illorum heredibus. 2. *pr. C.* Utilis datur pupillis, adoleſcentibus & Civitatibus, quorum tutoribus, &c. quis ſe ſoluturum conſtituit. 5. §. 9.

P Adverſus illos, qui pro ſe, vel pro aliis ſe ſoluturos pacto promiſerunt, §. 9. *I. de actionib.* & illorum heredes. 1. 2. *pr. C.* Si plures pro alio ſimul conſtituerint, ſinguli quidem in ſolidum tenentur, exceptione tamen diviſionis defenduntur. *f. C.* Si duo in ſolidum obligati, proprium illud debitum conſtituerent, ab uno ſolidum exigi poſſet; 16. *pr. h.* 2. & *f. de duob. reis.* quod non eſt correctum per *fin. C. Bach. Vol.* 1. *Diſp.* 23. *th.* 8. *lit. c. pr.* nec per *Nov.* 99. *c.* 1. quamvis, ſecundum communem & in praxi receptam ſententiam, hiſce quoque hodie beneficium diviſionis competat. *Carpz. part.* 2. *conſt.* 17. *def.* 13. ¶.

O Ad illud, quod conſtituto promiſſum eſt. *vid.* 14. §. 1. & 2. *l.* 21. §. *f.*

A Concurrit cum actione prior & vetus actio; 28. *Hahn. h. n.* 9. *verb. teneberis.* ¶. quarum una alteram tollit, non litis conteſtatione; ſed ſolutione, 18. §. *f. vid. Bach Vol.* 1. *Diſp.* 23. *th.* 11. *verſ. ſi quidem etiam in conſtituto.* & *th.* 13. *n.*

Si

Si verò pro alio efficaciter obligato quis conſtituit, conceditur conſtituenti beneficium excuſſionis; *per Nov. 4. cap.* 1. *Bachov. Vol.* 1. *Diſp.* 23. *th.* 8. *lit. c. Carpz. part.* 2. *conſt.* 18. *def.* 2. ¶. 1. §. 1. *in fin. h. f. C. h. Carpz. d. def. n.* 6. cum quo tamen non conveniunt, quæ ipſe ſcribit de uxore conſtituente. *parte* 2. *conſtit.* 16. *def.* 2. *num.* 5.

Actioni de conſtituta pecunia ſimilis fuit Actio receptitia, quæ ad Argentarios pertinebat; ſed poſteà à Juſtiniano ſublata & in hanc noſtram eſt transfuſa. 2. *pr. C. Vinn. ad* §. *In perſonam.* 9. *n.* 2. *I. de action.* SS

COMMODATI VEL CONTRA. XIII. 6.

Commodatum eſt contractus realis, quo certus & gratuitus rei uſus, eâ lege, conceditur, ut, eô finitô, res in ſpecie reſtituatur. §. 2. *I. quib. mod. re contrah. obl.* 2. *pr. de reb. cred.* Eſt nominatus, bonæ fidei, *arg.* §. 28. *I. de act.* 3. §. 2. & διπλευρ⊙ 17. §. 3. Commodare dicitur leihen / verleihen; quod ipſum tamen etiam ſignificat mutuum dare, & rem locare. *vid. Schneidevv. ad* §. 2. *I. quib. mod. re contrah. obl. n.* 10. *Wehner. Obſerv. pract. voc.* Leihen. N

Commodatum fit interdum commodantis tantum gratiâ, *L.* 5. §. 10. interdum utriusque, 18 *pr. verſ. At ſi utriusque.* regulariter tantùm commodatarii gratiâ: 5. §. 2. *verſ. Commodatum. Mantic. de tacit. & ambig. convent. lib.* 9. *tit.* 2. *n.* 1. *& ſeq.* Hoc in dubio factum præſumitur. *Caſtr. ad l.* 5. §. *Interdum. n.* 5. *Maſcard. de probat. Vol.* 1. *concl.* 327. *n.* 1. †

Perficitur conſenſu, 1. §. 3. *de pact.* 17. §. 3. *Mart. in Digeſt. noviſſ. tom.* 3. *tit. Commodatum. c.* 1. & rei traditione nuda. (*vid. infr. E.*) §. 2. *I. quib. mod. re contr.* 1. § 3. *de O. & A.* C

Ab illis, qui contrahendo ſe obligare valent. *vid.* 1. §. 2. *l.* 2. 3. *pr.* S

Commodantur res, quæ uſu non conſumuntur, *arg.* §. 2. *I. quib. mod. re.* corporales & incorporales, §. 1. *I. de uſu & habit.* 1. §. 1. *h. arg.* 8. §. 5. *l.* 15. §. 2. *de precar. Fr. h. n.* 12. mobiles & immobiles, 1. §. 1. *h.* propriæ & alienæ: 15. *h.* 12. §. 2. *de uſufruct. vid. Bach. Vol.* 1. *D.* 24 *th.* 1. *lit. c. Hahn. ad W. h. n.* 4. *verſ. Etiamſi ſint alienæ.* adeo, ut etiam fur & prædo rem furtivam commodando actionem commodati acquirat. *vid. tamen* 54. §. 1. *de furt.* Interdum etiam res fungibilis, ad pompam. O

3. §.

3. §. f. & l. seq. h. Köppen. lib. 2. observ. 9. n. 4. C. J. A. h. thes. 6. in fin. Bachov. Vol. 1. Disput. 24. th. 1. lit. g. verb. sed quid est dicis gratia.

R Requiritur (1.) ut res tradita sit *USUS* gratiâ. §. 2. *I. quib. mod. re.* 1. §. 4. *de O. & A.* v. gr. ut commodatarius rem commodatam creditori suo pignori det. *vid. l.* 5. §. 12. (2.) Ut
R usus sit *CERTUS*, *ratione temporis. 17. §. 3. *l.* 5. §. 8. A
h. vid. 12. *ff. de precar.* quod adjicitur, *l.* 17. §. 3.

*tacitè, ex rei natura, *Lugo, de I. & I. disp.* 32. *sect.* 2. *n.* 9. B
Bonacin. tr. de contract. & restit. disp. 3. *q.* 15. *n.* 3. pro judicis arbitrio. *arg. l.* 137. §. 2. *de V. O.*

*expressè; quo finito res est restituenda, licet casus usum b.
impediverit, *Bartol. in l.* 17. §. 3. *n.* 6. *ff. h. Mantic. de tacit. & ambig. convent. lib.* 9. *tit.* 1. *n.* 10. *Barbos. in Cod. ad l.* 2. *num.* 3. & 4. *h. t. C. J. A. h. th.* 14. *n.* 1. ¶. *Medic. de cas. fort. p.* 2. *q.* 10. *n.* 52. & usus modo & tempore sit circumscriptus. *Costal. in l.* 5. *pr. ff. h. t.* *ratione modi: a.

*Commodatarius finem præscriptum diligenter observet; C
alioquin non solùm commodati; sed quandoque etiam furti tenebitur, 5. §. 8. *h.* 54. §. 1. *de furt.* si scilicet dolo malo, & lucrandi animo hoc faciat; secus non, *Köppen. lib.* 2. *obs.* 10. *n.* 8. puta si non invito domino fieri crediderit. 76. *pr. de furt. Menoch. de arbitr. Jud. Qq. lib.* 2. *cas.* 298. *vid. Grœnevv. tr. de LL. abrog. ad* §. 6. *I. de oblig. quæ ex delict. nasc. Fr. h. num.* 21. *Coler. decis.* 7. *n.* 2. & *seqq.*

*Commodans intempestivè usum rei commodatæ auferre c.
nequit; 17. §. 3. *h. cap. un. x. h.* 75. *de R. J.* (etiamsi commodatarius mortuus fuerit. *vid. Bach. V.* 1. *D.* 24. *th.* 5. *lit. f.*) nisi ex nova & inopinata causa propriis usibus eam necessariam esse probaverit. *arg.* 8. *C. de revoc. donat. arg.* 3. *C. de locat. Molin. de I. & I. Disp.* 294. *n.* 8. & *seqq. Lugo, de I. & I. Disp.* 32. *sect.* 2. *num.* 10. & *seqq. Bon. de contr. & rest. disp.* 3. *q.* 15. *n.* 1. *v.* 3. *Zœs. in Comm. π. h. n.* 20. *Hahn. h. n.* 11. (3.) Requiritur, ut usus sit
R *GRATUITUS*: §. 2. *in f. I. quib. mod. re.* Honorarium tamen accedere potest. *arg. L.* 2. §. 24. *vi bon. raptor.* 6. *pr. mandat.*
R (4.) Ut usus ea lege concedatur, ut eo finito res in specie *RESTITUATUR.* 2. *pr. de R. C.* §. 2. *I. quib. mod. re contr. obl.*

E Ex hoc contractu neque dominium, neque possessio transfertur, 8. 9. (Si vero expresè hoc agatur, ut commodatum contrahatur, & tamen in commodatarium rei dominium ad tempus transferatur, fit commodatum irregulare, *arg.* 31. *locat.*

*locat. Mantic. de tac.convent.l.9.t.3. num.*10. *Pichard.ad* §. 2. *I. quibus mod. re contr. obl. n.* 50. sed commodans à quocunque possessore rem vindicat. *Carpz. p.2. c.26. d. 5. n. 7.* ¶. *vid. Coler.* 1. *Decis.* 7. *n.* 6. Secus tamen de Jure Lubecensi & Hamburgensi. *Mev. ad Jus Lubec. lib.* 3. *tit.* 2. *art.* 1. *n.* 18. *& seqq.* contrahentes autem obligantur, 17. §. 3. commodatarius principaliter, commodans vero minus principaliter & secundario. Unde actio ex illius obligatione, directa, ex hujus, contraria vocatur. *Vid. Pichard. ad* §. 2. *I. quib.mod.re.n.*47. *& sqq. Bachov. ad d.* §. 2. *n.* 5. *& ad Tr. Vol.* 1. *Disp.* 24. *th.* 4. *lit. d. in pr. Umm. ad d.* §. 2. *n.* 2.

ACTIO commodati *DIRECTA* est actio personalis, competens commodanti, ejusque heredibus, adversus commodatarium, ejusque heredes, ad rem commodatam repetendam. *d.* §. 2. *I. quib.mod.re.* Est civilis, 17. §. 3. *obst.* 1. *pr.* bonæ fidei, §. 28. *I. de Act.* 3. §. 2. & perpetua. *arg. pr. I. de perp. & temp. action.* D N

Adversus plures heredes datur pro portione hereditaria; 3. §. 3. nisi unus facultatem totius rei restituendæ habeat, 3. §. 3. *Mesa lib.* 2. *Var. Res. c.* 38. *n.* 9. *&* 10. vel ex suo facto conveniatur. *l.* 17. §. 2. Si quis pluribus rem pariter commodaverit, & omnium fidem in solidum secutus sit, contra singulos in solidum competit actio, unius tamen præstatione reliqui liberantur, 5. §. *f.h.9. pr. junct.* 3. §. 1. *de duob. reis. vid.* 47. *locat. Fr. h.t.n.*27. *Köppen. lib.*2. *obs.*9. *in fin.* & hoc non tantùm quoad doli & culpæ præstationem; uti post Bart. putat *Dn. Hahn. h. n.* 10. *verb. adversus commodatarium. Mantic. de tacit. & ambig. convent. l.9. tit.*4. *n.*15. *Carpz. part.*2. *c.*26. *des.*14. sed, secundùm Bachovium, etiam quoad ipsam obligationem primitivam & rei restitutionem. *ad Tr. Vol.* 1. *Disp.* 24. *th.*2. *lit.c.* Si verò commodans pluribus communi periculo rem commodaverit, nec singulorum fidem in solidum secutus sit, singuli tantùm pro rata tenentur. 21. §. *fin. Fr. d. t. n.* 28. *Hahn. d. l.* P

Datur ad rem commodatam integram & salvam, §. 2. *I. quib mod.re.* cum accessionibus & fructibus, 38. §. 10. *de Usur. arg.*13. §. 1. *in fin.h. vid.* 5. §. 9. *Hunn. in Encyclop. jur. univers. part.*3. *tit.*10. *c.*1. *n.*19. *&* 20. *Cop. tr. de fructib. lib.*3. *tit.*4. *c.*3. in loco, in quo fuit commodata, *Scacc. de Commerc.* §. 11. *gl.* 5. *n.* 196. propriis commodatarii sumptibus restituendam. *arg.* 5. §. 12. *inf. Bonacin. tr. de contract. Disp.* 1. *q.*5. *punct. un. n.*10. *&* 12. Deterioratæ interesse præstetur, 3. §. 1. nisi commodans O

modans illam ſciens ſimpliciter receperit; *Schneidevv.ad* §. 17. *n.* 21. *I. de action. Matth. Diſp. de oblig.* 10. *th.* 11. *Stammler.de Contract. D.* 4. *th.* 41. *in f.* de quo tamen non ſine ratione dubitat *Mejer in C. J.A.h.t.th.*13. *n.*2. *L.*8. §. 15. *ff. quib.mod.pign. ſolv.* Si planè inutilis ſit facta, vel in totum perierit, condemnatur reus ad rei æſtimationem: 17. §. *f.h. vid.* 3. §. 2. *Fr.h. num.*39 *Bach. Vol.* 1. *Diſp.*24. *th.*2. *lit.f.* & *tr.de action. Diſp.*6. *th.* 16. *p.* 21. *Hahn.h.n.*10. *verb. Nam ſi deterior redditur.* nec invito commodanti res ſimilis obtrudi poteſt. *Fr. d. l. Mev.ad J. Lub. lib.*3. *tit.*2. *art.*1. *n.*16. (*Diſſ. Köppen. lib.*2. *obſ.*10. *n.*5. *verſ. Quod ſi tamen.per l.* 14. §. 2. *ff. de conſt.pecun.*)

Tenetur verò Commodatarius tunc demum ad intereſſe vel æſtimationem deteriorationis ſive rei peremptæ, ſi ipſius *CULPA* vel mora intervenerit: 10. *pr.* & *L. fin. Mantica, de tacit. & ambig. convent. l.* 9. *t.*1. *num.* 14. *Barboſ. in Cod. ad l.* 3. *C. h. n.* 5. Præſtat autem Commodatarius in re commodata, & quæ illam ſequitur, *vid.* 5. §. 9. *h.* 14. §. 15. *de furt.* regulariter *CULPAM* etiam *LEVISSIMAM* (quia illius tantùm gratiâ regulariter commodatum contrahitur. 5. §. 2. *l.* 18. *pr. h.* §. 2. *I. quib. mod. re contrah. c. un. x. h. t. vid. Fr. h.n.*52. & *ſeqq.*) eamque rei propriæ præferre tenetur; 5. §. 4. niſi ſecundùm communem Dd. ſententiam, res commodata vilior ſit, propria autem pretioſior: *Bonacin. de contract. D.* 3. *q.* 1. *punct.* 6. *n.* 22. *Hahn. h. n.* 7. *verb. Dummodò non ipſius culpa. verſ. Ubi tamen diſtinguendum. Gloſſ. Bart. & alii in l.* 5. §. 4. *h.* hoc enim caſu nec pretium rei commodatæ ſine culpa ſua peremptæ commodanti refundere tenetur; *Lugo, de Juſt. & Jur. Diſp.* 8. *ſect.* 10. *num.* 140. ſed potiùs à commodante repetit, quæ de ſuo amiſit, ut ſervaret rem commodatam. *d. l.* 18. §. 2. *Lugo, d. ſect.* 10. *num.* 135. & *ſeqq. Zœſ. h. num.* 12. *in fin.* Si res commodata ſit utriusque, & commodantis, & commodatarii gratiâ, commodatarius tantùm *LEVEM*, 18. *pr. verſ. At ſi utriusque. Mantic. de tacit. & ambig. conv. lib.* 9. *t.* 2. *n.* 4. & ſi commodans ſua duntaxat cauſa commodaverit, aut ultrò ſeſe ad commodandum obtulerit, tunc *DOLUM* ſolummodo præſtat. 5. §. 10. *h. Mantica, d. tit. n.* 3. 5. & 7. *Burgund. tr. de peric. & culp. in contract. c.* 4. *n.* 1. & 3. *CASUM* vero fortuitum commodatarius nec in prima ſpecie præſtat: §. 2. *I. quib.mod.re.* 5. §. 4. *l.* 18. *pr. h.* 1. *C. h.* etiam de Jure Saxon. *Carpz. p.* 2. *conſt.* 26. *def.* 6. unde nec *DAMNUM* ab illo injuriâ datum reſarcire debet;

debet; *l.* 19. *vid. tamen* 25. §. 4. *l.* 41. *locat.* 66. *pr. solut. matrim. Bach. Vol.* 1. *Disp.* 24. *th.* 2. *lit.* 1. *vers. an verò qui utendum.* & *ad W. tit. locat. n.* 15. *Burgund. d. tr. de peric.* & *culp. in contractib. cap.* 8. *in fin. NISI* (1.) commodatarius hosce quoque casus & omne periculum in se receperit, 1. *C. h. t. c. un. x. h.* quo casu de solitis & insolitis tenetur, *arg.* 15. §. 2. *locat.* 78. §. *fin. de contrahend. empt. Carpz. p.* 2. *c.* 26. *d.* 8. *Bach. Vol.* 1. *Disp.* 29. *th.* 6. *lit. H.* ubi hoc limitant in casu omninò insolito, qui fortè mille annis semel contingit. *Vid. tamen Barbos. in Cod. ad l.* 1. *C. h. t. n.* 14. *Henning. Goss. decad.* 7. *quæst.* 5. *Sebast. Med. de cas. fortuit. p.* 1. *q.* 15. *n.* 18. & *q.* 16. *n.* 48. *Gail.* 2. *observ.* 23. *num.* 18. *Græv.* 2. *concl.* 23. *consid.* 4. (2.) Si culpa à commodatario præstanda casum præcesserit. 5. §. 4. & §. 7. 18. *pr. h. cap. un. x. h.* §. 2. *I. h. Köppen. lib.* 2. *obs.* 16. *n.* 6. *in fin. vid. Molin. de I.* & *I. disp.* 295. *n.* 5. (3.) Si commodatarii mora intervenerit, *c. un. x. h.* aut (4.) Res solius commodatarii gratiâ, & æstimatò commodata fuerit; 5. §. 3. *Bach. Vol.* 1. *Disp.* 24. *th.* 3. *v. omninò Fr. h. n.* 44. & *seqq.* quod tamen aliter explicat *Zœs. in Comm. h. t. num.* 10. *Hahn. ad Wes. h. n.* 7. *verb. dummodo non ipsius culpa. vers. si res æstimatò. Molin. de I.* & *I. disp.* 295. *n.* 9. & *seqq. vid. infr. h. t. in fine. Felic. de societ. cap.* 21. *num.* 18. *seqq.*

Cum hac aliquando concurrit actio L. Aquil. si nimirum res commodata culpa commodatarii deterior sit facta, 18. §. 1. si tamen prius agatur ex L. Aquil. hæc actio tollitur; 18. §. 1. hâc verò prius instituta remanet actio Legis Aquil. quatenus plus continet. 7. §. 1. *h. junct.* 34. §. *f. de oblig.* & *action. Fr. h. n.* 37. & *seq. Tabor. racem. crim.* 1. *th.* 82. & *seqq.* A

Actio commodati *CONTRARIA* est personalis, competens commodatario, ejusque heredibus, adversus commodantem, ejusque heredes, ad indemnitatem rei commodatæ nomine consequendam: 17. §. 3. ut si usus intempestivè revocatus sit, 17. §. 3. aut commodans sciens nihilque monens rem vitiosam commodavit, unde commodatarius damnum accepit. 18. §. 3. *L. pen. h.* (Commodator enim regulariter præstat dolum: qui hic quoque comprehendit latam culpam. *Lugo, de I.* & *I. disp.* 8. *sect.* 9. *num.* 118. *Bachov. Vol.* 1. *Disput.* 24. *thes.* 4. *lit. C. Bus. ad d. l.* 18. §. 3.) Datur etiam ad recuperandas expensas extraordinarias, in rem commodatam ex necessitate factas: modicas & cibaria præstet commodatarius. 18. §. 2. *Hunn. in Encyclop. jur. lib.* 3. *tit.* 10. *cap.* 2. *n.* 3. *Mantic. de tac.* & *amb. convent. lib.* 9. *t.* 2. *num.* 6. *Bonacin. de contract.* D

contract. Disp. 3. *quæst.* 15. *n.* 4. *Garſ. de expenſ. & melior. c.* 3. *n.* 43. De Utilibus impenſis *vid.* 25. *de pign. act. Fr. h. n.* 62. *in fin.* Si commodatarius rem perdidit, & pro ea pretium dedit, deindè res in poteſtatem commodantis venit, datur commodatario hæc actio, ad rem vel pretium repetendum, 17. §. *f. L.* 21. ita, ut electio ſit commodatoris tanquam debitoris. *d.l.*17.§.*f.*10.§.*f. de jur. dot. Bachov.V.*1. *Disp.*24.*th.*4. *lit. d. verſ. Si res commodat. Fr. h. n.* 59. & 60. *Zœſius h.n.*18. *Gœhauſ.part.* 2. *pericul. Academ. q.* 43.

SS Quod autem contrario judicio conſequi quisque poteſt, id etiam, ſi directâ actione conveniatur, poteſt ſalvum habere. 18. §. *f. h.* 15. §. *ult. l.* 59. *de furt.* * Jure penſationis ſive compenſationis, *vid. l.*11. *de neg. geſt.* ſi æſtimatio venit præſtanda: *f. pr.* & §. 1. *C. de compenſ. arg. pen. C. de depoſ. Zœſ. h. n.* 22. *Buſ. ad d. l.* 18. §. *f. h. t. de Meſa, l.* 2. *varr. reſoll. cap.* 34. *n.* 20. D * Jure retentionis, ſi res commodata eſt ſpecies & in ſpecie reſtituenda. *arg.* 18. *de pignor. act.* 4. *C. de compenſ. f. C. h. Grœnevv. ad d. l. f. commod.* d.

Occaſione *L.* 5. §. 2. *h.* agetur hîc generaliter de dolo, culpa & caſu.

D * *DOLUS* (*vid. ſupr. ad tit. de dol. mal.*) hic eſt machinatio alium ſcienter & maligno animo lædendi: 1. §. 2. *de dol.* 7. §. 9. *de pact.* Sola ſcientia non ſufficit. 29. *pr. mandat. Molin. de J. & J. tr.* 2. *Disp.*293. *num.* 5. Hic dolus præſtatur in omni contractu, nec conventione poteſt excludi. 23. *de R. I.* 27. §. 3. *de pact.* 17. *pr. commod.* E

D * *CULPA* latè ſignificat factum hominis, injuria damnum producens, & ideò præſtandum. In hac ſignificatione etiam dolum comprehendit, *vid.* 5. §. 1. *ad L. Aquil.* 11. §. *f. de adulter.*38. *ſolut. matrim.*203. *de R. I.*11. §. 1. & 2. *C. de repud. Gœdd. ad l.*213. §. 2. *n.*1. *de V.S. Bargal. de dolo, lib.*5. *c.*1. *n.*3. & *ſeqq. Molin. de J. & J. tr.*2. *Disp.*293. *n.*2. ſive dicto, ſcripto, aut conſilio, imo actu negativo fiat: *vid.* §. *f. I. de V. O.* 4. *quæ in fraud. credit.* 121. *de R. I.* 189. *de V. S. Grot. de jur. bell. & pac. lib.* 2. *cap.* 4. *n.* 5. c,,

Dividitur (1.) in culpam Omiſſionis & Commiſſionis. *vid.* 91. *pr. de V. O. Gœdd. ad d.* §. 2. *num.* 1. *in fin. Bargal. d. c.* 1. *num.* 14. & 15. (2.) In culpam Malitiæ, quæ nihil aliud, quàm dolus, & imprudentiæ ſeu Negligentiæ. *Molin. de juſt. & jur. d. Disp.* 293. *num.* 5. *in fin. Gothofr. in commentar. ad tit. de R. I. ad l.* 23. *p.* 107.

Culpa

Culpa *IMPRUDENTIÆ* est factum hominis, negligen- D
tiâ sive imprudentiâ damnum producens, quod aliàs huma-
nitùs prudenti & diligenti consiliô & curâ caveri potuisset.
*Tabor. part. elem.p.*4.*sect.* 1. *th.*4. Inde vocatur negligentia,
imprudentia, desidia & incuria. §. 3. *I. quib. mod.re.* §. *ult. l.*
de soc. 1. §. 5. *de O. & A.* 213. §. 2. *de V. S.* 64. *pr. de evict.*

Hujus, ut & diligentiæ, sunt tres gradus: *vid.* 5. §. 2. *com-* †
mod. 47. §. 5. *de leg.* 1. *l.*6.9. §.2. *de jur. & fact. ignor. Bach. Vol.*
1. *Disp.* 26. *th.* 2. *lit. a. verb. Illud hic semel. Vinn. ad* §. 2. *I.*
quib. mod. re. n. 7. & 10. *Bocer. in Comm. in l.* 23. *de R. I. c.*
F 3. *n.* 10. (1.) **INFIMA* seu remissa diligentia est, quam D
omnes homines communi sensu utentes, etiam parum dili-
gentes, in rebus suis adhibere solent. §. 3. *I. quibus mod. re.*
32. *ibi: Qui non ad eum modum. depos. Gothofr. in Comm. in*
*tit. de R. I. ad l.*23.*pag.* 108. Hujus omissio dicitur *CULPA*
LATA. 213. §. *f. l.* 223. *de V. S.* & latior, &c. *in l.* 32. *depos.*
Gothofr. d. l. Bargal. tr. de dol. lib. 5. *c.* 1. *n.* 19. *Mejer. in*
Comm. de culpa in contract. præstand. th. 12. & *th.* 88. *Vinn.*
ad §. 2. *I. quib. mod. re. num.* 8. *in fin. Gothofr. ad d. l.* 23.
pag. 108. & *seq. Bocer. in Comm. in l.* 23. *de R. I. num.* 12.
& *seq.* Exempla *vid. apud Vinn. d. l. Lugo, de J. & J. Disp.*
8. *sect.* 3. *num.* 26. *l.* 7. *pr. depos.* 8. §. 10. *mand.* 7. §. 7. *de*
dol. mal. Burgund. in Comm. de peric. & culp. in contr. cap. 1.
num. 7. (*vid. tamen* 15. §. 1. *de jud.*) 29. *pr. mandat.* 7. *ad L.*
Cornel. de Sicar. & ap. Gothofr. ad d. l. 23. *de R. I. pag.* 110.
& 111. Hanc nonnulli dividunt in culpam malitiæ & igna- †
viæ; *Zas. lib.* 1. *sing. resp. cap.* 2. *n.* 11. *Bargal. d. l.* 5. *cap.*
2. *n.* 3. & *seqq. Bach. Vol.* 1. *D.* 26. *th.* 2. *lit. i. verb. Illud*
hic semel. sed illa verum dolum continens, *Bargal. d. cap.* 2.
n. 4. & *Zas. d. cap.* 2. *n.* 13. dolo annumeratur. *Bachov. in*
Comm. Inst. ad §. 2. *quib. mod. re. n.* 3. *in fin. ibi Vinn. n.* 11.
Gothofr. in Comm. in tit. de R. I. ad l. 23. *p.* 108. & 112. Lata
culpa, quia prope fraudem & dolum accedit, 29. *pr. mandat.* 7.
§. 1. *de susp. tutor.* in contractibus, & in quibusdam delictis,
quoad pecuniarium interesse, juris interpretatione, dolo æqui-
paratur, & quoad effectum juris, doli appellatione com-
prehenditur. 226. *de V. S.* 1. §. 5. *de O. & A.* 32. *depos.* 8. §. 3. *de*
precar. 1. §. 2. *si is, qui test. lib. juss.* 1. §. 1. *si mens. fals. mod.* licet
particula taxativa doli vocabulo addita sit, *l.* 1. §. 5. *de O. & A.*
8. §. 3. *de precar.* 1. §. 1. *si mens. fals. mod. Gothofr. ad d. l.* 23.
p. 112. *vid. omninò Bargal. tr. de dol. lib.* 5. *c.* 2. *n.* 6. &

seqq. num. 20. *& seqq. Mejer. in Comm. de culpa in contr. præstand. th.* 107. *& seqq.*

D * *MEDIA* sive exacta diligentia est, quam natura humana, consueta sc. desiderat, 32. *depos. Bach. Vol.* 1. *Disp.* 10. *th.* 5. *lit. C. D. verb. uno deposito excepto.* & homines frugi ac diligentes in rebus suis communiter adhibere solent. 11. *de peric. & commod. rei vendit.* 35. §. 4. *de contr. empt.* 10. *de adm. tut.* 14. *de pign. act* 31. *ad L. Aquil.* Hanc si quis rebus alienis, vel aliis in specie restituendis non adhibeat, *LEVIS CULPA* vocatur; 7. *C. arbitr. tutel. junct.* 10. *de adm. tut.* 47. §. 5. *de leg.* 1. *l.* 22. §. 3. *ad SCt. Trebell. vid. Bargal. tr. de dolo, lib.* 5. *c.* 3. *num.* 4. *& seqq.* quæ in jure regulariter vocabulo culpæ simpliciter posito denotatur. 5. §. 2. *commod.* 23. *de R. I.* 5. §. 3. *de in litem jur.* 13. §. 1. *junct.* 14. *de pign. action.* 1. §. 35. *depos. Vinn. ad* §. 2. *I. quib. mod. re. n.* 9. *in fin. Bargal. d. cap.* 3. *n.* 18. *& seqq.* nisi subjecta materia & leges aliud suadeant. §. 6. *I. de susp. tut. junct.* 7. §. 1. *ff. eod.* 25. §. *pen. locat.* 16. *de cond. furtiv.* 11. §. *f. de adult.* Hæc culpa interdum in concreto accipitur (pro illa negligentia, qua quis non adhibet diligentiam, quam aliàs in suis rebus adhibere solet) ut in societate, §. *fin. I. de Societ.* 72. *pro soc.* & rerum communione: 25. §. 16. *famil. ercisc.* In hisce negotiis, si diligentissimus, & minùs diligens, non adhibeant suæ consuetæ diligentiæ gradum, uterque in concreto levem culpam committit; §. *f. I. de soc. dd. ll.* cùm in abstracto illius culpa sit levissima, hujus vero lata. 32. *depos.* In hoc minùs diligenti dolus præsumitur, si ipse minimam illam diligentiam in alienis non adhibeat; sed idem præsumi in levi culpa, vanum, de levissima autem culpa vanissimum & falsissimum esse scribit *Mejer. in Comm. de culpa in contract. præst. th.* 123. ubi docet, *c.* 2. *x. depos.* nimis crudum esse. *Vid. Tabor. part. elem.* 4. *sect.* 1. *th.* 5. *in fin. Bargal. d. l.* 5. *c.* 3. *n.* 11. *&* 12. *Bach. V.* 1. *D.* 10. *th.* 5. *lit. C. verb. Uno deposito excepto. Fr. Exerc.* 9. *q.* 9. In dote & administratione tutelæ culpa levis in abstracto accipitur; 24. §. 5. *sol. matr.* 10. *de admin. tut.* si tamen maritus & tutor in suis essent diligentissimi, eandem diligentiam, summam sc. etiam in rebus dotalibus & pupillaribus adhibere tenentur. 17. *pr. de jur. dot.* 1. *pr. de tut. & ration. distr.* f.,

D Diligentia * *SUMMA* sive exactissima est, quæ ab hominibus diligentissimis in rebus suis communiter adhiberi solet. 18. *pr. commod.* 1. §. 4. *de O. & A.* §. 2. I. *quib. mod. re.* 25. §. *pen. locat.* Hæc vocabulo diligentiæ absolutè posito signi- f.

ſignificatur. 5. §. 2. *in f. §. ult. commod.* 23. *de R. I. Bocer. in Comm. ad L.* 23. *de R. I. c.* 3. *n.* 23. *& ſeqq. Bachov. Vol.* 1. *Diſp.* 26. *th.* 2. *lit. a. verb. Illud hic ſemel. ferè in fin. Vinn. ad* §. 2. *I. quib. mod. re. n.* 10. *vid. tamen* 68. *pr. de contrahend. empt.* 36. *de action. empt.* 6. *junct. l. ult.* §. 4. *de adm. rer. ad civit. pertin. Mejer. in Comm. de culpa in contr. præſt. th.* 186. *& ſeqq.* Hunc extremum diligentiæ gradum in jure vocabulo *CUSTODIÆ* denotari, tradunt *Cujac. lib.* 19. *cap.* 24. *Bocer. in Comm. ad l.* 23. *de R. I. c.* 3. *n.* 26. *Vinn. ad §.* 2. *I. quib. mod. re. num.* 10. reprehenſi à *Pac. in tr. de contract.* 1. *cap.* 9. §. 99. *Borch. Eden. in tr. de Damnor. culp. infect. præſt. part.* 3. *ſect.* 2. *th.* 2. *& ſeqq. Mejer. in Comment. de culpa in contr. præſt. th.* 231. Cuſtodia enim nihil eſt aliud, quàm opera, quæ rei aſſervandæ impenditur: eſtque, inſtar diligentiæ, vel infima ſive remiſſa, §. 3. *I. quib. mod. re.* vel media ſive exacta, §. 17. *I. de obl. quæ ex delict.* §. *f. I. quib. mod. re.* 35. §. 4. *de contr. empt.* vel ſumma, exactiſſima ſive plena. 2. §. 1. *de peric. & commod. rei vend.* 5. §. 5. *commod. junct.* 1. §. 4. *de obl. & act.* Qualis autem cuſtodiæ gradus vocabulo illo abſolutè poſito intelligatur, ex ſubjecta materia & aliis legum verbis eſt æſtimandum. *vid.* 28. *C. de locat.* §. 3. *I. de empt. vend.* 14. *pr. in fin. de furt.* Licet enim cuſtodia ſub generali vocabulo diligentiæ comprehendatur, ſæpè tamen & diligentia, & cuſtodia ejusdem gradûs conjunguntur. 36. *de act. empt.* 13. §. 1. *junct.* 14. *de pign. act.* 19. *C. de pign.* 5. §. *f. commod. Gothofr. in Comm. ad tit. de R. I. in l.* 23. *p.* 119. Summa diligentia interdum dicitur exacta, poſitivo pro ſuperlativo poſito; §. 2. *I. quib. mod. re. vid.* 5. §. 5. *commod. Bach. ad d.* §. 2. *ferè in fin.* Neque ſuperlativus ſemper ſignificat extremum in ſummo gradu. *Vinn. ad d.* §. 2. *n.* 13. *Mejer. in d. comm. th.* 19. 40. *& ſeqq.* Summæ ſive exactiſſimæ diligentiæ omiſſio dicitur *CULPA LEVISSIMA*, 44. *ff. ad L. Aquil. vid. Mejer. in Comment. de culpa in contr. præſt. th.* 18. *& ſeqq. Bargal. d. tr. de dol. lib.* 5. *cap.* 4. *num.* 1. *& ſeqq.* ſive minima. *Bargal. d. cap.* 4. *num.* 3. Exempla refert *Bargal. d. c. num.* 6. *Vinn. ad* §. 2. *I. quib. mod. re. num.* 10. *Bonacin. de contr. & reſtit. Diſp.* 3. *quæſt.* 1. *punct.* 6. *num.* 1. *verſ. Culpa leviſſima.* D

Quæ de diligentiæ & culpæ æſtimatione dicta ſunt, Dd. communiter reſtringunt ad homines ejusdem conditionis & profeſſionis; ita, ut lata culpa ab ipſis deſcribatur omiſſio diligentiæ, quam omnes homines ejusdem profeſſionis

nis & conditionis, etiam minùs diligentes, adhibere solent, &c. *Bonac. de contr. & restit. d.* 3. *q.* 1. *punct.* 6. *num.* 1. *Bocer. in Comm. ad l.* 23. *de R. I. c.* 3. *num.* 11. *Bargal. tr. de dolo, l.* 5. *c.* 4. *num.* 7.

Quid in unoquoque contractû præstandum sit, dependet ex conventione partium, 5. §. 2. 10. *commod.* 23. *de R. I.* 1. §. 6. *depos.* 1. *C. eod. vid. tamen* 6. *de pact. dotal.* Si vero nihil conventum, respicitur ad naturam contractus. Ubi nota: (1.) Si contractum sit propter solius accipientis utilitatem, v. gr. commodatum, 1. §. 4. *de O. & A.* 18. *pr.* tùm obligatur debitor ad summam diligentiam: 5. §. 2. *commod. Bonac. tr. de contract. & restit. D.* 3. *q.* 1. *punct.* 6. *n.* 5. excepto precario, ubi tantùm dolum & latam culpam præstat. 8. §. 3. *de prec. Mejer. in comm. de culp. in contr. præst. th.* 124. *Tabor. in part. elem.* 3. *in fin. th.* 3. Dans verò tantùm de dolo tenetur. 61. §. 6. *de furt. Mejer. d. Comm. th.* 302. (2.) Si utriusque utilitas versatur, levem culpam sibi invicem præstant. §. *f. I. quib. mod. re.* 5. §. 2. *l.* 18. *pr. vers. At si utriusque commod.* 31. *in f. locat.* 108. §. 12. *de leg.* 1. *Bonac. d. Disp.* 3. *q.* 1. *punct.* 6. *n.* 7. (3.) Si solius dantis utilitas versatur, accipiens tantùm latam culpam præstat, 5. §. 2. & 10. *l.* 12. *pr. Commod.* 1. §. 5. *de O. & A.* 108. §. 12. *de leg.* 1. dans verò omnem diligentiam & culpam. 61. §. 5. *de furt. Mejer. in d. Comm. th.* 302. *Bach. Vol.* 1. *D.* 27. *th.* 7. *lit. e. f. Hahn. ad W. tit. depos. n.* 14.

H *CASUS* fortuitus interdum bonam denotat fortunam, C.
§. 39. *I. de R. D.* sæpiùs verò malam: in lata significatione omnem eventum, qui accidit sine intentione illius, qui illum patitur, licet ex ejùs culpa. 9. 11. *de incend.* 1. §. 3. *ad L. Cornel. de Sicar. Carpz. p.* 1. *q.* 1. *n.* 55. *vid. Tabor. in racem. crim.* 1. *th.*
D 26. Strictè, & ex communi usu juris, est rei eventus, qui nullâ humanâ diligentiâ vel prudentiâ ab eo, qui illum patitur, præcaveri potest: 2. §. 7. *de admin. rer. ad civit. pertin.* 23. *de R. I.* 4. *C. de peric. tut. Medic. tr. de casib. fortuit. parte* 1. *q.* 12. *n.* 1. sed cuivis diligentissimo contingere possit, 11. §. 5. *de minor.* propter ignorantiam humanam, 6. *C. de pign. act.* 29. §. 2. *mand.* vel infirmitatem humanam. 1. §. 4. *de O. & A.* 15. §. 2. *locat.* 18. *pr. commod.* 23. *de R. I. v. Gothofr. in comm. in tit. de R. I. ad d. l.* 23. *pag.* 144. *& seqq. Gregor. Tholos. in Syntagm. univers. jur. lib.* 21. *cap.* 12. *n.* 4.

S Hic casus dicitur etiam fatum, damnum fatale, fortuna, vis magna, major, divina, *vid. Bocer. ad l.* 23. *de R. I. cap.* 3. *num.*

num. 33. *Rebhan. in Hodeg. jur. chart.* 2. *clim.* 3. *par.* 3. *th.* 40. item casus improvisus. 13. *C. mand.* 1. *C. ad L. Cornel. de Sicar.* (*diss. Sebast. Med. d. tr. q.* 12. *n.* 10. *& Petr. Greg. Tholos. d. c.* 12. *n.* 3.) Item periculum: 9. §. *f. l.* 11. *pr. de R. C.* 12. §. 1. *deposit.* 17. §. 1. *& pen. de P. V.* 12. 14. *de peric. & commod. rei vend.* 14. *pr. de furt.* quamvis hoc vocabulum etiam denotet damnum culposum; & res nostro periculo esse dicatur, in qua tantum culpam levem & levissimam præstamus. 13. §. 1. *de liber. caus.* 1. §. 35. *depos.* 37. §. 1. *de neg. gest.* 40. *locat.* 25. *pro soc.* 14. §. 16. *de furt.* Si dicitur, aliquem periculo culpæ, negligentiæ, custodiæ vel contumaciæ obligari: 39. §. 12. *l.* 40. *de admin. tut.* 5. §. 7. *ibi: Periculum, quod culpa contingit. ff. commod.* 18. *pr. de damn. infect. Vinn. ad* §. 2. *I. quib. mod. re contr. obl. n.* 4. *Pantzschmann. lib.* 1. *q.* 6. *n.* 32. *& seq. Bocer. in l.* 23. *de R. I. cap.* 3. *n.* 34. Et qui periculum per pactum in se recepit, non semper de casu fortuito tenetur. *vid.* 7. §. 15. *de pact. junct.* 1. §. 35. *depos. Rauchbahr. part.* 2. *q.* 29. *n.* 29. Quale vero periculum præstare debeat, ex subjecta materia & paciscentium intentione dijudicandum est. *vid. omninò Sebast. Medic. d. tr. de casib. fort. part.* 1. *q.* 15. *pr. & q.* 11. *n.* 20. *&* 21. *Pantzschmann. l.* 1. *quæst.* 6. *per tot.*

Casus regulariter in nullo contractu præstatur: 23. *de R. I. l.* 6. *C. de pign. act.* (ubi verbis illis: *Nullo bonæ fidei contractu.* contractus stricti juris non excluduntur. 23. *de V. O. Vinn. ad* §. 2. *I. quib. mod. re. n.* 4.) *Bonacin. tr. de contract. & restit. Disp.* 3. *q.* 1. *punct.* 6. *n.* 21. *NISI* (1.) casum præcesserit culpa aliis præstanda, 5. §. 4. *&* 7. *commod. cap. un. x. eod.* vel (2.) mora: 23. *de V. O.* 12. §. 1. *depos.* 8. §. 6. *de precar. c. un. x. de commodat. Vinn. ad* §. 2. *Inst. quib. mod. re. n.* 6. *vid. tamen* 14. §. 1. *deposit. Bach. Vol.* 2. *Disp.* 3. *th.* 8. *lit. a. & b.* aut (3.) pacto quis casus fortuitos receperit: 9. §. 2. *locat.* 6. *C. de pign. act.* 1. *C. depos.* 1. *C. commod. cap. un. x. de commod. Tab. de contr. & jur. socidæ, c.* 5. *n.* 7. licet casus specialiter non enumeraverit, *Bus. ad l.* 15. §. 2. *locat. n.* 8. *vid. Pantzschm. l.* 1. *q.* 6. *n.* 44. *& sq.* aut sit casus insolitus; (*vid. Pantzschm. lib.* 1. *q.* 8. *arg.* 8. *de publ. in rem act.* 1. §. 1. *de leg. præstand.* 78. §. *f. de contrah. empt. Mæstert. in varr. suis trr. de locat. & conduct. Q. Cùm casum fortuitum in se suscepit, &c. Bus. ad d. l.* 15. §. 1. *locat. n.* 6. *&* 7. *Pantzschm. lib.* 1. *q.* 7. *vid. supr. Object.* (*dissentiunt* ¶¶. *Gail.* 2. *obs.* 23. *n.* 18. *& obs.* 52. *n.* 27. *Rauchb. l.* 2. *qu.* 29. *n.* 20. *& alii supra h. t. in O. Commodati circa finem citati Dd.*) aut (4.) res venditionis gratiâ æstimata fuerit tradita; 10. *C. de jur.*

dot. l. un. §. 9. *in fin. C. de rei uxor. act.* 10. *pr.* 16. 18. *de jur. dot. Pantzschm. lib.* 1. *q.* 6. *n.* 36. quod secus est in æstimatione taxationis gratiâ addita, quæ casum fortuitum non transfert; *Cpz. p.* 2. *c.* 37. *d.* 16. *Richt. part.* 2. *dec.* 81. *n.* 13. ¶. nisi ubi aliàs levissima culpa fuit præstanda. Hanc enim æstimationem unum gradum addere, docet *Franzk. in Comm. π. Commod. n.* 44. *& seq. Rauchb. lib.* 2. *q.* 29. *n.* 24. ¶¶. per *l.* 52. §. 3. *ff. pro soc. l.* 5. §. 3. *ff. commod.* (*diss. Nic. Burg. in Comm. de peric. & culp. in contr. cap.* 12. *n.* 4. 5. *&* 6. *Molin. de J. & J. tr.* 2. *Disp.* 294. *n.* 10. *&* 11. *Costal. in l.* 5. §. *Nunc videndum. ff. Commod. n.* 9. *Add. Disp. de peric. rer. in S. C. illat.* §. 40. *& seqq.* ubi Franzkii sententia repudiatur.

DE PIGNORATITIA XIII. 7. ACTIONE.

H PIGNUS denotat rem in securitatem debiti obligatam. §. *f. I. quib. mod. re contr. oblig.* 1. §. 6. *de O. & A. t. t. ff. & C. de distract. pign.* vel ipsum jus in re, 26. *h. t. t. quib. mod. pignus tac. contrah. t. t. quib. mod. pignus solvit.* vel contractum pignoris. 1. §. 4. *de pact.* 5. §. 2. *commod. vid. Bach. tr. de pign. & hypoth. lib.* 1. *cap.* 1. In hac ultima significatione est contractus realis, quo res in securitatem debiti (præsentis vel futuri, simplicis vel mixti, civilis vel naturalis tantùm, *arg.* 11. §. 2. *h.*) traditur, ut eadem, soluto pignoris vinculo, in specie restituatur. §. *fin. I. quib. mod. re.* 1. §. 6. *de O. & A.* Est

N nominatus, §. *f. I. quib. mod. re. Merlin. in tr. de pignor. & hypoth. l.* 1. *tit.* 1. *q.* 6. *n.* 2. bonæ fidei, *arg.* §. 28. *I. de act.* διπλευρος, §. *f. I. quib. mod. re junct.* 1. §. 2. *l.* 8. *pr.* 16. §. 1. *de pignor. act. Bach. tr. de pign. & hypoth. l.* 3. *c.* 9. *n.* 1. & accessorius. *Bach. d. tr. l.* 2. *c.* 1. *n.* 1.

C Causa efficiens est consensus, & rei traditio; §. *fin. I. quib. mod. re.* 1. §. 6. *de O. & A.* (*Obss.* 1. *pr. h.* 66. *pr. de furt. Ant. Pichard. ad d.* §. *fin. &* §. 28. *I. de action. q.* 24. *n.* 1. qua non dominium; sed naturalis rei possessio in accipientem transfertur. 35. §. 1. *h.* 13. *pr.* 16. *de usurp. & usucap. Hahn. in tr. de jur. rer. concl.* 63. *n.* 6. *vid. tamen Bach. tr. de pign. l.* 3. *c.* 6. *n.* 1.

S Hunc contractum dando & accipiendo celebrant, qui contrahendo sese obligant. Pupillo pignus capienti necessaria est tutoris auctoritas. 38. *h. vid. Bach. tr. de pign. l.* 2. *c.* 15. *& l.* 5. *c.* 17. *in fin. pr.*

O Objectum sunt res omnes, in commercio: *vid.* 9. §. 1.

de

de pign. 1. §. 2. *quæ res pign. Aut. Pichard. ad* §. 28. *l. de act quæst.* 24. *n.* 2. corporales & incorporales, 11. §. 2. *de pign.* 4. C. *quæ res pign. oblig. Bach. d. tr. de pign. lib.* 2. *cap.* 6. *in pr.* mobiles & immobiles; etiam alienæ, scil. ut actio pignoratitia competat. 9. §. 4. *l.* 22. §. 2. *h. Bachov. d. tr. lib.* 2. *cap.* 3. *in pr. p.* 98. Quia verò creditori in re aliena pignori data jus in re non acquiritur, 6. *C. si alien. res pignor. dat.* proinde ipsi contra dantem eo nomine actio pignoratitia contraria datur; licet necdum alius ea de re ipsi controversiam moveat, & debitor solvendo sit. 9. *pr.* 16. §. 1. *l.* 32. *h. Bachov. tr. d. pign. d. c.* 3. *pr. p.* 98 *& lib.* 5. *c.* 19. *n.* 4.

A Adjicitur interdum huic contractui * *PACTUM* A
ἀντιχρήσεως, quo creditori jus re pignorata utendi fruen- D
di, in vicem usurarum vel pro usura æris alieni, conceditur;
B idque vel * tacitè admodum legitimarum usurarum, 8. *quib. mod. pign. tacit. contrah. Bachov. Vol.* 2. *Disp.* 1. *th.* 6. *lit. b. Tabor. tr. de alter. tanto. p.* 3. *art.* 12. *Carpz. p.* 2. *c.* 30. *d.* 40. *num.* 1. *&* 2. *Scheffer. part.* 2. *q.* 22.

b. Vel * expressè: & si quidem fructus sint * incerti, (e-
C ventu vel pretio.) legitimus usurarum modus exactè non observatur; *l.* 17. *C. de usur. Cpz. d. def.* 40. *&* 41. ¶. *Scheffer. lib.* 1. *q.* 17. ¶. *Rauchbahr. lib.* 1. *quæst.* 20. *Hagen. tr. de usu usur. c.* 11. *num.* 123. *& seqq. Berlich. part.* 2. *decis.* 170. *num.* 25. *vid.* **Würtemb. Lands-Ordn.** *tit.* 56. *p.* 118. §. **Dann sonsten.**

c. * certi; tùm ultra legitimum usurarum modum hoc pactum non subsistit, *Hagen. d. c.* 11. *n.* 129. *v. Berlich. d. decis.* 170. *n.* 24. *Hahn. ad Wesenb. tr. tit. de pign. num.* 5. *Mev. discuss. levam. inop. debitor. c.* 4. *n.* 14. *& seqq.*

a. * Lex *COMMISSORIA* pignoribus addita est pactum, D
quo inter creditorem & debitorem convenitur, ut, sua die debito non soluto, pignus, pro quantitate debita, pleno jure creditori acquiratur. *Mastert. tr. de leg. commiss. q.* 2. *n.* 1. *Mudæ. de pignor. tit. de pact. leg. commiss. n.* 38. Quod ex justa causa, N
(*vid. Trentacinq. lib.* 3. *tit. de pign. Resol.* 11. *n.* 15. *vers. pro veritate. Bachov. de pign. lib.* 1. *c* 15. *n.* 17. *Mastert. d. tr. q.* 3. *n.* 2.) in pignoribus reprobavit Constantinus Imperator, *f. C. de pact. pignor. Moller. lib.* 2. *semestr. cap.* 34 *Mastert. d. q.* 5. & Jus Canonicum, *c. pen. x. de pign.* Feudale, *c. un. pr.* 1. *F.* 27. atq; Würtembergicum. **Land-Recht**/ *part* 2. *tit.* 7. *pag.* 258. *& seq.* §. **Nachdem wir.** *vid. Molin. de I. & I. tr.* 2. *Disp.* 324. *num.* 2.

num. 2. *Lugo, de I. & l. Disp.* 25. *sect.* 8. *num.* 177. Ita, ut nec
I.n hodie valeat, licet (1.) ex intervallo sit additum; *arg. f. C. de pact. pign. Obst. l.* 34. *ff. de pign. action. Muda. d. tit. num.* 22. *& seqq. Mæstert. d. tr. q.* 6. *C. J. A. tit. de pign. th.* 15. *num.* 1. *Merlin. de pign. lib.* 4. *tit.* 4. *quæst.* 123. *n.* 83. *& seq. vid.* **Würtemb. Landr.** *p.* 2. *tit.* 7. *pag.* 258. *& seq.* §. **Nachdem wir.** *ibi:* **oder auch dem Glaubiger/rc.** *vid. tamen Bachov. de pign. lib.* 1. *c.* 16. *n.* 4. (2.) pro quocunque debito pignus cum tali pacto sit contractum; *arg. f. C. de pact. pign. Muda. d. tr. num.* 4. *Trentacinq. lib.* 3. *tit. de pign. Resol.* 11. *num.* 3. *Merlin. d. q.* 123. *n.* 10. etiam dote. *Mæstert. d. tr. q.* 10. *Bachov. lib.* 1. *de pign. c.* 16. *n.* 6. *in fin.* (3.) licet non cum ipso creditore, sed cum fidejussore, *arg. f. C. de pact. pign. Mæstert. d. tr. quæst.* 12. *Trentacinq. d. Resol.* 11. *n.* 12. *&* 15. *Bach. d. c.* 16. *n.* 5. *Merlin. d. q.* 123. *num.* 81. *C. J. A. h. Diss. Muda. d. tit. num.* 13. *& seqq.* ¶. *per l. f. de contrah. empt.* & non de oppignorata; sed alia debitoris re hoc pactum sit initum. *arg. d. l. f. Mæstert. d. tr. q.* 7. *Muda. d. t. num.* 6. *&* 7. *Trentacinq. d. Resol.* 11. *n.* 10. (4.) Licet juramentum accesserit; *arg.* 5. *C. de legib. Trentacinq. d. Resol.* 11. *n.* 6. *Bachov. d. lib.* 1. *cap.* 16. *num.* 1 *&* 2. quod tamen jure Canonico servandum. *cap. p. x. de pign. Bach. d. l. Trentacinq. d. l. Merlin. d. q. num.* 17. *& seqq.* Imo nec statuto vel consuetudine hanc pactionem approbari posse, tradit *Muda. d. t. num.* 10. *Trentacinq. d. Resol.* 11. *n.* 4. *Mæstert. d. tr. quæst.* 13. *n.* 4. *Merlin. d. quæst.* 123. *num.* 25. *& seq.* quod tamen limita ex *Lugo, d. sect.*
SS 8. *n.* 177. *& Molin. d. disp.* 324. *n.* 2. Illud pactum, ut, debito sua die non soluto, creditor rem oppignoratam justo pretio habeat emptam, omnino subsistit: 16. §. *f. de pign. f. de contrah. empt. Mæstert. d. tr. quæst.* 14. *Muda. d. tit. num.* 3. *Trentacinq. d. Resol.* 11. *num.* 14. *Lugo, d. Disp.* 25. *sect.* 8. *n.* 178. *Carpzov. in Asyl. debitor. cap.* 2. *pos.* 52. *n.* 304. *& seqq. vid. Merlin. d. quæst.* 123. *num.* 51. *& seqq.* A pacto commissorio etiam differt pactum, ut debitor debito, die conventa, non soluto, rem oppignoratam creditori cedat, vendat, aut in solutum det, de quo in *l.* 1. *C. de pact. pign. Bach. l.* 1. *de pign. c.* 16. *num.* 7. *&* 8. *Merlin. l.* 4. *de pign. tit.* 4. *q.* 123. *n.* 3. *&* 4.

E Ex hoc contractu pignoratitio Creditor tenetur principaliter, actione directâ, Debitor ex post facto minùs principaliter, actione contraria.

H *ACTIO PIGNORATITIA* abusivè significat hypo-

hypothecariam; *3. §. 3. ad exhib. 9. in f. pr. quib. mod. pign. solv. 41. de pign. act. 13. pr. de cond. indeb. Vinn. ad §. f. I. quib. mod. re. n. 3. Bach. de pignor. lib. 5. c. 15. n. 1.* Illa enim est prætoria, realis, ex Jure in re, competens creditori adversus quemcunque possessorem, ad rei oppignoratæ possessionem consequendam; *§. 7. I. de action. 66. pr. de evict.* Hæc verò est civilis, bonæ fidei, *§. 28. I. de Action.* & merè personalis. *f. C. de distr. pign. Bach. d. tr. l. 5. c. 19. n. 2. Hahn. ad W. h. n. 7.* ex contractu pignoratitio descendens, directa vel contraria. *vid. Bach. d. tr. l. 5. c. 15. n. 15. Merlin. de pign. l. 5. tit. 2. q. 64.*

A Actio pignoratitia * *DIRECTA* est personalis, competens D
illi, qui pignus dedit, ejusque heredibus, adversus creditorem, ejusque heredes, ad rem oppignoratam, pignoris vinculo soluto, recuperandam. §. *f. I. quib. mod. re.* Est- †
que directa, vel utilis. *Bach. de pign. l. 5. c. 19. n. 4.*

Quamprimùm pignus rei traditione contractum est, hæc C
actio nascitur; *d. §. f. l. 1. §. 6. de O. & A.* sed regulariter solutô demum pignoris vinculo intentari potest; (& ad hunc effectum nasci dicitur in *l. 9. §. 3. h. vid. 13. §. 8. de act. empt. vend.) Bach. de pign. l. 5. c. 16. n. 2. Merlin. de pignor. lib. 5. tit. 2. q. 65. n. 1. Franzk. h. num. 6. & seqq.* Si creditor hypothecæ rei possessionem sit consecutus, utilis datur actio. *34. de damn. infect. 11. §. 5. h. 7. ff. de distr. pign. junct. 13. h. Bachov. d. tr. lib. 5. c. 18.* ¶. ubi in fine subjicit, de pignore prætorio, ad exemplum pignoratitiæ, actionem in factum dari. *per l. 9. pr. de reb. auth. jud. poss. 5. §. 21. ut in possess. leg. vers.*

Competit tradenti pignus, & heredibus, adversus credi- S
torem, & heredes: *f. C. si vend. pign. ag. Anton. Pichard. ad* P
§. 28. I. de act. q. 24. num. 7. NON contra tertium possessorem, *arg. ult. C. si vend. pign.* nec fidejussorem, *vid. 2. l. 26. pr. de pignor.* aut creditoris creditorem, cui ille rem sibi oppignoratam iterum pignori dedit. *arg. 11. §. 5. l. 27. h. (obst. cap. cum contra. x. de pign. & l. 40. §. f. h.) Hahn. ad W. h. num. 7. membr. V. Bachov. d. tr. lib. 5. c. 19. num. 1. & seqq. Merlin. de pign. l. 5. t. 2. q. 64. num. 1. & seqq.* ¶. *Pichard. ad §. 28. q. 24. n. 8. & seq. Inst. de Action.*

(1.) Ad res pignori traditas. §. *f. I. quib. mod. re.* Et O
(2.) illarum fructus, quos creditor percepit, vel percipere debuit: *vid. 1. 2. & 3. C. h. Bach. de pign. lib. 5. c. 22. p. 470.*

etiamsi res illæ non sint debitoris propriæ, & debitor hoc sciverit. 22. §. 2. *h. Pichard. ad d.* §. 28. *q.* 24. *num.* 13. *&* 14. Neque creditor hic referre potest quæstionem dominii; 9. §. 4. *h.* 12. §. 1. *de distr. pignor. arg.* 31. §. 1. *depos.* 11. *sol. matrim.* nisi dicat se esse illius dominum. *arg.* 31. §. 1. *depos. Bach. d. tr. lib.* 5. *c.* 21. *p.* 466. (3.) Ad omnia commoda, quæ creditor occasione pignoris est consecutus, 12. §. 1. *de distr. pign. vid.* 22. *pr. &* §. 1. *h. Bach. de pign. lib.* 5. *c.* 22. *pag.* 470. *& seqq.* etiam actiones ratione pignoris, licet ex proprio pacto, quæsitas. 13. *pr. h.* (4.) Ad interesse, 9. §. *f. h. vid. Bach. d. lib.* 5. *c.* 21. *n.* 4. *p.* 466. & usuras post moram; 7. *h.* 32. §. 2. *de usur.* imò aliquando etiam ante moram. *vid.* 6. §. 1. (*obst.* 40. §. *f. ibi: nec quicquam amplius. Bach. d. lib.* 5. *cap.* 21. *num.* 1. *vers. Et præterea.* (5.) Ad damnum resarciendum, quod creditoris dolo vel culpa (levi sc. in abstracto considerata,) in re supposita contigit. §. 4. *I. quib. mod. re.* 5. §. 2. *l.* 18. *pr. vers. ut ita. ff. Commod.* 14. 22. §. *ult. l.* 30. *in f. h.* 9. §. 5. *de reb. auth. jud. poss.* 5. 7. *C. h.* (Atque hac ratione comparatur cum commodato in *l.* 13. §. 1. in quo insuper diligentia præstanda. *l.* 5. §. 2. *ff. commod.*) Non etiam, quod levissima creditoris culpâ, aut casu fortuito accidit: neque tum creditum petere prohibetur. §. 4. *I. quib. mod. re.* 5. 6. *C. h.* 19. *C. de pign.* 13. §. 1. *h.* (ubi cum casu fortuito simul culpa levissima excipitur, quæ vix habetur pro culpa; ut in *l.* 5. *C. h.* 28. *C. locat.* 4. *C. de peric. tutor.*) *Vinn. ad* §. *f. I. quib. mod. re. num.* 5. *& ibi Pichard. num.* 5. *& seq. Mejer. in Comm. de culpa in contr. præstand. th.* 178. *& seq. th.* 227. *& seqq. Bach. de pign. lib.* 5. *cap.* 21. *n.* 3. *&* 4. *vid. Carpz. p.* 2. *c.* 26. *d.* 1. *&* 3. *Hahn. ad W. h. n.* 7. **Würtemb. Landr.** *p.* 2. *t.* 7. §. **Wo aber.** Creditor tamen ad summam diligentiam, imo etiam ad casum fortuitum obligatur: (1.) Si sic conventum sit. 6. *C. h. Bach. d. lib.* 5. *c.* 21. *num* 4. *pag.* 465. (2.) Si propria authoritate rem occupaverit. 30 *h. Bach. d. l.* (3.) Si alia culpa vel mora casum præcesserit. *arg. c. un. x. commod.* Si dubitatur, an creditor dolo vel culpa quid commiserit, repromittere eo nomine tenetur, 15. *Anton. Pichard. ad* §. 28. *I. de act. q.* 24. *num.* 23 sc. nudâ cautione. *Bachov. d. l. arg.* 3. *C. de verb. & rer. sign.* (6.) Si cessante solutione, creditor, observatis debitis solennitatibus, pignus distraxerit, tunc datur hæc actio ad residuum pretii, *f. C. de distract. pignor. l. ult. C. si vend. pign. ag.* licet nondum soluti: *f. C. si vend. pign.* neque debitor invitus admittere tene-

tur

tur actionum cessionem vel delegationem contra emptorem, nisi nullam omninò moram ferre velit; tùm enim creditor, qui b. f. vendidit, neque culpam in actione pretii admisit, non ad solvendum; sed ad actiones cedendas compellitur: 24. §. 2. *Bus. ad d. l. pen. Bachov. d. c. 22. num. 2. ubi ulterius explicat. d. l. 24. §. 2. & l. 9. ff. de distr. pign.* Si creditor non b. f. in vendendo pignore sit versatus, tenetur ad omne interesse. 7. *C. de distr. pignor.* 1. 4. *C. si vend. pignor. arg. Bachov. de pign. l. 5. c. 22. n.* 1.

Creditor, qui facultatem restituendi habet, res præcisè restituat: 40. §. *f. h. arg. f. C. de fideicommiss. libert.* alioquin Judex manu militari ablatas debitori restituet: *l. 68. de R. V. Bachov. de pign. l. 5. c.* 21. *num.* 2. dummodo pignoris vinculum quocunque modo solutum sit: 9. §. 3. *vid.* 24. §. *f. Merlin. de pign. l. 5. tit. 2. q. 65. n. 7. & t. t. quib. mod. pign. solv.* Interdum etiam durante pignoris vinculo efficaciter intentatur ratione interesse. *fin. pr. in fin. h.* E

Hæc actio est perpetua, ita, ut debitor etiam post 30. & 40. annos debitum offerre, & hâc actione pignus repetere possit. *arg. 7. §. 4. C. de præscript. 30. vel 40. ann. junct. 9. §. 3. h. Franzk. Exercit. 5. q. 6. Gail. 2. O. 18. num. 4.* ¶. *vid. Instrum. Pac. Osnabr. art. 5. §. 9. vers. Quæ verò. Græv. lib. 2. concl. 18. num. 1. & 2.* ¶. *Myns. 1. Obs. 16.* ¶. *Joh. Gœdd. Vol. 1. Consil. Marpurg. 28. num. 247. & seqq.* ¶¶. *Vultej. Volum. 3. cons. 21. n. 258.* ¶¶. *Mev. ad Jus Lubec. lib. 3. tit. 4. art. 4. num. 3. & seqq. Carpzov. p. 2. c. 1. d. 3.* ¶. *vid. tamen Bach. Vol. 2. Disp. 22. th. 3. lit. i. & tr. de pign. lib. 5. cap. 20. Gœhaus. art. 3. peric. Acad. quæst.* 17. C

d. Actio pignoratitia *CONTRARIA est personalis, competens creditori & heredibus, adversus debitorem & hæredes, ad indemnitatem pignoris nomine consequendam. *vid.* 1. §. 2. *l.* 16. §. 1. D

Oritur ex obligatione secundaria. Si hypothecæ possessio ad creditorem pervenerit, & is, v. gr. in rem illam expensas fecerit, tùm datur hæc utilis. *Bachov. tr. de pign. lib. 3. c. 9. num. 2. vid. supr. in directa hac actione C.* C

Ad id, quod creditori pignoris causa abest: (I.) ob rei qualitatem: ex. gr. si rem alienam, vel alteri obligatam, aut morbosam, ignorans pignori acceperit: 9. *pr.* 16. §. 1. *l.* 32. 36. §. 1. utut ab ignorante: 16. §. 1. nam qui talia sciens substituit, etiam extra ordinem stellionatus tenetur. *dd. ll.* 1. §. 2. *l.* 36. O

l. 36. pr. h. vid. tamen 36. §. 1. inf. & quandoque furti. *36.* (II.) Si ex re pignorata damnum ſenſerit. v. g. ſi ſervus oppignoratus furtum fecerit; *31. h. 61. §. 1. de furt.* quem tamen debitor noxæ relinquere poteſt: *31. h. d. l. 61. §. 1. Merlinus, de pign. lib. 5. tit. 2. q. 66. n. 12.* niſi ſciens furem pignori dederit. *d. l. 31. d. l. 61. §. 3. ff. de furt. vid. Bach. d. tr. de pign. lib. 3. c. 9. n. 8.* (III.) Si in rem pignori acceptam expenſas fecit neceſſarias, *8. pr. ff. 7. in f. C. h. vid. etiam 8. §. 1. l. 22. §. ult. h.* (neque retentione uti poſſit, *8. pr. & §. 1.*) aut tacito vel expreſſo debitoris conſenſu, utiles: *25.* De reliquis utilibus *25.* Judex ex circumſtantiis ſtatuet. *Fr. h. n. 33. Bach. tr. de pign. lib. 3. c. 9. n. 4. vid. Gail. 2. O. 12. in fin. Græv. l. 2. concl. 12. coron. 2. Garſ. tr. de expenſ. c. 1. n. 31.* Alios caſus, quibus hæc actio competit, refert *Bach. d. c. 9. in fin.*

DE EXERCITORIA
XIV. 1. ACTIONE.

D Actio Exercitoria eſt actio perſonalis, à Prætore nova qualitate aucta, quâ ex contractu cum magiſtro navis, ſecundùm præpoſitionis legem inito, agitur adverſus Exer-

N citorem in ſolidum. *§. 2. I. quod cum eo, qui in alien. poteſt.* Eſtque prætoria, *d. §. 2. l. 1. §. 23. h.* rei perſecutoria, *Buchner. Diſſ. de re & jur. aquatil. th. 203. in fin.* perpetua. *4. §. 4.* bonæ fidei, vel ſtricti juris, inſtar directæ ex contractu. *Vinn. ad §. 28. I. de action. n. 5. verſ. Et amplius. vid. Bach. de action. D. 8. th. 14. p. 127. & ſeqq. Loccen. tr. de jur. maritim. & naval. lib. 3. c. 7. n. 2. vid. 3. §. 7. l. 38. de pecul. Bach. de act. Diſp. 8. th. 14. p. 126. & ſeqq. Franzk. h. n. 6. Stypm. tr. de jur. maritim. & nautic. lib. 4. c. 15. num. 253. & ſeqq.*

C Licet ſtricto jure ex alterius contractu alter non obligetur; *3. in f. C. ne ux. pro marit. §. 10. I. de action.* hæc tamen actio Prætoris autoritate qualificata, *1. §. 23. vid. Vinn. ad §. 10. I. de act. & §. 2. I. quod cum eo. Bach. de act. D. 8. th. 15.* competit, ſi fuerit *(1.) Contractum, *§. 2. I. Quod cum eo. Stypmann. de jur. marit. p. 4. c. 15. n. 141. & ſeqq.* (Ex delicto magiſtri non datur. *1. §. 2.*) A

*(2.) Cum navis magiſtro, (qui ſcilicet locandis navibus, vel vectoribus conducendis, vel mercibus emendis vendendiſve eſt præpoſitus; ſive cui totius navis cura eſt commiſſa, *1. §. 1. & 3.* ab ipſo Exercitore; *vid. 1. §. 5.* vel à primo navis magiſtro, etiam ignorante, vel prohibente Exer- a,,

cito-

citore, 1. §. 5. *ibi Peck. num.* 9. *& Vinn. lit. f.* quod singulari jure in utilitatem navigantium introductum est. *Peck. & Vinn. dd.ll. Stypmann. d. c.* 15. *num.* 119. *& seqq.*) cujuscunque conditionis, ætatis & sexûs. 1. §. 4. *ibi Peck. & Vinn. lit. a. Stypmann. d. c.* 15. *n.* 115. *& seqq.* Si plures magistri fuerint præpositi, (1.) simpliciter, ex singulorum contractu hæc actio datur: 1. §. 13. (2.) si distinctis officiis, pro cujusque officio exercitor obligatur: 1. §. 13. (3.) si conjunctim, ne quid alter sine altero gerat, tùm creditor sibi imputet, si contra legem præpositionis, quam scivit, vel scire potuit, cum uno contraxit, 1. §. 14. *ibi Vinn. lit. d. & e. pag.* 111. *&* 112. Ex contractu nautarum (*vid.* 1. §. 2. *naut. caup.*) exercitor non obligatur. *propter* 1. §. 2. *h.* (*obst. f. pr. naut. caup. stabul.*) *vid. Peck. & Vinn. ad* 1. §. 2. *h.*

a. * (3.) De rebus, quibus ipse præpositus, & secundùm præpositionis formam: 1. §. 7. & 12. *arg.* 19. *de R. J.* Loccen. *de jur. marit. lib.* 3. *c.* 7. *n.* 6 Hanc prætergressus, exercitorem non obligat; 1. §. 12. nisi forma præscripta fuerit captiosa. *Busius, ad l.* 1. *Magistrum. n.* 4. *Vinn. ad* 1. §. 5. *h.* Commissa censentur etiam ea, quæ sciente & patiente exercitore à magistro fiunt; 1. §. 5. *Stypmann. de jur. mar. l.* 4. *c.* 15. *n.* 181. vel sine quibus expressè mandata nequeunt, vel non commodè possunt expediri. 1. §. 7. 8. *l. ult. h. arg.* 2. *de jurisd.* 56. 62. *de procurat. Vinn. ad* §. 2. *I. quod cum eo, qui in alien. pot. n.* 4. *& ad l.* 1. §. *Non autem omni. lit. a. ff. h. t.* Unde, si navis reficienda aut instruenda, & magister in id mutuatur, actio in exercitorem datur: modò (1.) navis in ea causa sit, ut refici debeat, (2.) pecunia expressè in eam causam credatur, nec (3.) multo major, quàm ad id necessarium; & (4) in loco, quo refectio fieri possit. 1. §. 8. & 9. *l. f. pr. &* §. 1. *Vinn. ad d. l. f. lit. a.* His observatis exercitor obligatur, licet magister pecuniam alio vertat. 1. §. 9. *l. f. h. ibi Peck. & Vinn. lit. a. & b. & c. Loccen. d. c.* 7. *n.* 6. *&* 7.

Datur hæc actio illis, qui cum magistro navis dicto modo contraxerunt, & illorum heredibus, 4. §. 4. Adversus Exercitores, die Reders/ oder Schiffs-Freunde. *Stypmann. lib.* 4. *de jur. marit. c.* 15. *n.* 17. *Loccen. de jur. marit. lib.* 3. *c.* 7. *n.* 2. qui scilic. ex navi quæstum exercent, sive dominos, sive qui per aversionem navem conduxerunt, ad tempus, vel in perpetuum. §. 2. *I. quod cum eo.* 1. §. 15. *h. Pichard ad d.* §. 2. *I. quod cum eo. num.* 7. Si plures navem exercent ipsi, singuli tenen-

tenetur pro rata; 4. *Stypm. d. c.* 15. *n.* 193. Sin per Magistrum, ex illius contractu singuli in solidum obligantur: 1. §. *f. l.* 4. §. 1. *h.* (*Obst. f.* §. 5. *naut. caup. stab.*) *vid. Stypmann. d. cap.* 15. *n.* 197. *propter* 2. *h.* Quod tamen unus præstitit, pro rata repetit, judicio societatis, communi dividundo, &c. *l.* 3. *h. Stypm. d. cap.* 15. *n.* 191. Apud Hollandos, plures exercitores ex contractu magistri tantùm pro rata, nec amplius tenentur, quàm ad æstimationem navis, & eorum, quæ in navi sunt. *Grot. de J. B. & P. L.* 2. *c.* 11. *n.* 13. *Vinn. ad* 4. *ff. h. lit. a. & ad* §. 2. *I. quod cum eo, & ibi Grœnevv. n.* 1. *vid. Statut. Hamb. part.* 2. *tit.* 18. Von Boddemerey. §. 3. Hoc procedit, sive masculus, sive fœmina, paterfamilias, vel filiusfamiliâs, vel servus, navem exerceat: 1. §. 16. *ff.* 4. *C.* ita tamen, ut, si filiusfamiliâs vel servus navem exerceat expressâ patris vel domini voluntate, hæc actio contra patrem & dominum competat in solidum; 1. §. 19. *& seqq.* si ipsis scientibus, quasi tributoria, si illis ignorantibus, tantùm peculiotenus. 1. §. 20. 22. *l.* 6. *pr. h. Stypmann. d. l. num.* 198. *& seqq. Vinn. ad* 1. §. *Si is, qui navem. lit. a. d. & i. & ad l.* 6. *lit. a. ff. h.* Contra filiumfamiliâs omnibus hisce in casibus datur hæc actio in solidum; 1. §. 22. *h. arg.* 39. *de O. & A.* contra servum verò nunquam. *arg.* 14. *de O. & A.* 6. *C. de judic.* Pupillus si navem exerceat, requiritur tutoris auctoritas. 1. §. 16. Si Tutor, Curator vel Procurator magistrum præposuerit, etiam adversus ipsos pupillos, &c. hæc actio competit. *arg.* 5. §. *f. de instit. act.* In hæredes quoque datur. 4. §. 4. Contrahentis est electio, an cum exercitore vel heredibus exercitoriâ, an verò cum ipso magistro, si est persona libera, directâ actione experiri velit, 1. §. 17. *& ibi Vinn. lit. c. p.* 129. electivè. 1. §. 24. *vid. Vinn. ad d.* §. *lit. a. p.* 149.

Quoad objectum inter principalem actionem ex contractu contra magistrum competentem, & hanc qualificatam nulla est differentia. *arg.* §. 2. *I. quod cum eo, qui in alien. potest.*

Potest etiam Jure Civili directo contra Exercitores agi, §. *f. I. quod cum eo, qui in alien. potest. ibi Vinn. l.* 29. *ff. de R. C. l.* 27. §. *f. de instit. act. l. f. pro soc. Vinn. ad l.* 1. §. 17. *lit. b. ff. h. pag.* 128. *vid. Bachov. de action. Disp.* 8. *th.* 15. Exercitori verò contra illos, qui cum magistro navis contraxerunt, nisi hîc in illius sit potestate, *vid. pr. I. per quas person. nob. acquir. pr. &* §. 1. *de stipulat. servor.* actio nec Jure Civili conceditur, *arg.* §. 19. *I. de inut. stipul.* 38. §. 17. *l.* 126. §. 2. *de V. O.* nec

à præ-

à prætore: 1. §. 18. Interdum tamen Præfectus urbi, propter ministerium annonæ, illum extra ordinem adjuvat. 1. §. 11. *ff. de off. Præf. Urb.* 1. §. 18. *h.* & *ibi Peck.* & *Vinn. lit. e.* & *f.* ubi hoc etiam aliis in causis locum habere docent, si exercitor rem suam servare non possit. *arg.* 1. *in f. junct.* 2. *ff. de institor. act.* Nam quod in institoria receptum est, illud multo magis procedit in exercitoria. 1. *pr. h.*

DE LEGE RHODIA DE JACTU. XIV. 2.

HIc cavetur, ut, si levandæ navis gratiâ jactus mercium factus, omnium contributione sarciatur, quod pro omnibus datum est. 1. *h. Paulus, lib.* 2. *sent. t.* 7. *Vinn. ad d. l.* 1.
A *lit. c.* ubi consideranda: * 1. Jactus, qui fit à magistro navis vel quibuscunque aliis, *arg.* 1. 2. *Hortens. ad l.* 14. *pr. de præscript. verb. vid. Stat. Hamburg. part.* 2. *tit.* 16. *art.* 1. *Vinn. ad l.* 2. *pr. lit. a.* & §. *si navis à piratis.* 3. *lit. e. h. t. Loccen. l.* 2. *de jur. maritim. c.* 7. *n.* 3. ex necessitate, ob imminens & præsens naufragii periculum; 2. *pr.* & §. 2. *Loccen. d. c.* 7. *num.* 2. De dolo & culpa *vid.* 14. *pr* & §. 2. *de præscript. verb. ibi Ægid. Hortens. Locc. d. c.* 7. *num.* 4. & 6. *arg.* §. 2. *I. ad L. Aquil.* e. gr. si magister navem plus justo oneraverit, aut perperam collocaverit merces, aut per imprudentiam, & non adhibito perito loci ductore, scopulis illisa nave jactus factus sit, cessat lex Rhodia, & damnum vindicatur ex Lege Aquilia, *arg.* 27. §. 23. *ad L. Aquil.* 30. §. 2. *locat. Vinn. ad l.* 1. §. *si quis ex vectoribus.* 6. *h. lit. d. p.* 236. *Loccen. de jur. marit. lib.* 2. *cap.* 8. *n.* 14. & 15. *vid. Strach. de Nautis, part.* 3. *per tot.*

Objectum sunt merces, 1. propriæ vel alienæ, 14. *pr. de præscript. verb.* (Prius tamen ejiciendæ majoris ponderis, & minoris pretii. *Salicet. in d. l.* 14. *pr. Loccen. de jur. marit. lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 4.) Item armamenta navis. 2. §. 1. *inf.* 3. 5. §. 1. *Stat. Hamb. part.* 2. *tit.* 16. *art.* 2. vers. Würde auch / ꝛc. *Loccen. d. l.* 2. *c.* 8. *num.* 5. *ferè in fin. Vinn. ad l.* 1. §. *si conser-*
2. *vatis. lit. c. h. p.* 208. * 2. Contributio, Avarie vel Haverie/ *St. Hamb. part.* 2. *t.* 16. *a.* 3. 4. & 7. *Vinn. ad l.* 1. *h. t. p.* 193. *Locc. de jur. mar. l.* 2. *c.* 8. *n.* 1. *Weytsen. tr. de Avaria, belgicè script. quem citant Christin. V.* 5. *D.* 65. *n. pen. Vinn.* & *Loccen. dd. trr. passim,* quæ est æquissima ob jacturam rerum ex una parte, & conservationem rerum ex altera. 2. *in fin. pr.* 4. *pr. in fin.* 5. *pr.*

h. Vinn.

h. Vinn. ad l. 2. §. ſi conſervatis. lit. a. h. p. 206. *Loccen. de jur. maritim. lib.* 2. *c.* 8. *n.* 7. Si jactu mercium facto nihilominus navis ſtatim ſubmerſa eſt, nulla debetur contributio; ſed quæ quisque ſervavit, ſibi ſervat; 4. *pr.* 5. *pr.* 7. *h.* niſi navis poſteà alio loco perierit, & res per urinatores iterum extractæ ſint. 4. §. 1. *Loccen. d. cap.* 8. *num.* 6. *& n.* 9. *Vinn. ad d. l.* 4. *pr. lit. d. pag.* 246. *& ſeqq.*

S Conferant omnes, quorum interfuit, jacturam fieri. 2. §. 2.

O Omnes res æſtimantur: amiſſæ & ſervatæ, etiam veſtimenta, annuli, &c. cum ipſa nave, 2. §. 2. *Vinn. ad d.* §. 2. *lit. f. p.* 213. *Loccen. d. c.* 8. *num.* 4. *&* 21. exceptis cibariis, conſumendi cauſâ navi impoſitis, 2. §. 2. *ibi Vinn. lit. h. p.* 214. & liberis hominibus. *d.* §. 2. *ibi Vinn. lit. d. p.* 213. *Loccen. d. c.* 8. *num.* 4. *&* 12. *Stat. Hamburg. part.* 2. *tit.* 16. *art.* 2. Res amiſſæ æſtimantur, quanti fuerint emptæ; 2. §. 4. *vid. Vinn. ibidem. lit. d. p.* 219. *& ſeq. verſ. nihilominus.* Servatæ verò, quanti peritorum virorum arbitrio vendi poſſunt, deductis vecturæ, aliisque neceſſariis expenſis. 2. §. 4. *& ibi Vinn. pag.* 219. His omnibus computatis, contributio fit pro rato: e. g. tota navis cum perditis & ſervatis æſtimatur 1000. fl. res jactæ 100. fl. inde 1000. pro rato reſtituunt 100. adeoque decem floreni unum florenum. *arg.* 1. 2. *pr.* §. 4. *h. ibi Vinn. lit. d. p.* 220. *Locc. d. l. c.* 8. *n.* 8. *Stat. Hamb. p.* 2. *tit.* 16. *art.* 2. *ibi:* den Schaden ꝛc.

Petitur hæc collatio actione locati, contra magiſtrum navis, ut ipſe res ſalvas tamdiu retineat, donec ſuas portiones præſtent; 2. *pr. &* §. 2. *ibi Vinn. lit. c. p.* 198. *Loccen. d. c.* 8. *n.* 4. *&* 12. poteſt tamen magiſter actionem ſuam cedere, 51. *in fin. de pecul.* 16. §. *ult. de hered. pet. Vinn. d. l.*

Ɔ Ceſſat hæc contributio, vel diminuitur, ſi res jactæ recuperatæ fuerint. 2. §. 7. *Stat. Hamburg. p.* 2. *t.* 16. *art. ult. Loccen. d. c.* 8. *n.* 18. *vid.* §. *f. I. de R. D. l.* 9. §. *ult. de acq. rer. dom.* 2. §. *f. l.* 8. *h.* (*obſt.* 43. §. *pen. de furt.*) *vid. Vinn. ad d. l.* 8. *lit. l. p.* 271. *Bach. & Dd. ad d.* §. *ult. I. de R. D.*

SS Hæc contributio etiam locum habet ex æquitate propter ſimile damnum ex alia cauſa datum: ex. gr. ſi (1.) res alicujus in navi propter jactum (*vid.* 2. §. 1. *ibi Peck. & Vinn. lit. e. pag.* 209. *Loccen. d. cap.* 8. *num.* 17.) deteriores factæ. 4. §. *f. h. ibi Peck. & Vinn. lit. c. & d. pag.* 257. Item (2.) ſi certum pretium pro ſalute navis ſolutum ſit.

c. gr.

ex. gr. piratis, 2. §. 3. *h. ibi Vinn. lit. a. pag.* 217. *Loccen. de jur. mar. lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 5. (secus est, si ex. gr. piratæ ipsi aliquid diripuerint. 2. §. 3. *h. ibi Vinn. lit. b. p.* 218.) Item, (3.) si levandæ navis gratiâ res in scapham repositæ ibi perierint. 4. *pr.* (secus est, si salvâ scaphâ perierit navis: 4. *pr. ibi Vinn. lit. c. p.* 245.) *Straccha, tract. de Navib. parte* 2. *num.* 19. Item (4.) si urgente incendio domus aliqua diruta sit, cæterarum conservandarum causâ. *arg.* 1. 2. *pr. in fin. Gail.* 2. *obs.* 22. *num.* 4. *Peck. ad l.* 1. *h. & ibi Vinn. lit. b. pag* 191. *Bachov. ad Tr. Vol.* 1. *Disp.* 18. *th.* 8. *lit. b. vers. Illud autem. Farinac. de crim. q.* 110. *cap.* 3. *num.* 151. *Bocer. de Regal. c.* 3. *num.* 249. *Græv. lib.* 2. *concl.* 22. *num.* 4. *Lubler. tract. de incend. c.* 5. *n.* 13). Neque hic distinguendum, an quodammodò certum fuerit, dirutam domum nihilominus perituram, nec ne? *DD. arg.* 1. 2. *h.* (*Diss. Lubler. d. l. Sebast. Medic. de cas. fortuit. lib.* 2. *c.* 8. *n.* 23. *in fin.*) tùm enim vicini, quorum ædes per hoc salvatæ sunt, contribuant: *dd. DD. arg.* 1. 2. *h.* modo is, cujus culpâ incendium exortum, non sit solvendo. *Græv. d. l. n.* 7. *Farinac. d. l. n.* 152. *Lubl. d. l. n.* 136. Plures casus, quibus contribuendum, habet *Hahnius, h. Bocer. de regal. c.* 3. *num.* 249. *&c.*

DE INSTITORIA ACTIONE. XIV. 3.

INstitor (§. 2. *l. quod cum eo, qui in alien.*) 3. est, qui à Domino, vel ejus vices gerente, negotiationi quæstuariæ universaliter, administrandi gratiâ, est præpositus. (Institor suo consensu, verbis in suam personam conceptis, quamvis institorio nomine contrahit. *arg.* 1. *h. Diss. Turri. tract. de Camb. Disp.* 3. *q.* 7. *n.* 37.) 5. *pr. & §§. seqq.* 11. §. 6. *l.* 16. 18. *ff. h. Paul. de Castr. in l.* 3. *num.* 1. *h. Rot. Genuens. decis.* 14. *num.* 1. & 2. *Christina. Vol.* 3. *decis.* 33. *num.* 3. Mercatorum institores hodie vocantur Factores, Factor. *Mevius ad J. Lubec. l.* 3. *t.* 6. *a.* 5. *n.* 11. *Besold. in thes. pract. Speidel. in spec. voc.* Factor. Item Laden-oder Gewerbs-Diener/ oder Verwalter/ *C. J. A. h. t. th.* 1. *Speidel. d. l. Mev. d. a.* 5. *num.* 10. & à quibusdam Krämer. *Oldend. cl.* 4. *act.* 5. *in pr. vid. tamen Speidel. d. l. & voc.* Kauffmann. *Stracch. tr. de mercat. part.* 1. *num.* 4. *& seqq.* Pharmacopolarum, Provisores, *Hahn. ad Wes. h. num.* 6. Cauponum, Keller/ à quibus distinguuntur D

die Haußknechte/ qui nudi ſunt famuli. *Hahn. d. l. n.* 1. *Mevius, ad J. Lub. l.* 3. *t.* 6. *art.* 5. *n.* 14.

† Generalis in genere domini negotiationibus, Specialis certæ negotiationis ſpeciei præponitur: 5. *pr. & §§. ſeqq. h. Bach. ad Weſenb. h. t. num.* 1 & 4. Qui ad unum tantum actum conſtituitur, procurator eſt. *Bachov. d. num.* 4. *Paul. de Caſtro, ad l.* 3. *h. t num.* 1. *Chriſtinæ. vol.* 3. *dec.* 33. *num.* 3. *Tholoſ. ſynt. univerſ jur. l.* 29. *c.* 12. *num.* 1. *in fin.*

C Conſtituuntur præponentis commiſſione, & præponendi receptione: Quod fit interdum nullo interveniente contractu, quando ſcilicet Dominus ſervum præponit: *l.* 1. *h.* §. 2. *l. quod cum eo. arg. §.* 6. *l. de inutil. ſtip. l.* 19. §. 2. *de neg. geſt.* interdum per mandatum, 1. *h. arg.* 1. §. 18. *de exerc. action. vid. Mev. ad J. Lub. l.* 3. *t.* 6. *a.* 11. *num.* 1. vel per locationem: *arg. l.* 1. §. 18. *de exercit. action. Hahn. h. num.* 4. *in fin.* Interdum tacitâ præponentis voluntate. *arg.* 1. §. 5. *de exerc. act.* 18. *mandat.* 7. §. 11. *de SCt. Mac. Turri, tr. de Camb. Diſp.* 3. *q.* 7. *n.* 33. *Rot. Genuenſ. dec.* 14. *num.* 4. *& ſeq. n.* 38. ¶. *num.* 42. *& mult. ſeqq. Coſta, tr. de facti ſcient. & ignor. inſp.* 43. *num.* 2. Affirmans aliquem Inſtitorem eſſe hoc probet. *Turri, d. tr. Diſp.* 2. *q.* 23. *n.* 124. *Rot. Genuenſ. d. deciſ.* 14. *n.* 37. *arg.* 5. 11. §. 2. *inf.* 18. *h.* (*Obſt.* 1. *h. ibi: Negotiorum geſtorum.*) *vid. l.* 19. §. 2. *de negot. geſt.*

S Præponunt Inſtitores, qui quæſtûs gratiâ contrahere ſolent, ut mercatores, caupones, 13. *pr. de inſtr. legat.* fullones, ſarcinatores, veſtiarii, &c. 5. §. 4. *& ſqq. h.* etiam fœminæ, 7. §. 1. *ff.* 4. *C.* minor cum curatorum (ſi habet) conſenſu, & pupillus Tutorum auctoritate. 9. *h. vid.* 10. 11. *pr. &* §. 1. Ipſi etiam tutores, curatores & procuratores: *L.* 5. §. *f.* Inſtitores: *L.* 1. §. 5. *de exerc. act.* 5. §. 17. *h. arg.* 8. §. 3. *mand. Mejer. in ἐνδοξ. dec.* 5. *cap.* 5. *th.* 8. *& in C. J. A. h. th.* 3. *in fin.* modo præponens hoc non prohibuerit. *l.* 1. §. 5. *de exerc. act. ibi Paul. de Caſtro. n.* 6. NON etiam, qui negotiationem quæſtuariam exercere prohibentur. *arg.* 46. *de contrah. empt.* 2. §. 1. *de admin. rer. ad civit. pertin. Mev. ad J. Lub. lib.* 3. *tit.* 6. *art.* 21. *n.* 15. *ubi etiam Stracch. de mercat. p.* 1. *num.* 66. *adducit, qui tamen ibidem & ſeq. num.* 72. *contrarium probat.*

P Præponuntur, qui uſu rationis non deſtituuntur, etiam fœminæ, ſervi, minores, impuberes, 7. §. 1. & 2. *l.* 8. *h.* filiifam. *vid.* 7. §. 11. *de SCto Maced.* prodigi, ſcilicet quoad actionem inſtitoriam. *arg.* 7. §. 2.

Nego-

Negotiationibus quæstuariis, quibus quis res emit, ut easdem mutatas vel non mutatas carius vendat, vel alio modo contrahendo lucrum quærit: *§. 2. I. quod cum eo, qui in alien. potest.* 3. 4. 16.18. *h. Castr. in l.* 1. *num.* 5. *& l.* 3. *num.* 1. *h. Tholos. Synt. univers. jur. lib.* 29. *c.* 12. *num.* 1. *Christin. vol.* 3. *decis.* 33. *num.* 3. *Turri, disp.* 3. *q.* 7. *num.* 21. *Scacc. de commerc.* §. 1. *q.* 7. *part.* 2. *ampl.* 11. *num.* 7. *&* §. 1. *q.* 1. *n.* 8. *& seqq.* *NON* etiam de Jure Civili ad fœnerationem, 19. *pr. h.* §. 5. *ferè in f. I. quod cum eo.* (*Obs.* 5. §. 2.) *Bach. ad W. h. n.* 1. *lit. a.* nec ad negotia Oeconomica. 5. §. 10. *h.* 13. §. 25. *de act. empt. Castr. in d. l.* 1. *n.* 5. *h.* Q

Si institor est liber, nec in potestate præponentis, obligatio ex ejus contractu immediatè in ipsius persona radicatur, eidemque acquiritur: 1. *h. arg.* 1. §. 18. *de exerc. act. de Castr.* F
A *in d. l.* 1. *n.* 3. Hinc *OFFICIO* * *DURANTE*, * contra sibi
B obligatum agere, & debitum exigere potest; *Turri, d. tr. de Camb. Disp.* 2. *quæst.* 23. *n.* 123. (præponenti verò adversus eum, qui cum Institore contraxit, regulariter nec jure prætorio actio datur; 1. *h. arg.* 1. §. 18. *de exercit. act. Fr. ad* §. 2. *I. quod cum eo. num.* 17. *&* 18. nisi aliter rem suam servare non possit. 1. *in f. &* 2. *h. Bach. de act. D.* 8. *th.* 11. *ferè in f. vers. illud denique. vid.* 1. §. 18. *de exerc. act. & l.* 1. *h.* Tenetur enim institor actiones cedere. *Pichard. ad* §. 2. *I. quod cum eo, qui in alien. potest. num.* 26. *Hahn. ad Wes. π. h. num.* 7. *Diss.*
b. *Bach. ad Wes. π. d. l. lit. h.*) * ipse civili directa actione conveniri potest; 7. §. 1. *h.* 7. §. 11. *de SCt. Mac. Carpz. p.* 2. *c.* 20. *def.* 14. *num.* 2. *& seq. Mev. ad J. L. l.* 3. *t.* 6. *a.* 5. *n.* 5. *Hahn. ad Wes. π. h. n.* 6. non ut de suo quicquam præstet; sed ex negotiatione, quam administrat. *f. h. Alciat. in l.* 29. *ff. de R. C. num.* 9. *Grœnevv. tr. de legib. abrog. ad l. f. ff. h.* ¶. *Hunn. Encyclop. jur. part.* 2. *t.* 23. *c.* 4. *num.* 17. *Gylmann. Symphor. tom.* 4. *part.* 1. *vot.* 32. *n.* 9. *&* 10. *Carpz. p.* 1. *d.* 10. ¶. *vid.* 6. §. 1. *de neg. gest. Dec. cons.* 283. *num.* 10. *arg.* 19. *pr. de R. C.* 3. *de O. & A.* 1. §. 4. *de const. pecun.* Nam qui administratorio nomine contrahit, non de sua, sed ejus pecunia, cujus nomine contrahit, solutionem promittere videtur, & ad eandem obligatur: 34. *vers. verisimile. ff. de neg. gest.* 43. §. 1. *de adm. tut.* 5. 7. *ff. l.* 1. *C. q. ex fact. tut.* 15. *C. de admin. tut.* 1. §. *f. ff. quod juss.* 4. *pr. de re judic.* 5. §. *f. & l.* 6. *h. Marchisell. q.* 57. *Bartol. in l. f. h. Carpz. l.* 4. *Resp.* 80. *n.* 8. *& seqq. Berl. p.* 1. *dec.* 15. *num.* 6. Neq; executio in bonis institoris fieri potest. *Cpz. p.* 1. *c.* 32. *def.* 14. *n.* 5. *Hunn. d. l.* nec ipse arrestari. *Berl. p.* 1. *concl.* 75. *n.* 38. ¶. *Cpz. p.* 1.

c. 30. def. 11. ¶. * *FINITO*, ipse conveniri nequit; *f. h. ibi Salicet. Rot. Genuens. dec.* 14. *num.* 64. *Coler. lib.* 2. *dec.* 248. *Marchisell. quæst.* 57. *num.* 9. *Mev. ad ¶. L. l.* 3. *t.* 6. *a.* 5. *n.* 7. *Zœs. h. n.* 4. *Felic. tr. de Societ. c.* 30. *n.* 27. & *seqq. Carpzov. p.* 2. *c.* 20. *def. ult.* ¶. *Hahn. ad Wes. π. h. n.* 6. ¶. nisi ipse proprio nomine, nulla officii sui mentione facta, contraxerit, *Carpz. l.* 1. *dec.* 10. *n.* 9. & 10. & *l.* 4. *Resp.* 80. *n.* 3. *Gylmann. Symphor. tom.* 4. *part.* 1. *vot.* 32. aut in specie suam fidem adstrinxerit. 67. *de proc.* 3. §. 2. *de adm. rer. ad civ. pert.* 5. *pr.* & §. 1. *quand. ex fact. tut.* 15. *C. de adm. tut. vid. Berl. p.* 1. *dec.* 14. *n.* 1. & *dec.* 15. *Nicol. Everhard. Jun. vol.* 2. *cons.* 6. *n.* 35. *Pistor. obs.* 20. *n.* 2. & *seqq. Carpz. l.* 4. *Resp.* 80. *num.* 4. & *p.* 2. *c.* 19. *def.* 6. *n.* 6. *in f. Gail.* 2. *obs.* 27. *n.* 24. aut fines præpositionis excesserit. *vid.* 1. §. *f. quod jussi. c.* 9. *ferè in fin. x. de arbitr. arg.* 43. §. 1. *de adm. tut.* 5. §. 11. *l.* 11. §. 5. *h. vid. Carpz. d. Resp.* 80. *num.* 11. & *seqq.* Si institor de suo aliquid solvit, illud repetere, & contra proprium suum factum venire nequit, licet dominus solvendo esse desierit. *arg.* 49. *mand. l.* 6. *in f. l.* 44. *de cond. indeb.* a.

Adversus præponentem ex contractu Institoris, strictâ juris civilis ratione, actio non datur; 3. *in f. C. ne uxor pro marit.* §. 10. *I. de act.* ex æquitate tamen prætoria 1. *h.* datur
D *ACTIO INSTITORIA*, quæ est personalis, à prætore nova qualitate aucta, quâ ex contractu, cum Institore secundùm
N præpositionis legem inito, agitur adversus præponentem in solidum. §. 2. *I. quod cum eo, qui in alien.* Est prætoria, *d.* §. 2. rei persecutoria. *Pichard. ad d.* §. 2. *n.* 27. perpetua, 15. & pro diversitate contractus, unde oritur, bonæ fidei, vel stricti juris: *C. J. A. h. th.* 10. nam à directis æquè, ac exercitoria, tantùm adjectitia qualitate differt. 5. §. 12. 17. *pr. h. Bach. de Act. D.* 8. *th.* 14. *Fr. in Comm. Inst. ad d.* §. 2.

† Est vel directa, vel utilis, sive quasi institoria, ex quasi Institoris, sive procuratoris, contractu competens. 5. §. 8. *L.* 19. *h.* 13. §. 25. *de act. empt. C. J. A. h. Bach. de Act. D.* 8. *th.* 11. *pag.* 172.

C Causa efficiens est * (1.) Contractus, §. 2. *I. quod cum eo, qui in alien.* 1. *h.* (Ex delicto non datur, *obst.* 5. §. 8. *vid. Bach.* & *Hahn. ad W. h. num.* 4.) * (2.) Cum institore, licet mortuo Præponente. 5. §. 17. *l.* 11. *princ.* 17. §. 2. & §. 3. *h. Bach. de Act. Disp.* 8. *th.* 10. & *ad Tr. Vol.* 1. *Disp.* 24. *th.* 7. *lit. e. Mejer. in ἐνδόξ. dec.* 5. *cap.* 5. *Hahn. ad Wesenb. h. n.* 4. *Pichard. ad* §. 2. *I. quod cum eo. num.* 22. & 23. Si plures sunt præpositi, viden- G

videndum, qua lege sint constituti; 11. §. 5. *h.* Ex quasi institoris contractu datur actio utilis; 16. 19. *pr.* Non etiam, si quis contraxit cum institore finito officio. *vid. Strach. de de-*
c„ *coct. p.* 3. *n.* 51. *& seqq. arg.* 11. §. 6. *h.* * (3.) De rebus, quibus est præpositus, secundum præpositionis formam, 5. §. 11. *l.* 11. §. 5. *l.* 3. *C. h.* & quæ ad illorum executionem sunt necessaria vel utilia: *Rot. Genuens. dec.* 14. *n.* 19. *h.* 5. §. 13. *h. Felic. tr. de soc. c.* 30. *n.* 20. modò ea sint observata, *quæ ad tit. de exercit. act. p.* 237. *C. dicta sunt*: *vide Felic. d. c.* 30. *n.* 21. *& seqq. Rot. Genuens. dec.* 14. *n.* 90. *& mult. seqq. n.* 109. *Vinn. ad* §. *f. I. quod cum eo, qui in alien. pot. Cost. tr. de quot. & rat. q.* 43. *n.* 1. *& seqq. Christinæ. vol.* 3. *decis.* 33. *n.* 2. ¶¶. tùm enim tenetur præponens, licet institor hic dolum admiserit, & pecuniam acceptam alio consumerit: *arg. f. de exercit. action. Mev. ad J. L. l.* 3. *t.* 6. *a.* 5. *n.* 4. *Wesenb. in π. h. n.* 2. *& ibi Hahn. C. I. A. h. t. thes.* 10. *in f. Felic. d. c.* 30. *n.* 25. 11. §. 4. *h. Rot. Genuens. dec.* 14. *n.* 17. *&* 125. *Costa, tr. de quota & rata, q.* 43. *n.* 8. *Giurb. decis.* 88. *n.* 10. ¶. Idem est, si conditio præpositio-
c. nis fuerit captatoria; *arg.* 11. §. 5. * (4.) *ET* dispositio Prætoris, *vid. tit. de Exerc. act. C.*

Datur dicto modo contrahentibus, & heredibus 15. adversus præponentes, & heredes, pro rata & portione hereditaria: P
14. *in f.* 15. *h.* Si plures communem negotiationem exercentes, unum præposuerint Institorem, singuli tenentur in solidum, quod tamen unus præstitit, restituant alii pro rata, societatis judicio, vel communi dividundo: 13. §. *f. & l. seq. h. Rota Genuens. dec.* 14. *n.* 8. 20. *&* 126. quod hodie non ubique observatur. *Vinn. ad* §. 2. *I. quod cum eo, n.* 2. *vid. tit. prac. de exerc. act. P. Marquard. de jur. mercat. lib.* 1. *c.* 7. *num.* 37. *&* 40.

Quoad objectum nihil differt à principali.

DE ACTIONE TRIBUTORIA. XIV. 4.

EX contractibus servorum & filiorumfamilias Prætor dat actionem contra dominos & patres, in quorum potesta- Q
A te existunt, vel propter eorum * (1.) Utilitatem, ut est actio de in rem verso. §. 4. *I. quod cum eo, qui in alien. potest. Bach.*
a„ *de Act. D.* 8. *th.* 6. *&* 7. vel * (2.) Consensum * generalem, ut actio institoria & exercitoria, *Bach. d. D.* 8. *th.* 10.
B
b. *Fr. ad* §. 2. *I. quod cum eo. n.* 1. vel * specia-

lem; ut actio quod jussu. *Bach. d.D.8. th.12. Fr. ad* §.1. *l. quod cum eo, & c. n.* 3. *&* 4. vel *(3.) Permissionem, quæ sc. per consequentiam deducitur, & est vel Generalis, unde datur actio de peculio: *Bach. d. D.8. th.* 9. *Fr. ad* §. 3. *n.*1. *&* §. 4. *n.*1. a.

D *l. quod cum eo*, vel Specialis, ob quam datur *ACTIO TRIBUTORIA*; *vid. Bach. d. D.* 8. *th.* 13. *Fr. ad d.* §. 3. *l. quod cum eo.* quæ est actio personalis, à Prætore certa qualitate aucta, competens ex contractu servi vel filiifamil. qui, sciente & patiente domino vel patre, de mercibus peculiaribus negotiatur, adversus dominum vel patrem, ad iniquam & fraudulentam mercium illarum distributionem corrigendam & æqualiter faciendam. §. 3. *l. quod cum eo. f. h.* Estque prætoria, rei persecutoria, 8. *h.* & perpetua. 7. §. *f. h.*

N

C Datur à Prætore, ex contractu (*C. I. A. h. t. n.* 1. *Hahn. ad Wes. π. h. n.* 1.) servi vel filiifam. 1. §. 4. *h. arg. pr. l. quod cum eo.* qui de mercibus peculiaribus, sciente & patiente domino vel patre, negotiatur; §. 3. *l. quod cum eo. l.* 1. §. 2. *&* 3. *h. vid.* 3. §. 1. *&* 2. *l.* 4. 5. *pr. h.* ob dolum domini vel patris non æqualiter distribuentis. 7. §. 2. *l.* 8.

S Datur creditoribus, quibus ex mercibus illis aliquid debetur, & dolo malo domini vel patris minùs, quàm oportet, tributum est, illorumque heredibus. Adversus dominum vel patrem, cujus in potestate sunt hi, illorum permissione negotiantes, 1. §. 4. *h.* & heredes, quatenus aliquid ad eos pervenit. 7. §. *ult.* 9. §. 2. *h.* Hæc enim actio exorbitantem naturam à Prætore accepit.

O Venit in tributum non totum peculium; sed tantum merces peculiares (non dominicæ, 11. §. 7. *de inst. action.*) & quod ex mercibus illis est: 5. §. 11. *h.* §. 5. *ferè in f. l. quod cum eo.* Si servus plures exercuerit negotiationes, vel ejusdem negotiationis plures habuerit tabernas, cujuscunque negotiationis vel tabernæ merces separatim inter ejusdem creditores distribuuntur; 5. §. 15. 16. *h.* quod Doctores etiam ad liberi hominis negotiationes extendunt. *Schultes. l.* 2. *q.* 64. *Stracch. tr. de decoct. part. ult. num.* 20. *& seqq. vid. tamen Grœnevv. de leg. abrog. ad l.* 5. §. 15. *&* 16. *h. t.* Ex dictis mercibus singuli petunt, quanto minus ipsis tributum est, *l.* 7. §. 2. *h.* secundum proportionem geometricam: præferuntur tamen privilegiarii hypothecarii, & jure dominii vindicantes. 5. §. 8. *&* §. 18. *Stracch. de decoctor. part. ult. n.* 23.

I.n Hodie, cum filii negotiantes, quoad illam negotiationem, pro

pro emancipatis habeantur, hujus actionis nullus est usus *Hahnius, ad Wesenb. π. h. t. in fin.*

QUOD CUM EO, QUI IN ALIENA POTESTATE EST, NEGOTIUM GESTUM ESSE DICITUR. XIV. 5.

EX contractu filiifamiliâs Pater modo dictis & sequentibus actionibus conveniri potest; & filiusfamiliâs suo nomine, (si suo nomine contraxit, *vid. supr. de institor. act. E.*) æquè ac paterfamiliâs, obligatur, 39. *de O. & A.* 57. *de Judic. vid. Bachov. ad Wesenb. h. in fin.* in solidum; 44. *de pecul.* executio tantum differtur, quamdiu in potestate est, & nihil proprii habet. *l.* 5. *pr. h. t. Frantzk. in Comm. π. h. t. num.* 4. Si tamen à patria potestate liberatus ex bonis paternis non sit locupletior factus, 2. *pr. vid. Barbos. ad* 2. *C. h. num.* 7. *Giurba, decis.* 43. *num.* 25. *& seqq. Fr. h. num.* 6. aut modicum tantum acceperit, 2. §. 1. *l.* 7. *arg.* 4. *pr. vid. Sprenger. de Modic. cap.* 1. *num.* 8. *in fin. & seqq.* Prætor ipsi, (non etiam heredi ejus, 4. §. 3. *h. ibi Bus.* 12. 13. *solut. matrim.* 24. §. 1. *L.* 25. *de re jud.*) convento concessit beneficium competentiæ; *Giurba, dec.* 43. 44. *&* 45. *vid.* 2. *pr. &* §. 1. *l.* 7. *& t. t. h.* 2. *C. eod. ibi Barbos. num.* 11. *& seqq.* 30. *de re jud.* 173. *ff. de R. I.* nisi dolo malo in contrahendo sit versatus; *arg* 22. §. 1. *de re jud. Giurb. d. decis* 43. *num.* 1. *Barbos. in L.* 2. *C. h. num.* 18. ex. gr. si sese patremfamiliâs mentitus sit; 4. §. 1. 6. *propter l.* 37. *in fin. de minor. arg. l.* 26. §. 1. *de milit. testam.* (Unde etiam in delictis cessat hoc beneficium. 4. §. 2. *h.* 21. §. *f. de action. rer. amotar.* 52. *de re judic. Giurba, d. decis.* 43. *num.* 3. *& seqq.*) Aut eidem in specie renunciavit. *arg.* 41. *de minor. l. pen. C. de pact. vid. Giurba, decis.* 42. *num.* 8. *& seqq. Barbos. ad l.* 2. *C. h. num.* 4. *& seqq. num.* 14. *& seqq.*

De hodierno Jure *vid. Grœnevv. tr. de ll. abrog. ad l.* 2. *&* 9. *C. h. t. num.* 3. I.n

Servi ex suis contractibus non obligantur; 14. *ff. de oblig. & action.* ita, ut nec post manumissionem exinde conveniri possint. 17. *de N. G.* 1. *& t. t. An serv. pro suo facto post manumiss. teneatur. ibi Perez. num.* 1. SS

DE SENATUSCONSULTO XIV. 6. MACEDONIANO.

HOc SCtum eſt Jus à Senatu Romano conſtitutum, quo cavetur, ne creditoribus, qui Filiisfamiliàs mutuam pecuniam dederunt, efficax actio detur. 1. 9. §. *p. h.* 40. *de condict. indeb.* §. *p. I. quod cum eo.*

C Factum eſt à Senatu Romano, auctore Veſpaſiano Imperatore: *Suet. in d. Imp. cap.* 11. Claudius quoque Imperator hac de re legem promulgavit: *Tacit. lib.* 11. *annal. c.* 13. *n.* 2. *Alex. ab Alex. l.* 1. *genial. dier. c.* 7. *in f. Panciroll. theſ. var. lect. l.* 2. *c.* 36. propter cauſas *in* 1. 9. §. *p. h.* 40. *pr. de cond. indeb.* §. *p. I. quod cum eo. vid. l. f.* §. 5. *in f. C. de bon. quæ liber.*

O Agit (I.) de **CREDITORE*, ſcienter Filiofamiliâs A
pecuniam mutuam dante, 1. *pr.* cujuscunque ſexûs, aut conditionis: (Nam in Civitate quoque, quæ filiofamil. mutuam pecuniam dedit, SCtum locum habet, 15.) modò * mutuum B
dare poſſit: *arg.* 3. §. 2. Hinc ceſſat SCtum (1.) in Pupillo, & Minore curatorem habente, qui ſine tutore & curatore dederunt. *d.* §. 2. Minor curatorem non habens, cauſâ cognitâ, reſtituitur contra hoc SCtum in integrum, *d. l.* 3. §. 2. *h.* 11. §. *f. de minorib.* niſi & ipſe filiusfamil. accipiens minor ſit; tunc enim melior eſt cauſa conſumentis, modo hic litis conteſtatæ tempore ex hoc non inveniatur locupletior. 34. *pr. de minor. Mantic. de tacit. & ambig. convent. l.* 8. *t.* 7. *n.* 26.) (2.) in Filiofamiliâs qui ex peculio profectitio alteri filiofamil. mutuam dedit; Unde pater nummos illos vindicare poteſt: 3. §. 2. *verſ. Si filiusfam. h.* * condi- b.
tionem accipientis ſciat, vel ſcire poſſit. 3. §. 2. *l. p. h. Mantica, de tacit. & ambig. conv. l.* 8. *t.* 7. *n.* 17. Hinc ceſſat SCtum, ſi creditor juſto errore ductus accipientem patremfamil. putaverit: 1. *C. h. vid. Enenck. de privil. parent. & liber. priv.* 12. *cap.* 3. *num.* 18. *Trentacinq. l.* 3. *de ſolut. Reſol.* 19. *n.* 8. & 11. *Barboſ. ad d. l.* 1. *C. h. n.* 3. 2. *C. h.* 3. *pr.* §. 1. *h. ibi Cujac. & Buſ. vid. Enenck. d. c.* 3. *n.* 19. *& ſeq.* Probabilitatem erroris probet creditor. 1. *C. h. Chriſtin. vol.* 3. *dec.* 35. *n.* 7. *Enenck. d. privil.* 12. *c.* 3. *n.* 18. *in f. Buſ. ad d. l.* 3. *num.* 2. *h.* Si duo crederent ad hoc, ut SCtum locum haberet, ſufficit unius ſcientia. 7. §. 7. *h. Trentacinq. l.* 3. *tit. de ſolut. Reſol.* 19. *n.* 8. *in fin. Barboſ. ad l.* 1. *num.* 4. *C. h.*

*(II.) De

a,, *(II.) De *DEBITORE* filiofamilias, 1. *h.* etiam justa interpretatione filiafamilias. *9.* §. 2. *h.* §. 7. *I. quod cum eo, qui in alien. potest.* 45. *pr. de leg.* 2. *l.* 62. *de leg.* 3. *l.* 201. *de V. S.* nepote, & pronepote; 14. *ff. l. pen.* §. 1. *C. h.* §. 7. *I. quod cum eo. d. l.* 201. *de V. S.* etiam nobili, aut in alia dignitate constituto; 1. §. 3. *h. Carpz. p.* 2. *const.* 10. *def.* 17. ¶. modò per dignitatem à patria potestate non sit liberatus. *arg.* 1. *pr. h.* §. 7. *I. quod cum eo, &c. Carpz. p.* 2. *const.* 10. *def.* 17. *Bach. ad Tr. Vol.* 1. *D.* 20. *th.* 7. *lit. e. Sand. lib.* 3. *dec. Frisic. t.* 2. *def.* 2. *Bus. ad d. l.* 1. §. 3. *h.* ¶¶. *Christin. vol.* 3. *dec.* 35. *n.* 3. *in f.* (*Obs. Nov.* 81. *cap.* 2.) 40. *de cond. indeb.* 9. §. *p. h.* In principum filiis hoc SCtum locum habere negat, *post. Conan. Barbos. ad* 2. *n.* 27. *C. h.* ut & in illis, qui per matrimonium, vel propriæ œconomiæ institutionem hodie à patria potestate sunt liberati. *Sand. d. def.* 2. ¶. Et in filiis consensu patris mercaturam exercentibus, (qui nostris moribus, quoad illam negotiationem, pro emancipatis habentur, *Schulz. Synops. Instit. tit. Quod cum eo, qui in alien. lit. c. Bus. ad l.* 3. *n.* 4. *h.*) *Mantic. de tac. & ambig. convent. lib.* 8. *t.* 7. *n.* 19. *Barbos. ad d. l.* 2. *C. h. n.* 32. Würtemb. Land-R. *part.* 2. *tit.* 28. §. Wo auch: *vid. Enenck. de privil. parent. priv.* 12. *c.* 3. *n.* 27. item ratione castrensis & quasi castrensis peculii, 1. §. *f. l.* 2. *ff. h. Mant. d. tit.* 7. *n.* 18. *L. f.* §. 1. *Cod. h. C. J. A. h. th.* 5. *Trentacinq. l.* 3. *t. de solut. Resol.* 19. *n.* 9. *Christina, vol.* 3. *dec.* 35. *n.* 1. *in f.* Peculium adventitium non facit cessare SCtum; *Carpz. part.* 2. *c.* 10. *def.* 16. *in f.* ¶. *vid.* 9. §. 1. *h.* licet sit adventitium irregulare, utpote de quo nusquam in jure traditur, quod in illo filiusfamil. pro patrefamiliâs habeatur. *Diff. Conan. lib.* 7. *comm. jur. civil. c.* 2. *Trentacinq. d. Res.* 19. *n.* 5. *Lugo, de J. & J. D.* 25. *sect.* 1. *num.* 4. *Molin. de J. & J. D.* 301. *n.* 6. *vers. Secundus. Barbos. ad* 2. *C. h. num.* 30. *in fin.* Si pendet, an filius sit in potestate, (ut si pater sit apud hostes,) ipsa SCti causa in pendenti est; Interim tamen datur exceptio, quæ, si pater redierit, fit perpetua, sin minùs, cessat; 1. §. 1. *h. Mantic. d. t.* 7. *n.* 12. quod hodie secus *Grœnevv. ad d.* §. 1. Furor patris hoc SCtum non impedit. *uti rectè contra Bald. & Tiraquell. defendit Trentacinq. d. Resol.* 19. *n.* 16. *per l.* 8. *de his, qui sui vel alien. jur. arg. d. l.* 1. §. 1. *h.* Hæc debitoris & mutuum accipientis qualitas consideratur tempore numerationis. *vid.* 3. §. *f. l.* 4. 5. & 6. *h.*

a. *(III.) De *IPSO NEGOTIO*, quod est mutuum, da-

tione pecuniæ numeratæ contractum: l. 3. §. 3. *l.* 7. §. 3. licet sit gratuitum: 7. §. 9. idem est in annuis reditibus, *Fr.* 1. *resol.* 1. *num.* 59. *Busf. ad L.* 3. *num.* 5. *h. Felic. de Solis, de censib. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 21. aut si in fraudem SCti alia res detur, ut inde pecunia fiat. 7. §. 3. NON etiam ad alios contractus pertinet hoc SCtum; 3. §. 3. *Hahn. ad Wes. π. h. n.* 8. *verb. Si tamen filiusfam.* ¶. etiamsi mediantibus illis posteà contrahatur mutuum: *d.* 3. §. 3. *ibi*: *Licet cœperit mutua pecunia. adde* 15. *de R. C.* nam initium contractûs spectandum: 12. *in fin.* nisi in fraudem SConsulti ex. gr. quis venderet, ut filiusfamil. rei pretium in mutui vicem haberet: *d. l.* 3. §. 3. *in fin.* aut filiusfamil. pecuniam accepturus pro alio reo dato fidejuberet; 7. *pr. h.* aut luxurioso fides de pretio habeatur: *arg.* §. *pen. in fin. I. quod cum eo. Papon. lib.* 12. *tit.* 4. *arrest.* 1. *vid. tamen Matth. Disp. de Oblig.* 9. *th.* 18. quod Tubingæ sub pœna jacturæ mercium & multa arbitraria prohibitum est. *Stat. Acad. renovat. p.* 132. *& seqq.*

E Hoc SCtum non impedit mixtam obligationem; 1. 9. §. *f. l.* 10. 11. 7. *pr.* & §. 4. 1. *Non obst. l.* 1. *pr. ibi*: *Petitio non daretur. h. vid* 112. *de R. I. Christina. vol.* 3. *dec.* 35. *num* 1. *Enenckel. de priv. parent. priv.* 12. *c.* 2. *num.* 4. *Barbos. ad* 2. *C. h. n.* 18. & 19. sed eam tantùm enervat. 1. §. 1. *l* 7. §. 6. *l.* 9. §. 2. *h.* §. 7. *I. quod cum eo, qui in alien. pot. vid.* 9. *pr. de jurejur.* EXCEPTIONE SENATUSCONSULTI MACEDONIANI, 7. *pr.* §. 4. §. 10. *h. Donell. ad rubr. C. h. num.* 12. quæ prodita est ad elidendam actionem, ex contractu contra SCtum Macedonianum inito, vel ejus occasione competentem. Estque perpetua, 40. *de cond. indeb. arg.* §. 9. *I. de except.* & realis: 7. §. 1. *de except. arg.* 7. §. 10. *l.* 9. §. 3. *h.* quamvis ipsum SCtum ratione filiorumfamil. potius videatur privilegium. (*vid. Enenckel. de privil. parent. privil.* 12. *c.* 2. *in fin.*) personale. *arg.* 196. *de R. I.*

S Datur liberis, sive adhuc in potestate sint, sive suæ potestatis esse cœperint; §. 7. *I. quod cum eo.* etiamsi pecuniam mutuam adhuc habeant salvam: 9. §. 2. *vid. tamen Grœnevv. de LL. abrog. ad rubr. C. h. n.* 6. & illorum heredibus, 7. §. 10. patribus, 7. §. 10. *l.* 9. §. 3. *ff. l. p. pr. C. h. Carpz. p.* 2. *c.* 10. *def.* 16. ¶. *Non obstante* 1. *C. ne fil. pro patre. vid. C. J. A. h. th.* 9. *n. ult. Loccen. q.* 379. fidejussoribus, mandatoribus, & illis, qui bona pro filiisfamil. in hac causa obligarunt; 9. §. 3. *h.* 2. *quæ res pignor.* nisi donandi animo hoc fecerint. 9. §. 3.

Adver-

Adversus creditores contra SCtum Macedonianum, illorumque heredes: 7. §. 6. etiamsi alius mutuum dederit, alius stipulatus fuerit. 7. §. 7. *Mantic. de tacit. & ambig. convent. l. 8. t. 7. n.* 10. P

Ad elidendas actiones, *ut in D.* & quidem si de ejus fundamento constat, impedit litis ingressum: *arg.* 1. *§.* 1. *l.* 7. *§.* 6. *l.* 9. *§.* 2. *h. Matth. dist. de obl.* 9. *th.* 8. Et post sententiam demum opposita, ejus executionem. 11. *h. contra l.* 2. *C. sent rescind. non poss. vid. Enenckel. de priv. parent. pr.* 12. *c.* 1. *n.* 15. *Coler. de process. exec. part.* 4. *c.* 1. *num.* 163. *Caroc. de remed. contra sentent. except.* 87. *n.* 1. *&* 2. *Mantic. de tacit. & ambig. convent. lib.* 8. *t.* 7. *n.* 13. *Hahn. ad Wes. π. h. n.* 8. *inf.* (*Diss. Grœn. tr. de LL. abrog. ad d. l.* 11.) *vid. Tab. de altero tanto usur. part.* 2. *&* 4. *art.* 7. O

C Cessat hæc exceptio * (I.) ex persona *FILIIFAMIL.* si sit miles: &c. (*vid. supr. h. t. p.* 249.) Item si a patria potestate liberatus debitum agnoverit, puta novatione, 2. *C. h. vid. tamen f. h. Donell. ad* 2. *C. h. n.* 3. *& seqq.* totius vel partis solutione. 4. *C. de non numer. pecun. Natt. consil.* 573. *n.* 38. (*ampl.*) 40. *pr. de cond. indeb.* 7. §. *p. & f. l.* 9. *pr.* §. *p. & ult. l.* 10. *h.* (*ampl.*) *Donell. in l.* 2. *n.* 3 *C. h. pr. ibique Salicet. in fin. Castr. n.* 9. *Costal. Bus. ad d. l.* 7. §. *f. Mantic. de tacit. & ambig. conv. l.* 8. *t.* 7. *n.* 25. *Barbos. ad* 2. *C. h. n.* 34. *Enenckel. de priv. parent. pr.* 12. *c.* 3. *n.* 8. *Christin. vol.* 3. *dec.* 35. *n.* 11. ¶. *Diss. Lach. ad Tr. V.* 1. *D.* 20. *th.* 8. *l. a. & b.* Quod secus est in pignore, cujus datione debitum hoc tantum pro quantitate pignoris confirmatur; 9. *pr. h. Donell. d. l.* Si tamen filiusfamil. in sacris paternis constitutus pignus dat, vel tale debitum ex peculio, cujus alienandi potestatem non habet, solvit, tum pater res extantes vindicat, 14. *de R. C.* consumptas condicit: 9. §. 1. *h. Non obst. d. l.* 14. *de R. C. vid. Pistor.* 3. *quæst.* 20. *n.* 13. *C. J. A. h. th.* 10. *Bus. ad d. l.* 14. *de R. C.* Filius vero, patri succedens, contra proprium factum venire nequit, 26. §. 9. *ff. de cond. indeb.* Neque filii agnitio patri præjudicat. *Enenckel. de priv. parent. pr.* 12. *c.* 3. *n.* 4. * (II.) ex persona *PATRIS,* in cujus potestate filius existit, (*vid.* 14.)

D (1.) * si ipse in contractum consenserit, 2. 4. & 5. *C. h.* 7. §. 11. *vid. l.* 12. *h. Cz. p.* 2. *c.* 10. *d.* 16. (etiam tacitè: e. gr. si filiusfam. mutuum accipere, & pater illud solvere consueverit, *arg. f. quod cum eo. Mant. de tac. & ambig. conv. l.* 8. *t.* 7. *n.* 30. *Trentacinq. lib.* 3. *t. de sol. Resol.* 19. *n.* 13 *Christin. vol.* 3. *dec.* 35. *n.* 8.) aut cum ratihabeat; *f. pr. C. h.* e. g. constituendo, novando, fidejusso-

juſſorem dando, totum vel partem ſolvendo, *arg.* 2. *C. h.* 7. §. 15. *l.* 18. tacendo ad epiſtolam, qua filius indicavit ſe mutuum accepiſſe. 16. *ibi Salicet.* Hæc patris voluntas, ab initio intercedens, SCtum etiam ratione filii excludit: *arg.* 2. *l. f. C. h. Enenckel. d. c.* 3. *n.* 2. idem de ratihabitione, durante patria poteſtate facta, putat *Caſtr. in l. item filius.* §. *quanquam poſt med. h. Enenckel. d. c.* 3. *n.* 3. *Mantic. de tac. & amb. conv. l.* 8. *t.* 7. *n.* 23. *verſ. quarto decimo.* Ad probandam patris voluntatem non ſufficit Chirographum, patris ſigillo confirmatum. *per* 2. *C. de reb. alien. non alien. Zœſ. in Comm. π. h. n.* 9. *Carpz. p.* 2. *c.* 10. *d.* 16. *n.* 2. * (2.) Si pecunia in rem patris verſa ſit, 7. §. 12. *h. junct.* 3. §. 1. *de in rem verſ.* e. g. 2. 5. *C. h.* 17. *h.* 7. §. *ult. de in rem verſ.* etiam ad ſe alendum, 5. §. 3. *de in rem verſ. Donell. in* 5. *C. h. princ.* 7. §. 13. *h.* 5. *C. eod* (modò probabilem modum non excedat. 7. §. 13. *h.* 3. §. 3. *de in rem verſ.* 5. *C. h. vid. omninò Fr. h. n.* 17. *Enenckel. d. c.* 3. *n.* 24. *Donell. ad* 5. *C. h. n.* 2.) Et ceſſare dicitur in hoc caſu SCtum, ſi quis v. gr. ad penſionem ſolvendam, vel libros emendos, &c. intra modum legitimum filiofamil. à patre ſtudiorum gratiâ ad Academiam miſſo, bona fide pecuniam crediderit, licet filius poſteà pecuniam illam, citra creditoris culpam, in voluptates & luxum inſumſerit. *arg.* 2. *ibi: aut in eam rem pecuniam accepit. C. h. arg.* 7. §. 11. *h.* 1. §. 9. *l. ult. de exerc. act. Enenck. de priv. parent. pr.* 12. *c.* 3. *n.* 26. *l.* 5. *ibi: ſanè ſi juſſu, &c. C. h.* Dolus ephori in re mandata magis patri præponenti, quam creditori bona fide cum illo contrahenti nocere debet. *arg.* 5. *pr. ff. de tribut. action. arg.* 1. §. 9. *l. ult. de exerc. act. Diſſ. Ant. Matth. de obl. D.* 9. *th.* 11. Contra patris voluntatem ſtudenti filio à ſciente creditam pecuniam exigi poſſe ait, *poſt. gl. Bart. Men. & alios, Caroc. de remed. contra ſententias. Except.* 87. *n.* 8. *v. Limnæ. de jur. publ. l.* 8. *c.* 7. *n.* 2. & 3. negat. *Donell. ad* 5. *C. h. in pr. Matth. de obl. d. D.* 9. *th.* 22. *C. I. A. h. th.* 5. *n.* 16. quod Judicis arbitrio relinquendum. *Enenckel. de priv. par. priv.* 7. *c.* 2. *n.* 3. *maximè circa f. p.* 441. *& ſeq. & priv.* 12. *c.* 3. *n.* 12. *(III.) ex perſona *CREDITORIS* ceſſat, ut ſupra dictum *ad O. h. t.* item, ſi filiusfamil. acciperet mutuum, & ſolveret illi, qui, ſi peteret, exceptione non ſubmoveretur. 7. §. 14. *h.* Plura tradit *Mantic. de tac. & ambig. conv. l.* 8. *t.* 7. *Trentacinq. l.* 3. *de Solut. Reſ.* 19. *Molin. de I. & I. d.* 301. *num.* 6.

d.

c.

NON etiam Renunciatione filii, *arg.* 7. §. 14. *l.* 38. *de pact. junct.* 1. *pr. h. Fach. l.* 2.

contr.

contr. c. 62. Hahn. ad Wesenb. π. h. num. 3. verb. ac mortis. Christin. Vol. 3. dec. 35. num. 10. ¶. licet jurata, *arg. 7. §. 16. de pact. 5. C. de Legib.* etiam de Jure Canonico, *vid. Bach. V. 1. D. 20. th. 7. l. d. Enenckel. de priv. parent. & lib. priv. 12. c. 3. num. 5. Hahn. ad Wes. π. h. n. 3. ferè in f. Barbos. ad l. fin. n. 14. & 15. C. h. Zoes. in Comm. π. h. num. 28. C. I. A. h. th. 12.* ¶¶¶. & secundùm conscientiam. *Hahn. d. t. n. 2. Zoes. in Comm. π. h. n. 6. Enenckel. d. c. 3. num. ult. Lugo, de I. & I. d. 25. sect. 1. n. 3.*

DE PECULIO. XV. 1.

PEculium varia significat: *vid. 5. §. 3. h. 16. pr. ad SCt. Trebell. 79. §. 1. de leg. 3. C. I. A. h. th. 2. num. 3. h. 9. §. 3. de jur. dot. 31. §. 1. de donat.* Hic est quasi patrimonium sive universitas rerum, quam illi, qui in alterius sunt potestate, à rationibus illorum, in quorum potestate existunt, jure separatam habent. *4. pr. 5. §. 3. & 4. l. 8.* Dicitur etiam quasi patrimonium, *32. in f. pr. 39. 47. in f. h. §. 10. I. de action. v. 182. de V. S. f. §. f. C. de inoff. testam.* Universitas, *in l. 20. §. 10. de hered. petit. vid. 56. de R. V.* quæ nascitur, crescit, decrescit & moritur: ac propterea homini similis esse dicitur. *40. pr. h.* B

A Est vel * *SERVORUM, §. 10. I. de Action. 4. pr.* quod servi dominorum permissu separatum à rationibus dominicis habent. *5. §. f.* Hoc voluntate domini, accedente rerum traditione, servis conceditur, *l. 4. pr. 8.* solâ administratione separatum, pro lubitu revocabile. 8. †

a. * *FILIORUMFAMIL.* est vel * *MILITARE*, vel
B paganum: illud iterum vel castrense, vel quasi castrense: hoc verò vel adventitium, vel profectitium. (*Bach. ad §. igitur. 1. I. per quas person. nob. acq. n. 2.*)

C * Peculium *CASTRENSE* est, quod Imperatorum constitutionibus, in favorem armatæ militiæ, pleno jure à rationibus paternis est separatum, & comprehendit ea, quæ filiofam. militi vel in militiam eunti, ratione & occasione militiæ sunt acquisita. *11. 12. de castr. pec. 1. C. eod. pr. I. quib. non est permiss. fac. testam.* D

Tale peculium acquirunt filiifamil. milites vel in militiam euntes; *1. C. de castr. pecul. 6. 11. h.* retinent hoc missi: *pr. I. quib. non est permiss. fac. testam. 17. §. 1. 19. §. 2. de castr.* S

pec.

pec. vid. 26. de test. mil. (non etiam de novo acquirunt. 15. pr. de castr. pec.) & qui se arrogandos præbent. 4. §. f. de castr. pec.

O Ad hoc peculium pertinent res mobiles & immobiles: 1. C. de castr. pec. 4. C. famil. ercisc. modò ratione militiæ armatæ sint acquisitæ: 11. de castr. pec. e. gr. in militiam eunti donatæ res mobiles, (non etiam immobiles, 1. C. de castr. pecul. 4. C. famil. herc.) L. 3. §. 4. de donat. inter vir. & ux. Bach. ad §. 1. I. per quas person. si heres instituatur propter cognitionem castrensem. 1. 4. C. de castr. pec. 5. 19. pr. ff. d. t. Res pecunia castrensi empta vel permutata. 1. C. de castr. pec. NON etiam hereditas materna: 1. C. de castr. pec. 16. §. 1. ff. d. t. etiamsi dixerint, quod hereditas debeat esse in peculio castrensi. 8. de castr. pec. D

E * Filiusfam. hic habet plenum dominium: 6. pr. C. de bon. quæ lib. l. p. §. 2. C. de usufr. pr. I. quib. non est permiss. fac. test. mortuo patre non confert illud, d. pr. 1. §. 15. de collat. Carpz. p. 3. c. 11. d. 9. n. 2. & 3. suo nomine possidet; 17. §. 2. ad Municip. arg. 4. §. 1. de usurp. & usuc. ac liberè de illo, etiam sine patris consensu, 2. C. de castr. pec. tàm inter vivos, quàm mortis causa disponit, d. l. 2. 4. §. 2. l. 5. 6. de castr. pec. 7. §. ult. de donat. pr. I. quib. non est perm. fac. testam. tanquam paterfamilias, 2. ff. de SCt. Maced. 6. §. f. de injust. rupt. irrit. fact. testam. cum ipso patre contrahit, 15. §. 1. & seqq. de castr. pec. & in Judicio agit, 4. ff. de Judic. Creditoribus non castrensibus in subsidium demùm ex hoc peculio satisfacit, 4. C. de exec. rei jud. 7. de castr. pec. vid. l. 1. §. 9. de separat. salvo tamen competentiæ beneficio. 6. 18. de re judic. Si minor sit, tum in illis casibus, quibus curatore indiget, pater hujus vices sustinet. arg. l. ult. pr. C. de curat. furios. f. §. 1. C. de bon. quæ liber. Carpz. l. 5. Resp. 84. num. 7.

* Pater hic * vivente filio, nihil juris habet: 10. de castr. d. pecul. 5. C. d. t. 6. pr. in f. C. de bon. quæ lib. 52. §. 6. de furt. E 98. §. 3. de solut. pr. I. quib. non est permiss. fac. test. nec potest diminuere: pr. I. quib. non est permiss. 12. 18. §. 1. d. t. (nec pro emancipationis præmio, 6. §. 3. C. de bon. quæ lib.) neque servitutem imponere, 18. §. 3. de castr. pecul. aut invitus conveniri, 18. §. 4. d. t. neque agere sine cautione de rato. 18. §. f. * intestato mortuo filiofamil. jure veteri, pa- e. ter id jure patriæ potestatis, æquè ac profectitium peculium, postliminii cujusdam similitudine occupabat. 1. 2. 9. 14. pr. & §. 1. l. 19. §. 3. de castr. pec. l. p. C. d. t. Jure novo defertur jure here-

hereditario liberis, &c. *ult. C. comm. de success.* 3. 4. *C. de bon. quæ lib. pr. l. quib. non est permiss. fac. test. & ibi Bach. n.* 5. *Vinn. verb. Ad parentes eorum jure comm. pert. Nov.* 118. *c.* 2. *in fin. ibi: Et sive suæ potestatis.* * *QUASI CASTRENSE* est, quod
c. constitutionibus Imperatorum, ad exemplum castrensis, in favorem quasi militiæ, à rationibus paternis pleno jure est separatum, & comprehendit ea, quæ filiofam. ex quasi militia, vel ejus occasione licitè sunt quæsita. *§. f. I. de mil. test. f. pr. & §.* 1. *C. de inoff. test.* 6. *pr. in f. C. de bon. quæ liber. Aut. Presbyteros. post l.* 34. *C. de Episc. & Cler. vid. Bach. D.* 8. *de act. coroll.* 2. *pag.* 147. *& sqq. Ludvv. in tr. de ultim. volunt. ad* 7. *C. de bon. quæ liber. Diss. Mejer. in C. J. A. th.* 3. *& Locamer. q.* 212. D

Tale peculium habent Clerici, 34. *& seq. Auth. Presbyteros.* 50. *C. de Episc. & Cler.* Proconsules, Provinciarum Præsides, *f. pr. C. de inoff. test.* Adsessores, 7. *C de Adsess.* Advocati, 4. 8. 14. *C. de Advoc.* 1. etiam nostri temporis, licet ex publico salarium non habeant. *Enenck. de privil. parent. & liber. privil.* 10. *n.* 33. *Molin. de J. & J. tr.* 2. *Disp.* 231. *n.* 2. Item Archiatri, *f. pr. C. de inoff. test.* Liberalium studiorum Magistri, Doctores, & Professores, *f. in fin. pr. C. de inoff. testam. Enenckel. d. pr.* 10. *n.* 37. *& seqq.* ¶. *Barbos. ad l. f. n.* 4. *C. de inoff. test. Molin. d. l.* & omnes alii, qui in dignitate & administratione publicâ publica accipiunt salaria; *d. l. ult. princ. Enenckel. d. privil.* 10. *num.* 36. quod alii extendunt ad Studiosos, *arg.* 1. *C. de Castr. pec. Lutius, tr. de priv. stud. priv.* 6. *vid. tamen Enenck. d. loc. num.* 38. Notarios, *Barbos. ad d. l. ult. n.* 4. *Lugo, de J. & J. D.* 5. *sect.* 2. *num.* 17. *Molin. de J. & J. tr.* 2. *D.* 231. *num.* 2. Procuratores Cameræ & aliorum superiorum Judiciorum ordinarios. *Bach. de action. Disp.* 8. *coroll.* 2. *p.* 141. *& V.* 1. *D.* 9. *th. ult. l. d. Lugo, d. n.* 17. *in f. Ludvv. tr. de ult. vol. ad* 6. *pr. C. de bon. quæ liber.* S

Ad hoc autem peculium pertinent acquisita, (ut in D.) 7. O
C. de Adsessor. quæque aliàs non fuissent acquisita. *arg. l.* 11. *de castr. pec. arg.* 4. *C. de advoc.* 1. *junct.* 1. *C. de castr. pecul. Besold. Diss. de Studios. c.* 3. *n.* 11. *Lugo, d. l. n.* 19. *Molin. de J. & J. D.* 231. *n.* 2. *NON* etiam quæ aliundè quæsita; *arg.* 11. *de castr. pec.* 4. *C. de Advoc.* 1. *Obst.* 8. *C. de Advoc.* 1. etiamsi à Clericis: *Enenck. d. priv.* 10. *n.* 7. *&* 33. *Diss. Molin. d. l. n.* 4. *Lugo, d. sect.* 2. *num.* 21. Huic quoad effectum simile est donatum à Principe, vel Augusta filiofamiliàs vel filiæfamil. 7. *C. de bon. quæ liber. Bachov. de action. D.* 8. *coroll.* 2.

pag.

pag. 150. *Ludvv.tr. de ult.vol. ad L.* 7. *C. de bon. quæ lib.* (*Diss. Enenckel.privil.*10. *num.*8. *Lugo, d.l.num.* 19. *in fin. Molin. d.l. n.* 3. *sibi contrarius. D.* 8. *n.* 2. *vers. Quintus est.*)

E. Pater hic nihil juris habet: 8. *C. de advoc.* 1. *l.* 6. *pr.* §. 3. *C. de bon. quæ liber.* Filiusfamil. est plenus dominus, *d. l.* 6. *pr.* 4. *C. de advoc.* 1. *Auth. Presbyteros. C. de Episc. & Cler.* non confert: 1. §. 15. *de collat.* 34. 50. *C. de Episc. & Cler.* invito quoque patre liberè de eo disponit inter vivos, 7. §. *f. de donat. Enenck. privil.* 10. *n.* 16. mortis causâ; *d. l.* 7. §. *f. l. ult.* §. 1. *C. de inoff. testam.* 34. *& seq. Auth. Presbyteros. C. de Episcop. & Cler.* 1. §. 6. *ad SCt. Trebell.* 3. §. 5. *de bon. poss.* §. *f. I. de milit. testam.* perinde ac paterfamil. *arg.* 2. *ad SCt. Macedon. junct.* 6. *pr. in f. C. de bon. quæ liber. Enenck. d. pr.* 10. *num.* 2.

D *PAGANUM *ADVENTITIUM est, quod legis dispositione in favorem liberorum, citra causam castrensem, à rationibus paternis est separatum, & comprehendit ea, quæ, extra causam militiæ, filiofamil. aliunde & non ex re patris obveniunt. §. 1. *l. Per quas person.* 6. *pr.* 8. *pr. C. de bon. quæ liber.* Hoc peculium dividitur in regulare sive ordinarium, quod nudâ tantùm proprietate, & irregulare seu extraordinarium, quod pleno dominio à rationibus paternis est separatum: *Bachov. de act. D.* 8. *coroll.* 2. *pag.* 142. *& seqq. & in comm. in pr. part.* π. *tit. de his, qui sui vel alien. jur. rubr. de patr. potestat. num.* 10. *p.* 203. *& seqq. Fr. in comm.* π. *h. num.* 5. *in fin.* b F

Olim res adventitiæ omnes patri acquirebantur: §. 1. *l. per quas person. Giphan. in* 6. *C. de bon. quæ liber.* 213. *& seq.* deinde exceptæ maternæ, & ejus generis, lucra sponsalitia, 1. 2. *C. de bon. matern.* 1. 4. *C. de bon. quæ liber.* tandem omnes adventitiæ suo modo. §. 1. *l. per quas person.* 6. *pr. C. de bon. quæ liber. Vinn. ad d.* §. 1. *num.* 3.

Tale peculium habere possunt omnes filii & filiæfamil. cujuscunque sint sexûs & conditionis. *arg.* §. 1. *l. per quas person.* 6. *pr. C. de bon. quæ liber.*

† * REGULARE sive ordinarium est, quod nudâ tantùm proprietate separatum est à rationibus paternis. *Bach. de act. D.* 8. *coroll.* 2. *pag.* 142. *&c. & in comment. ad tit. de his, qui sunt sui vel alien. jur. rubr. de patr. potest. num.* 10. *pag.* 203. *&c. Fr. h. num.* 5. *in fin.* G

O Continet regulariter bona materna & materni generis, 1. 2. *C. de bon. matern.* lucra sponsalitia & nuptialia, 1. 4. *C. de bon.*

bon. quæ liber. Item quæ filiifamil. jure legati, &c. vel propria industria non ex re patris acquirunt. *§. 1. I. per quas perſon. 6. pr. C. de bon. quæ lib. vid. Enenckel. privil. 4. cap. 2. n. 36.* Hic Judex arbitratur. *Ludvv. in tr. de ult. volunt. ad 6. pr. C. de bon. quæ lib. Molin. de J. & J. D. 234. Bachov. ad d. §. 1. I.* Si filius eſt induſtrius & artifex, Pater pauper, à filio acquiſitum, in dubio, ejusdem operâ quæſitum præſumitur. *in d. l. 6. gl. verb. Ex ſubſtantia. Bart. num. 5. Salicet. n. 2. Zaſ. in §. 10. I. d. action. num. 17. vid. Enenck. d. cap. 2. n. 19. & ſeqq. Ludvv. ad d. l. 6. pr. pag. 582. & ſeqq.*

H Hic * *PATER*, vi patriæ poteſtatis, habet * (1.) uſumfructum, E
I §. 1. *I. per quas perſ. cuique acqu. 6. pr. C. de bon. quæ lib.*) licet filiusfam. de pane patris non vivat, *Carpz. p. 2. c. 10. d. 7.* ¶. aut res adventitiæ incorporales ſint, vel uſu conſumantur. *arg. d. §. 1. I. 6. pr. & §. 2. C. de bon. quæ liber. Nov. 22. c. 34. ibi: Quod omnium. junct. 69. ad L. Falc. Bach. vol. 1. D. 16. θ. 2. lit. I. Pinell. ad l. 1. part. 2. n. 4. C. de bon. matern. Lugo, de J. & J. D. 5. ſect. 2. n. 35. Ludvv. in tr. de ult. volunt. ad ſ. §. 4. C. de bon. quæ liber. pag. 603.* Singulare eſt, quod uſusfructus filiofamil. relictus vel conſtitutus patri plenè acquiratur, & penes ipſum etiam mortuo filio maneat; patre verò naturaliter vel civiliter mortuo filius eundem ad dies vitæ retineat. *f. C. de uſufr. ibi Giphan. & ad 6. C. de bon. quæ lib. pag. 223. n. 2. Vinn. ad d. §. 1. I. per quas perſon. n. 3. verb. Uſumfructum patri. Perez. in Cod. tit. de uſufr. n. 17. Caſtill. de uſufr. c. 64. n. 14. Gentil. de bon. matern. c. 5. Diſſ. Molin. de J. & J. D. 8. n. 2. verſ. Quartus. Lugo, de J. & J. D. 5. ſect. 2. n. 31. Enenck. priv. 4. cap. 7. n. 30.*) ad dies vitæ, 1. 4. *f. §. 5. C. de bon. quæ liber. Nov. 22. c. 34.* etiam poſt mortem filii. *f. C. ad SCt. Tertull. f. C. comm. de ſucceſſ. Enenck. d. priv. 4. c. 4. n. 2. Faber. in Cod. tit. de bon. quæ liber. def. 14.* Si filium emancipaverit, dimidiam retinet hujus uſusfruct. partem. *§. 2. I. per quas perſon. 6. §. 3. C. de bon. quæ liber. ibi Giphan. p. 223. n. 1. vid. Carpz. p. 2. c. 10. d. 15.* An verò pater uſumfr. retineat patriâ poteſtate per dignitatem ſoluta? *vid. Riemer. dec. 8. q. 2. ferè in fin.* Negat *Molin. de J. & J. D. 232. n. 7. Lugo, de J. & J. D. 5. ſect. 2. n 24.* Affirmat *Pinell. ad l. 1. p. 1. n. 42. C. de bon. matern. Gentil. de bon. matern. cap. 7. propter l. f. C. ad SCt. Tertull. f. C. commun. de ſucceſſ. 1. C. de bon. matern. 3. 4. fin. §. 5. C. de bon. quæ lib.* *(2.) liberam & pleniſſimam ejusdem adminiſtrationem; 1. C. de

bon. matern. 6. §. 2. *C. de bon. quæ liber.* etiamsi filius perfectæ sit ætatis : *f.* §. 3. *C. de bon. quæ liber.* Unde pater administratorio nomine agit, & convenitur; 1. *C. de bonis mat. fin.* §. 3. *C. de bon. quæ lib.* nec de rato cavere tenetur ; *Ludvv. ad d. l. f.* §. 3. *Obst.* 14. *qui satisd. cog.* nisi filiusfamil sit præsens & habilis ; tunc enim ipsius quoque requiritur consensus, *d. l. f.* §. 3. *Carpz. p.* 2. *c.* 10. *d.* 14. ¶. quo deficiente, cavendum de rato *Salicet. in d. l. f.* §. 3. Sumptus litis pater ex fructibus præstat. 1. *C. de bon. matern. d. l. f.* §. 3. *inf.* modicas & magnas ; *Gars. de expens. c.* 11. *n.* 5. *& seqq.* ¶. *vid. Merlin. tr. de ligit. l.* 2. *t.* 2. *q.* 28. rationes non reddit : 6. §. 2. *l.* 8. §. 4. *C. de bon. quæ liber. Escobar. tr. de ratiocin. admin. c.* 3. *n.* 23. *Carpz. p.* 2. *c.* 11. *d.* 5. *n.* 1. *& seqq.* Nec inventarium conficit: *f.* §. 4. *in f. C. de bon. quæ lib. Ludvvell. in tr. de ult. volunt. ad* 6. §. 1. *&* 2. *C. d. t. Mynf.* 2. *obs.* 93. ¶. *vid. tamen Mynf. d. obs. n.* 6. *& seqq. Carpz. p.* 2. *c.* 10. *d.* 9. *n.* 12. *& seqq. Rauchb. p.* 1. *q.* 30. *n.* 32. non tamen alienet; 1. *C. de bon. matern.* 4. *in f. fin.* §. 5. *C. de bon. quæ liber. Ludvv. tr. de ult. volunt. ad* 1. *C. de bon. matern. pag.* 556. *& seqq.* nisi ob causam necessariam vel utilitatem filii; tùm enim etiam absque decreto alienat immobilia. *d. l. f.* §. 4. *&* 5. *Enenck. priv.* 4. *c.* 4. *n.* 15. *Gail.* 2. *obs.* 72. *n.* 14. *Grav.* 2. *concl.* 72. *n.* 4. *Mynf.* 6. *obs.* 61. ¶. *vid. Ludvvell. ad d. l.* 1. *pag.* 559. *& seqq. Giphan. ad* 6. *C. de bon. quæ liber. pag.* 217. *& seqq.*

* *FILIUSFAMILIAS* nudam habet proprietatem, §. 1. *I. Per quas person.* 6. *pr. C. de bon. quæ lib.* (quam sine patris consensu non alienet. *f.* §. 5. *ferè in fin. d. tit. ibi Ludvvell. p.* 606. *& seqq.*) & tacitam hypothecam in bonis paternis à susceptæ administrationis tempore , ratione bonorum maternorum & materni generis. 8. §. 4. *C. de secund. nupt.* 6. §. *f. C. de bon. quæ liber. & ibi Giphan. p.* 216. *ferè in f. Cz. p.* 2. *c.* 24. *d.* 17. ¶. *Ludvvell. tr. de ult. volunt. ad* 6. §. 2. *& f. C. de bon. quæ liber. pag.* 586. *&* 589. h.

O * *IRREGULARE* sive extraordinarium est, quod pleno dominio à rationibus paternis est separatum. *vid. allegata in regulari.* Huc pertinent (1.) Dona Principis vel Augustæ. 7. *C. de bon. quæ liber. vid. Enenck. priv.* 4. *c.* 7. *n.* 20. (2.) Aliæ liberalitates, eâ lege factæ, ne patri ususfructus acquiratur. *Nov.* 117. *c.* 1. *Auth. Excipitur C. de bon. quæ liber. Carpz. p.* 2. *c.* 10. *d.* 10. Ususfructus legitimæ, liberis necessario relinquendæ, patri non potest adimi. *Nov.* 117. *cap.* 1. *pr. & in fin. ibi:* g.
D

Hæc

Hæc enim & extraneis. Lugo, de J. & J. D. 5. sect. 2. num. 33. Garf. de Expens. c. 10. n. 45. Christin. vol. 4. dec. 75. n. 1. ¶. *Brunnem. ad Auth. Excipitur. C. de bon. quæ lib. Perez. in C. de bon. quæ liber. num. 5. Papon. l. 7. tit. 1. arrest. 5. Diss. Ludvv. tr. de ult. volunt. ad Auth. Excipitur. C. de bon. quæ lib. p. 584. vid. Molin. de J. & J. tr. 2. d. 8. n. 2.* (3.) Quod filiusf. dissentiente patre acquisivit. *vid. f. pr. C. de bon. quæ lib. ibi Ludvv.* (4.) Quod Filiusfamiliâs, unà cum patre, fratri suo germano succedens ex hæreditate illa consequitur. *Nov. 118. c. 2. Auth. Item hæreditas. C. de bon. quæ liber. Perez. in C. d. t. n. 3.* (5.) Servus hâc conditione filiofamiliâs relictus, sive donatus, ut eundem statim manumittat. *f. §. ult. C. de bon. quæ lib.* (6.) Bona ob delictum matris à lege liberis delata. *Auth. Idem est. C. d. t. Nov. 134. c. 11. vid. Cujac. in C. d. t.* (7.) Feudum Filiofamiliâs concessum: *arg. c. un. 2. F. 23. Finckelth. D. feud. 5. th. 20. Rittersh. part. feud. L. 1. cap. 6. q. 7. Ludvvell. synops. feud. cap. 6. p. 147.* ¶. *Diss. Bach. ad Treutl. vol. 1. Disp. 16. th. 2. lit. b. verb. Non tamen in feud.* (8.) Si pater juri suo renunciaverit, & filiofamiliâs usumfructum permiserit. *6. §. 2. ibi Ludvvell. C. de bon. quæ liber. arg. 5. §. Si pater repudiaverit. 5. de jur. dot. Carpz. p. 2. c. 10. d. 12. Lugo, de J. & J. D. 5. sect. 2. num. 23. Enenck. priv. 5. c. 2. n. 15. vid. Trentac. l. 1. t. de pecul. resol. 3. per tot. & res. seq. n. 2.*

K In hoc peculio * Pater nihil juris, nec quidem commoditatem ususfructûs habet. *arg. Nov. 117. c. 1. Heig. p. 2. q. 12. n. 16. Bach. ad §. 1. Per quas person. *. 4. Garf. de expens. cap. 10. n. 46. Diss. Trentac. l. 1. t. de pecul. res. 5. n. 14. Enenck. d. priv. c. 4. n. 19.* E

k. *Filiusfam. jus suum plenè retinet, & de his

L rebus * si perfectæ est ætatis, inter vivos liberè disponit, *Nov. 117. c. 1. §. 1. Christina. l. 4. dec. 76. n. 1.* illasque etiam, sine consensu patris, mortis causâ donat; *Berlich. p. 3. concl. 1. n. 15. & seq. 21. Bach. in not. ad W. π. de m. c. donat. n. 4. lit. b.* non etiam testatur. *arg. pr. I. Quibus non est permiss. fac. testam. pen. C. Qui testam. fac. poss. Bach. ad Tr. vol. 2. D. 10. th. 2. lit. e. Riemer. decad. 6. q. 6. Ludvv. in tr. de ult. volunt. ad f. §. 5. vers. Filius autem familias. C. de bon. quæ liber. p. 608. &*

l. *seqq.* * Sin imperfectæ est ætatis, nec ille, qui plenam proprietatem ipsi reliquit, etiam de curatore prospexit, pater, si vult, hæc quoque bona administrare potest. *arg f. §. 1. C. de bon. quæ liber. 7. pr. C. de curat. furios. Faber. in C. tit. de bon. quæ lib. def. 6. Carpz. p. 2. c. 10. d. 11.*

D *PROFECTITIUM* peculium est, quod voluntate patris, ab ejusdem rationibus, quoad administrationem, est separatum, & complectitur ea, quæ, citra militiæ causam, ex re patris vel ejus occasione ad filiumfamiliâs pervenerunt. §. 1. *I. Per quas person. cuique acq.* 7. *pr. de donat.* 46. *de pecul. Usill. in Comm. ad tit. de act.* §. 10. *n.* 3. *vid.* 18. *in f.* 19. *de pign. act.* 41. §. 1. *de R. V.*

C Hoc in totum dependet à voluntate patris; *arg.* 4. *pr.* §. 2. *l.* 8. *h.* Filius enim omnia profectitia patri, in cujus potestate est, perindè ac servus domino, acquirit, §. 1. *I. Per quas person.* 6. *pr. C. de bon. quæ liber.* confestim. 79. *ff. de A. vel O. H.* Unde filius illa separatim habere & administrare non potest, nisi pater hoc ipsi expressè vel tacitè permittat. *arg. d. l.* 4. *pr.* & §. 2. *l.* 49. *h.*

S Habere possunt omnes filiifamiliâs, cujuscunque sunt ætatis & sexûs. 1. §. 3. & 4.

O Huc pertinent res, ut in *D.* §. 1. *I. Per quas person. cuique. Fr. l.* 2. *Res.* 27. *n.* 1. & *seqq. Enenck. privil.* 4. *cap.* 2. *n.* 5. & *seqq.* modo pater fuerit acquisitionis causa movens proxima vel principalis. *Fr. d. resol. n.* 9. & *seq. Lugo, de J. & J. D.* 5. *sect.* 2. *n.* 37. *Molin. de J. & J. tr.* 2. *D.* 233. *n.* 4. v. gr. si patri donaturus, filio daret. *arg.* 5. §. 2. *de jure dot.* 45. §. 4. *ff. de A. vel O. H.* 6. *de collat.* 10. §. 6. *de vulg. & pup. subst.* 21. & *seq. de usufr.* quod in dubio non præsumitur; *f. in fin. C. de usufruct. Fr. d. res.* 27. *n.* 13. *Mantic. de tac. & ambig. conv. l.* 13. *t.* 21. *n.* 24. ¶. *Graff. dec.* 150. *n.* 3. nisi aliundè contrarium appareat: *vid. Merlin. de legit. l.* 2. *t.* 2. *q.* 14. *n.* 5. *Fr. d. resol. n.* 10. *Mantic. Molin. dd. ll.* ut si quis, v. gr. infanti amici sui, optimè de se meriti, insigne donum obtulerit. Idem dicendum de muneribus patrinorum, von dem Patengeld; *arg. f. in f. C. de usufruct.* variant tamen consuetudines. *vid. Grœnevv. tr. de leg. abrog. ad l. Hinc.* 19. §. 1. *h.* Aliter *Carpz. p.* 2. 24. *d.* 18. & 2. *d.* 262. *Merlin. de legit. lib.* 2. *tit.* 2. *q.* 14. *num.* 5.

E * Pater (*vid.* 3. §. 4. *de min. Bach. ad* §. 1. *I. Per quas person. cuique acqu. n.* 3.) hujus peculii possessionem, & plenum dominium retinet, *pr. I. Quib. non est permiss. fac. test.* 49. §. 1. *ff. de A. vel A. P. Mesa, lib.* 1. *res.* 33. *n.* 4. ita, ut, quicquid filiusfamiliâs, ratione hujus peculii, apprehendat & acquirat, illius & possessio & dominium statim patri, etiam ignoranti, cedat. 1. §. 5. *L.* 4. *de A. vel A. P. vid. l.* 18. §. 1. *ff. eod.*

* Filius nudè detinet, 93. *de R. I.* & administrat, non etiam

etiam sine expressâ vel tacita patris voluntate donat. 7. *pr.* & §§. *seqq. ff. de donat.* Singulare est in *Nov.* 134. *c.* 11. *vid. Cujac. in tit. C. de bon. quæ liber.*

Pater hoc peculium liberè, quocunque tempore, filio adimere potest, modo fiat bona fide, & non in fraudem creditorum. *arg.* 4. *pr.* 8. 21. *pr. h. Schneidevv. ad* §. 10. *I. de act. num.* 34. Si in emancipatione non ademit, filio donasse censetur; 31. §. 2. *de donat. vid.* 3. §. 4. *de minor.* filius hoc confert. 12. *C. de Collat.* 13. *C. famil. ercisc.* Neque hujus peculii natura mutata est. 6. *pr. C. de bon. quæ liber. Usill. in Comm. ad tit. de Act. in* §. 10. *n.* 5. Ↄ

ACTIO de peculio est personalis, (§. 8. *I. de Act.* 21. §. *f. h. Bach. de act. D.* 8. *th.* 9. *pag.* 114. *Usill. ad tit. I. de Action. in* §. 10. *num.* 41. & *seqq. Schneidevv. ad* §. 10. *I. de Act. n.* 26.) certa qualitate aucta, competens ex contractu servi vel filiifam. de peculio servili, vel profectitio, inito, adversus dominum vel patrem, ut pro quantitate peculii illorum creditoribus satisfaciat. *vid. sup. de Exercit. act.* D

Causa efficiens hujus actionis est contractus verus vel quasi; §. 10. *I. de act.* 14. *de negot. gest.* 21. *de adm. & peric. tut.* 7. *de tutel. Usill. in Comm. ad tit. de Action. in* §. 10. *Schneidevv. ad* §. 10. *I. de act. num.* 18. cum servo vel filiofam. de servili vel profectitio peculio initus; *ET* edictum prætoris, *vid. Bach. de Action. Disp.* 8. *thes.* 9. *p.* 110. *in fin.* & *seqq.* propter generalem domini vel patris permissum, *Bachov. d. thes.* 9. *p.* 109. *Fr. ad* §. 10. *I. de action. n.* 5. *Obst.* 29. §. 1. *l.* 47. *pr. h. vid. Bachov. d. l.* non etiam de castrensi, quasi castrensi, & adventitio, 18. §. 5. *de castr. pecul. Fr. ad* §. 10. *I. de act. n.* 15. & *seq. Schneidevv. ad d.* §. 10. *n.* 13. nec ex delicto. 58. *de R. I. vid. tamen* 3. §. 11. & *seq. h. Fr. d. l. n.* 20. & *seq. Schneidevv. d. l. n.* 20. C

Datur illis, qui cum servo vel filiof. de servili vel profectitio peculio contraxerunt, & aliis, quibus ex æquitate illa conceditur. *d. l.* 3. §. 12. *h.* S

Adversus patrem & dominum, §. 10. *I. de act.* etiam illum, ad quem servus posteà pervenit. 27. §. 2. *Bach. de act. D.* 8. *th.* 9. *p.* 114. P

Ad id, quod ex causis illis debetur, & quatenus vires peculii patiuntur, deducto prius eo, quod domino, vel patri, & aliis, qui in illorum potestate, tutela vel cura sunt, debetur 9. O

§. 2. & seqq. h. Bach. de act. Disp. 8. thes. 9. pag. 109. & 115. Schneidevv. ad §. 10. I. de act. n. 37. & 38.

Hæc actio hodiè plus difficultatis, quàm utilitatis habet. *vid. Georg. Schulz. synops. Inst. tit. quod cum eo, qui in alien. potest. lit. C. Hahn. in not. ad W. h. in f.*

In Monachis, qui certum peculium ab Abbate seu Monasteriis habent, hanc actionem etiam locum habere, tradit Christinæus, *vol. 3. dec. 34. n. 1. Zoes. in §. 10. I. de act. n. 22. Mudæus, ad d. §. 10. n. 5. & 6.* ¶. *Usill. in Comm. ad tit. I. de action. ad §. 10. n. 47. & seqq.*

QUANDO DE PECULIO ACTIO XV. 2. ANNALIS EST.

ACtio de peculio etiam ratione durationis eadem est, quæ directa, durante patris, vel domini potestate, & existente peculio; 1. §. 1. *l. 2. Hahn. ad W. h.* Prætor tamen etiam soluta potestate adhuc intra annum utilem hanc concedit actionem. 1. §. 2. & 3.

XV. 3. DE IN REM VERSO.

ACtio de in rem verso est personalis, à Prætore certa qualitate aucta, competens ex contractu filiifam. vel servi adversus patrem vel dominum de eo, quod ex illo contractu in rem patris vel domini est versum. §. 4. *I. quod cum eo. vid. supr. de exercitor. act. N. & de act. tribut. princ.* Est prætoria, 7. *C. quod cum eo, qui in alien. potest.* rei persecutoria, & perpetua. 1. *§. 1. h. d. l. 7. C. d. t.*

Directa & utilis, quæ datur, si homo sui juris aliena negotia gerens contraxit, & exinde aliquid in rem domini negotiorum vertit. 7. §. 1. *C. Bach. de act. Disp. 8. thes. 7. ferè in f. Hahn. ad Wesenb. h. n. 4. vid. Oldend. class. 4. act. 7. Schultz. ad Inst. tit. quod cum eo. Perez. ad d. t. n. 7.*

Causa efficiens est contractus filiifam. vel servi, sive peculium habeat, sive non, 1. *pr. & §. 1. Bach. de act. D. 8. th. 7. in f.* ET edictum Prætoris. *vid. supr. ad tit. de exerc. act. C.* Si exinde in rem patris vel domini versum sit. §. 4. *I. quod cum eo.* hoc est, si expensum, comparatum vel acceptum aliquid est, in domini, &c. necessitatem, §. 4. *I. d. t.* utilitatem; 3. §. 2. *l. 5.* §. 2. 17. §. 1. licet actu non sit in rem

do-

domini, &c. versum, 3. §. 7. 8. *& ult. l. 17. pr. vid. tamen l.* 10. §. 6. *h. Grœnevv. ad d. l.* 3. *n.* 1. *arg.* 3. §. 2. *h. junct.* 4. *C. mandat.* 10. §. 1. *l.* 12. §. 2. *de N. G.* sed casu perierit; *dd. ll.* (Secus est, si pecunia in usum domini &c. accepta, dolô malô alio vertatur; etsi filius vel servus aliàs solitus fuerit vertere in rem patris vel domini, 3. §. 9.) tùm enim rei necessariæ totum conventum pretium, & rei utilis verum pretium debetur. 5. *pr.* Quod ad voluptatem tantùm pertinet, non videtur in rem versum; sed pater vel dominus pati tantùm debet, creditorem illud auferre; 3. §. 4. *h. arg.* 27. *pr. in f. de N. G. junct. l.* 3. §. 4. *h.* nisi patris vel domini voluntate factum, & pater vel dominus illud facere solitus sit. *l.* 3. §. 4. *&* 6. Hanc ver- pr.
sionem probet actor. §. 5. *I. Quod cum eo.* 7. *C. eod.*

Datur contrahentibus, ut *in D.* §. 4. *I. Quod cum eo.* & hæ- S
redibus, *C. J. A. h. th.* 5. *Schneidevv. ad d.* §. 4. *I. n.* 3. hic præventioni locus est; 3. §. *f. l.* 4. Non etiam fidejussori, qui pro filiofamil. in rem patris contrahente sese obligavit, 18. *Schneidevv. ad d.* §. 4. *I. Quod cum eo. n.* 3. *C. J. A. h. th.* 6.

Adversus patrem vel dominum, in quorum rem aliquid P
versum, & hæredes. 7. *C. vid.* 1. *pr.*

Ad id, quod ex eo contractu debetur, in quantum aliquid O
in rem patris vel domini versum est. 10. §. 4. *h.* §. 4. *I. Quod cum eo. vid. Bachov. de action. Disp.* 8. *th.* 7. Si pater ob eam tantùm rationem hâc actione tenetur, quòd ipsi actiones per filium quæsitæ, liberatur ipse actiones creditori cedendo. 3. §. 5. *h.* 51. *de pecul.*

Novo jure in rem patris vel domini versum directo, condi- I.n
ci potest, perinde ac si principaliter cum ipsis negotium gestum esset. §. *f. I. Quod cum eo.*

Extinguitur jus hujus actionis, si dominus vel pater filio vel O
servo id, quod versum erat, restituerit. 10. §. 6. *h. ibi Busius. Schneidevvin. ad* §. 4. *I. d. t. num.* 3. *in fin.*

QUOD JUSSU. XV. 4.

Actio quod jussu est actio personalis, certâ qualitate à D
prætore aucta, competens ex contractu filiifamilias vel servi jussu patris vel domini inito, adversus patrem & dominum, ad id, quod ex contractu illo debetur, in solidum. §. 1. *I. Quod cum eo. ibi Schneidevvin. num.* 2. Estque prætoria, 25. *pr. ad SCtum Vellejan.* rei persecutoria, perpe- N
tua,

tua, bonæ fidei, vel ſtricti juris, prout directa talis eſt. *Schneidevvin. ad d.* §. 1. *n.* 3. *vid. ſupr. tit. de Exercitor. act. N. vid. l.* 32. §. 2. *&* 3. *ff. de uſur. Bach. d. act. D.* 8. *th.* 14.

C Datur hæc actio à Prætore ex contractu filiifamil. vel ſervi, juſſu patris vel domini inito. 1. *pr. h.* §. 1. *I. Quod cum eo.* Hic non requiritur conſenſus præcedens, cum aliquo imperio conjunctus; 25. §. 4. *de A. vel O. H. Fr. in Comm. Inſt. ad* §. 1. *I. Quod cum eo. n.* 5. ſed ſufficit concomitans & ſequens, verbis, literis, aut per nuncium expreſſus, 1. §. 1. 3. 6. quo pater vel dominus in unum vel plures filiifamil. vel ſervi contractus ſpecialiter conſentit, 1. §. 1. e. g. chirographo ſubſcribit, 1. §. 4. verba ad filium, vel ſervum, ſive ad extraneum, qui cum illis contrahit, referendo; 1. §. 1. *&* 3. *l.* 3. *h.* 8. *C. Quod cum eo. vid. Bach. ad* §. 2. *I. Quod cum eo. & de act. D.* 8. *th.* 12. *Fr. ad d.* §. 1. *n.* 5. hoc tamen caſu contra patrem & dominum etiam mandati actio competit, 8. *C. mand. Bach. d. l.* idem eſt, ſi jubeat alius domini vice, e. gr. Tutor, Curator, vel verus Procurator; nam etiam ex horum juſſu contra dominos hæc actio datur. 1. §. *f. l.* 2. Sola patris vel domini ſcientia non ſufficit, *arg.* 1. §. 5. nec ſi filium, vel ſervum commendaverit, *f. C. Quod cum eo.* aut pro ipſis fidejuſſerit: 1. §. 5. *Schneidevv. ad* §. 1. *I. Quod cum eo. n.* 6. *in fin.* quia poſteriori in caſu, tanquam extranei, interceſſerunt. *d. l.* 1. §. 5. *h. C. J. A. h. th.* 7. Hortatus, quomodo à juſſu differat, explicatur in *Coll. J. A. h. th.* 2. Si dominus, vel pater miniſterio ſervi vel filii contraxit, non hæc; ſed directa contra illum datur. *f. pr. h.* 4. *Cod. Quod cum eo.* 15. *de conſt. pec. Bach. de action. D.* 8. *th.* 12.

S Competit hæc actio contrahentibus, ut in D. & hæredibus. *Schneidevvin. ad* §. 1. *I. Quod cum eo. n.* 2. *Oldend. cl.* 4. *act.* 7. *C. J. A. h. th.* 8. Utilis datur illis, qui cum libero homine, alterius negotia gerente, juſſu negotiorum domini contraxerunt. 7. §. 1. *C. Quod cum eo. Oldend. claſſ.* 4. *act.* 7. *Perez. in C. d. t. n.* 7. *C. J. A. h. th.* 11. *n.* 3.

P Adverſus patrem vel dominum, quorum juſſu filius vel ſervus contraxit, §. 1. *I. Quod cum eo.* 1. *pr. h.* & hæredes, *Coll. J. A. h. th.* 9. ſingulos jubentes in ſolidum, aut eum, qui ſolus juſſit. *f.* §. 1. Utilis datur adverſus negotiorum dominum, cujus juſſu illorum adminiſtrator ſui juris contraxit, 7. §. 1. *C. Quod cum eo.*

O Ad omne id, quod ex illo contractu debetur, in ſolidum; §. 1. *I. Quod cum eo.* modo contrahentes juſſum non exceſſerint. 3.

Ipſe

Ipse quoque filiusfamil. ex contractu, directâ actione ex illo contractu descendente, conveniri potest; *3. §. 4. ff. de minor. Obs. 4. C. Quod cum eo.* ita tamen, ut, si, tanquam administrator rerum paternarum, & administratorio nomine contrahat, ipse etiam tantùm durante administratione, & administratorio nomine; si verò suô nomine gerat, etiam suô nomine conveniri possit. (*vid. tit. de instit. action. E.*) *23. de minor.* S

Jussus, re integrâ, revocatur, 1. §. 2. jubentis morte extinguitur. 50. *de A. vel O. H. vid. C. J. A. h. th.* 14. Cum hâc actione quandoque concurrit actio de peculio, & de in rem verso; *§. 5. I. Quod cum eo.* sed electivè. 9. §. 1. *de tribut. act.* 4. *§. 5. Quod cum eo. Fr. ad §. 5. I. Quod cum eo.* Ɔ SS

AD SENATUSCONSULTUM VELLEJANUM. XVI. 1.

SCtum Vellejanum est jus à Senatu Romano constitutum, quo Fœminis pro aliis intercedentibus auxilium præstatur, ne exindè efficaciter conveniantur. 2. §. 1. Estque Privilegium favorabile. 40. *pr. de cond. indeb.* 24. §. 2. *h.* 10. *C. h.* & personale *arg. l.* 196. *de R. I.* D N

Factum à senatu Romano, Consulibus suffectis M. Silano & Vellejano Tutore; tempore, ut videtur, Neronis, *arg.* 2. *pr.* & §. 1. *junct. l.* 16. §. 1. *C. J. A. h. th.* 3. *vid. Henel. de vett. JCtis. p.* 306. *& sq. Mæstert. in varr. trr. ad tit. de SCt. Vell. q.* 1. C

A Prohibet *(1.) *FOEMINAS*, 2. §. 1. quascunque, *Fr. h. num.* 10. modo contrahere possint; *arg.* 4. §. 1. (de hermaphrodito *vid.* 15. §. 1. *de testib.* 10. *de statu homin.*) quidam tamen excipiunt Reginas, Comitissas, Abbatissas & alias illustres Jurisdictionalia habentes, *Hering. de fidejuss. c. 7. n.* 517. *& seqq. C. J. A. th. 5. n.* 22. O

a„ *(2.) *APUD ALIOS*, masculos, vel fœminas, 5. *C. h.* majores, vel minores, 2. *de minor.* (*vid. infr.* Ɔ.) modò sciant, mulierem intercessisse ab initio, *vid.* 4. *pr.* 11. 12. 17. *pr.* 19. §. *f. l.* 27. *pr.* 28. §. 1. *h.* 1. 10. *C. h. vid. Bach. vol.* 1. *Disp.* 25. *th.* 5. *lit. d. & e. Wesenb. π. h. n.* 6. *lit. b. C. J. A. h. th. 5. n.* 8. *vid. Buss. ad l.* 11. & 12. *h.*

a„ *(3.) *PRO ALIIS* quibuscunque; 1. *pr.* licet sit pater, & filius, 2. §. 1. *ff.* 3. 8. *C.* maritus: *Auth. Si qua mulier. C. h. Nov.* 134. *c.* 8. *Berlich. p.* 2. *concl.* 19. *n.* 55. *& seqq.*

Molin. de J. & J. tr. 2. *D.* 499. *n.* 6. *Carpz.* 2. *const.* 37. *def.* 6. ¶. licet Scholaris eam conduxisset: *Harppr. ad* §. *ult. l. h. n.* 13. *&c. Valasc. tr. de jur. Emphyt. q.* 22. *n.* 5. *Molin. d. Disp.* 499. *n.* 9. *Obst. Auth. Habita C. ne filius pro patre. vid. tamen Barbos. ad d. l.* 3. *n.* 19. *Trentac. lib.* 3. *tit. de locat. resol.* 4. *n.* 7. *Hunn. encycl. jur. p.* 3. *tit.* 18. *c.* 5. *n.* 17. & domus ampla sit, utrique sufficiens, *Christinæ. V.* 3. *decis.* 115. *n.* 5. *Trentac. l.* 3. *tit. de locat. resol.* 4. *n.* 2. aut generaliter, vel specialiter oppignorata sit. *Trentac. d. l. n.* 8. *vid. Barbos. d. l.* 3. *num* 23. *Molin. d. l. n.* 7. Idem est circa indigentiam aliarum rerum. *Carpz.* 2. *c.* 37. *def.* 6. *n.* 11. *& seqq.* ¶. *& p.* 2. *dec.* 137. *n.* 11. *Trentacinq. d. resol.* 4. *n.* 12. ¶. *Diss. Molin. de J. & J. tr.* 2. *Disp.* 499. *num.* 10. *Gomez. t.* 2. *c.* 3. *n.* 6. *in fin. Lugo, de J. & J. D.* 29. *sect.* 1. *num.* 13. *Barbos. ad d. l.* 3. *n.* 20. *NISI* locator (etiamsi tutelæ nomine rem locaverit) specialiter huic causæ, vel beneficio *l.* 3. *C. h.* renunciaverit. *Carpz. p.* 2. *c.* 37. *d.* 7. ¶. *Barb. ad* 3. *C. n.* 25. (Generalis conventio de conductore non expellendo sufficere non videtur. *arg.* 54. §. 1. *h. arg.* 3. *de legat.* 1. *Trentac. l.* 3. *tit. de legat. resol.* 4. *n.* 6. *vid. Molin. d. D.* 499. *n.* 8. *in fin. Barb. ad d. l.* 3. *num.* 25.) aut post supervenientem propriam indigentiam mercedem acceperit, *Trentacinq. d. res.* 4. *n.* 5. *Mevius, ad Jus Lub. l.* 3. *tit.* 8. *art.* 2. *num.* 14. aut plures rem communem locaverint; tùm enim unius indigentia non sufficit. *arg.* 28. *Comm. divid. Carpz. lib.* 2. *dec.* 137. ¶. Conductor ex hac causa expulsus mercedem tantùm pro rata temporis debet. *Fr. h. n* 146. *&c. Costal. in l.* 30. *h.* ¶. (3.) Superveniens necessitas rem locatam reficiendi: modo id aliter commodè fieri non possit, quàm conductore expulso: 3. *C. h.* 30. *pr. h. c. pen.* §. 1. *x. h. Christinæ. Vol.* 3. *dec.* 115. *num.* 7. qui si tempore refectionis domum inhabitare possit, licet cum modico incommodo, ad integram mercedem tenetur. 27. *h Barbos. ad d. l* 3. *C. h.* Finitâ refectione, inquilinus jure petit, ut ipsi res conducta restituatur, & usque ad finem conductionis relinquatur, *Molin. de J. & J. tract.* 2. *Disp.* 499. *num.* 11. *Trentacinq. l.* 3. *tit. de loc. resol.* 4. *num.* 9. *Barbos. ad d. l.* 3. *C. h. tit. num.* 30. *Fr. h. n.* 148. facta pro rata temporis, quo non habitavit, mercedis remissione. 30. *pr. h. Trentacinq. dict. resol.* 4. *num.* 9. *in f. Fr. h. num.* 146. *&c.* (4.) Abusus rei locatæ, 3. *C. h. Christin. vol.* 3. *dec.* 115. *n.* 10. naturalis, *Trentacinq. d. l. n.* 10. *vers. Dicta conclusio.* vel moralis, v. gr. meretrices, lenones, fures, & similes recipi-

cipiendo, vel aliud turpe & indecens in ea exercendo. Molin. d. l. num. 12. Barbos. ad d. l. 3. num. 31. vid. Ripa, de peste, rubr. de privil. contract. caus. pest. num. 29. 30. Hoc in casu conductor locatori tenetur ad omne interesse. Barbos. ad d. l. 3. num. 34. Hunn. encyclop. jur. p. 3. tit. 18. cap. 5. num. 24. ¶. vid. Lugo, de J. & J. Disp. 29. sect. 1. num. 15. vid. Auth. Qui rem. C. de SS. Eccles. Fr. h. num. 15. &c. Neque huic caussæ obstat pactum de conductore non expellendo. (5.) Si non appareat hæres conductoris. 15. §. f. & seqq. Mantic. de tacit. & amb. conv. lib. 5. tit. 9. num. 3.

f. * In operarum locatione famuli discedunt ob duritiem dominorum; arg. §. f. I. de his, qui sui vel alien. non etiam ob quamcunque correctionem vel castigationem. vid. Bach. V. 1. D. 29. th. 2. in f.

o. * CONDUCTOR ante tempus præfinitum rem relinquere potest ex justa causa, ex. gr. si lumina ædium conductarum, vicino ædificante, obscurentur, aut ostia, sive fenestræ nimium corruptæ non restituantur, 25. §. 2. si ædes conductæ ruinam minentur, 13. §. 6. l. 28. 33. de damn. infect. item ob impetum hostium, vel latronum, 13. §. 7. 34. pestis; arg. 27. §. 1. ibi Gothofr. Ripa, de peste, rubr. de privil. contract. caus. pest. num. 22. ¶. Fr. h. num. 122. Pantschm. 1. q. 13. n. 23. ¶. (ita tamen, ut, peste & ejus timore cessante, conductor contractui usque ad tempus constitutum stare, Lugo; D. 29. sect. 2. n. 31. Ripa, d. l. num. 18. &c. & mercedem pro rata temporis, quô re conductâ usus est, præstare teneatur, remissâ mercede reliqui temporis, quo ob pestem re conductâ non usus est, etiamsi tantùm unô mense non inhabitaverit. vid. omninò Ripa, d. rubr. num. seqq. Pantschm. 1. q. 13. n. 24. Diss. Gail. 2. obs. 23. n. 7.) Item Spectrorum, Gothofr. ad 27. h. ¶. Fr. h. num. 122. ¶. Christinæ. Vol. 3. D. 21. num. 2. 3. Gomez. 2. c. 3. num. 3. aut aliam justam timoris caussam, licet periculum verè non subsit: 27. §. 1. (modo hujusmodi causa non supervenerit conductoris culpa, Ripa, d. l. n. 39. & is talem rei statum, tempore conductionis, ignoraverit; arg. 9. §. 1. h. vid. Pantschm. 1. quæst. 5. n. 6. Gail. 2. O. 23. num. 21. Lugo, d. l. num. 28. nisi periculum successu temporis longè majus factum sit, 13. §. 6. de damn. infect. Lugo, d. l. num. 28. Christinæ. vol. 3. dec. 113. num. 3. ¶.) non etiam liberatur ab obligatione mercedem totam solvendi, si ob supervenientem causam amplioribus ædibus indi-

geat, *Ripa, d. rubr. n.* 21. *Pantſchm. q.* 13. *n.* 13. *&c.* aut à ſuperiore avocatus ſit. *Pantſchm.* 1. *q.* 13. *n.* 19. *&c. Bonacin. d. tr. D.* 3. *q.* 7. *p.* 3. *n.* 7. Conductor ex juſta cauſa migraturus, vel rem locatam relicturus, dummodo poſſit, hoc indicet locatori; aliàs enim, deterioratâ re locatâ, conductor tenetur ad refectionem damni, ſi monitus locator damnum præcavere potuiſſet, 13. §. 7. *Ripa, d. rubr. n.* 23. *Fr. h. num.* 122. *vid. Pantſchm.* 1. *q.* 4. *per tot. maximè n.* 26. utut merces remittenda ſit ratione temporis, quo uti non potuit. 27. §. 1. 55. §. 2. *h. Carpz. part.* 2. *conſt.* 37. *def.* 10. ¶. Sin verò, exiſtente migrationis cauſâ, nihilominùs in re conducta perſiſtat, integram præſtare tenetur mercedem; 28. niſi, v. gr. domum conduxerit principaliter ad hoc, ut Studioſos vel hoſpites reciperet; tunc enim, ſi propter peſtem, vel ſimilem ſupervenientem cauſam, Studioſi receſſerint, vel hoſpites non advenerint, ita, ut re conductâ ad uſum deſtinatum uti impeditus fuerit, licet ipſe ſemper ædes inhabitaverit, tamen merces Judicis arbitrio pro parte eſt remittenda. *arg.* 15. §. 2. 25. §. 6. *h. vid. Ripa, d. rubr. n.* 27. *&c. Fr. h. n.* 123. *Pantſchm.* 1. *q.* 2. *n.* 13. *Boſſ. prax. crim. tit. de remiſſ. merced. n.* 40. * (2.) d.
MORTE locatoris vel conductoris: modo tale quid conductum ſit, quod perſonæ cohæret, ac per alium æquè commodè expediri nequit: *arg.* 13. *C. de contr. ſtipul. Gomez.* 2. *c.* 3. *n.* 7. aut contractus initus ſit, quoad locator & conductor velint; tum enim morte ejus, qui eligere debebat, finitur, 4. *h. Mantic. de tac. convent. lib.* 5. *t.* 9. *n.* 10. aut ſi morte locatoris extinguatur jus, quod in re habuit. 9. §. 1. *h. vid. Lugo, D.* 29. *ſect.* 4. *n.* 70. *Molin. de J. & J. tr.* 2. *D.* 490. *n.* 5. Aliàs enim, & *REGULARITER* verum eſt, quod locationi ſtare debeat hæres, §. *f. I. h.* 10. *C. h. Carpz.* 2. *c.* 37. *d.* 1. ¶. *Obſ.* 60. §. 1. *h. Chriſtin. V.* 3. *dec.* 116. *n.* 8. *Mantica, de tac. conv. lib.* 5. *t.* 9. *n.* 2. (Locatio tamen à fiduciario facta fideicommiſſarium non obligat, *arg.* 41. §. 3. *de vulg. & pup. ſubſtit.* 67. §. 1. *de leg.* 2. *Magon. dec. Lucenſ.* 53. *n.* 15. ¶. *Fuſar. de ſubſtit. q.* 274. *vid.* §. 6. 7. *I. de fideic. hæred.* 69. §. 1. *de leg.* 2. *Molin. de primog. lib.* 1. *c.* 21. *n.* 3. *Lugo, de J. & J. D.* 29. *n.* 19. *Diſſ. Fuſar. de ſubſt. q.* 526. *Barb. ad* 9. *C. h. n.* 20. *per l.* 5. §. 1. *quod cum eo, qui in alien.* 44. §. 1. *ad SCt. Treb. junct.* 10. *C. h. v. Zœſ. h. n.* 45.) & fiſcus ſucceſſor in Bb. vacantia, vel ob delictum; 51. §. *f. de fidej.* 2. *C. ad L. J. de vi publ. Chriſt. d. dec.* 116. *n.* 10. *Mant. de tac. conv. l.* 5. *t.* 9. *n.* 5. *&c. Gomez.* 2. *c.* 3. *n.* 10. *Lugo, de*

J. & J.

G *J.& J.D.*29.*n.*18. (secus est, si rem locatam, tanquam singularem, acquirit. 33. *Gomez. t.*2.*c.*3.*num.*16. *Christina. d.l.*) NON etiam * singularis successor, *arg.*9. *C.h. ibi Barbos.n.*1. & 2. *l.* 25. §. 1. *ff. h. Bach.Vol.*1. *D.*29. *th.*8. *lit. a. Lugo, de J.& J. D.* 29. *num.* 16. etiamsi locatio in longum tempus sit contracta, *Christin. vol.* 3. *decis.* 113. *n.*1. *Diss. Barbos. ad d.l.*9. *n.*13. aut successor causam habeat lucrativam, 120. §. *f. de Leg.* 1. *Mantic. de tacit. convent. l.* 5. *t.* 10. *n.* 4. aut colonus sit partiarius. *vid. Mantic. de tacit. convent. lib.* 5. *tit.* 11. Hinc expellere potest conductorem (1.) Emptor, (Kauff gehet für Miethe) 9. *C. h.* 25. §. 1. *h. Carpz.* 2. *const.*37. *def.* 4. ¶. *vid. Græn. ad d. l.* 9. *n.* 4. *ibi: huir gaet vor coop.* etiamsi ipse tempore emptionis sciverit, aut venditor simpliciter dixerit, rem alteri locatam, & tempus locationis nondum elapsum esse, *arg.* 8. §. 15. *quib. mod. pign. vel hypoth. solvit. Tuld. in Cod. h. num.* 15. *Christin. vol.* 3. *dec.*113. *num.*2. ¶. *Diss. Barb. ad d. l.*9. *num.*22. aut locator conductori juraverit, se contractum servaturum, *arg. f. C. de non num. pec. Zœs. h. n.* 42. *Mastert. tr. de locat. q.* 20. *Diss. Barbos. ad d. l.*9. *num.*21. *vid. Tuld. in Cod. h. n.*15. ¶¶. vel promiserit, se rem locatam ante tempus conductionis non alienaturum; *Mast. d. q.* 20. nisi hoc in casu etiam rem locatam in securitatem contractus conductori oppignoraverit. *arg.* 7. *in f. de distr. pign. Barbos. in d. l.* 9. *n.* 16. *Tuld. in C. h. n.*15. *Gratian. dec.* 99. *num.*6. *Mantic. de tacit. convent. lib.* 5. *t.*10. *num.*20. *Fr. h. num.*242. ¶. *Diss. Mastert. d. q.*20. Si locator rem locatam simpliciter, sine pacto de re illa non alienanda, oppignoraverit, conductor quidem rem sibi locatam & oppignoratam tamdiu retinere potest, donec, quod interest, ipsi præstetur: *Fr. h. num.*239. &c. eo verò præstito, atque sic re locata à pignore liberata, 16. §. 3. *de pign.* 6. §. 1. *quib. mod. pign. solv.* emptor conductorem expellere non prohibetur. *Zœs. h. n.* 43. *Bach. V.*1. *D.*29. *th.*8. *in f. Fr. h. n.*241. *Barb. in d. l.* 9. *n.*16. ¶. *Tuld. in C. h. num.* 15. *Gratian. decis.*99. *num.*3. & 4. ¶. *vid. Mantic. d. tit.*10. *num.*19. *Diss. Molin. de J. & J. D.*490. *num.* 7. 8. *Carpz.* 2. *c.*37. *def.*4. *n.*5. *Lugo, de J. & J. D.*29. *n.*17. (2.) Legatarius, 32. *h.*120. §. 2. *de leg.* 1. (3.) Usufructuarius, 59. §. 1. *de usufr. Mantic. de tacit. convent. lib.* 5. *t.* 10. *num.* 5. 26. *Barbos. ad* 9. *C. h. num.* 10. (4.) Proprietarius, qui finito usufructu rem ab usufructuario locatam recipit, 9. §. 1. *h.* (5.) Fiscus rem singularem publicatam occupans, 33. (6.) Successor feudi

feudi, *Richter. decis.* 81. *num.* 11. ¶. (7.) Successor Majoratus. *Barbos. ad d.l.* 9. *n.* 9. *Molin. de primog. lib.* 1. *c.* 21. *num.* 3. ¶. (8.) Maritus rem alteri locatam in dotem accipiens. *Bach. V.* 1. *D.* 29. *th.* 2. *lit. e. vers. an mulier locationi. Carpz.* 2. *c.* 37. *def.* 2. *n.* 8. *Mant. de tac. conv. l.* 5. *tit.* 10. *n.* 9. (9.) Mulier rem dotalem à marito locatam soluto matrimonio recipiens; hæc tamen ex singulari ratione cavere tenetur, se marito restituturam, si eo nomine ad aliquid condemnatus fuerit. 25. §. *f. solut. matrim. vid. Bach. d. l. Lugo, de* ℈. & ℈. *D.* 29. *num.* 20. 21. *Gomez.* 2. *c.* 3. *n.* 8. *Fr. h. n.* 228. *Carpzov.* 2. *c.* 37. *def.* 2. ¶. *Mantic. d. t.* 10. *n.* 21. *Caroc. de locat. p.* 2. *q.* 30. *n.* 4. *&c. Zœs. h. n.* 45. *Diss. Lugo, de* ℈. & ℈. *D.* 29. *n.* 23. *NISI* quis emerit rem fiscalem, *f. in f. de jur. fisc.* 3. *C. de mancip. & colon. patrim. Peregrin. de jur. fisc. lib.* 6. *tit.* 5. *n.* 33. *Mantic. d. tit.* 10. *num.* 28. *Barbos. ad d. l.* 9. *n.* 18. aut aliam ea conditione, ut conductio ad finem usque duret, nam hic per obliquum tenetur stare locationi, 9. *C. h. Fr. h. n.* 227. quod etiam factum censetur, si consenserit successor sibi pensiones promitti, 59. §. 1. *ff. de usufr. Tuld. in C. h. n.* 15. *Barbos. ad d. l.* 9. *n.* 23. *Mant. d. t.* 10. *n.* 21. aut si mercedem acceperit: tum enim locationem ejus anni ratificasse censetur. *Molin. de primogen. lib.* 1. *c.* 21. *n.* 6. 7. Qui non ut dominus aut usufructuarius; sed ut custos in fundum venit, colonum expellere nequit. 8. §. 1. *de bon. auth. jud. poss. Tuld. in C. h. n.* 15. *ferè in f. Mant. d. t.* 10. *num.* 25. nec alius necessarius successor, in quem ex necessitate juris per sententiam judicis res locata transfertur: hic enim ex persona & jure prædecessoris succedit. *per* 8. §. 1. *de reb. auth. jud. poss. Fr. h. num.* 243. *&c. Moller. lib.* 4. *semestr. c.* 14. *n.* 8. 9. *Carpz.* 2. *c.* 37. *def.* 4. *num.* 6. *Mant. d. t.* 10. *n.* 10. & 27. *Barbos. ad* 9. *n.* 11. & 26.

Conductore à singulari successore expulso, siquidem res in eum translata est ex voluntate locatoris, potest conductor agere adversus locatorem, vel ejus heredem, ad omne interesse; 24. §. 4. *l.* 32. 33. *h.* 120. §. *f. de leg.* 1. sin verò præter locatoris voluntatem in eum translata sit, ex juris necessitate, ex. gr. re usufructuaria ad proprietarium revertente, 9. §. 1. (item in re dotali, *Lugo, de* ℈. & ℈. *D.* 29. *n.* 20. & bonis Majoratus, *Molin. de primogenit. lib.* 1. *c.* 21. *num.* 8.) tùm locator tantùm debet remittere mercedem temporis futuri; *dd. ll.* nisi ignoranti conductori qualitates celaverit; tùm enim etiam ad interesse tenetur. 9. §. 1 *Molin. de primogenit. lib.* 1. *c.* 21.

c. 21. n. 8. & 11. &c. Obs. 25. §. f. sol. matr. vid. Lugo, de J.
g. *& J. D. 29. n. 19.* * Neque conductor obligatus est singulari successori, e. g. rei locatæ emptori, legatario, &c. 32. *Molin. de primog. lib. 1. c. 21. n. 4. Barb. ad 9. C. h. n. 5. Mant. de tac. conv. l. 5. t. 10. n. 43.* nisi actio locatori competens ipsis fuerit cessa, *Mantic. d. tit. 10. n. 44. &c.* aut alio modo locatoris intersit, conductorem à contractu non recedere. *vid. Bachov. V. 1. D. 29. th. 8. lit. a.*

H Actio * *CONDUCTI* est actio personalis, rei persecutoria, §. 17. *l. de action.* bonæ fidei, 17. *C.* quæ conductione perfecta datur conductori, *pr. l. 15. pr.* & heredibus, 19. §. 8. contra locatorem & heredes, 49. *de O. & A.* (Si plures operas ad opus faciendum singuli in solidum locarunt, singuli in solidum tenentur. *arg. 9. pr. junct. 3. §. 1. de duob. reis.*) ad omne id, quod ipsi ex hoc contractu debetur. *pr. l. h.* D

Datur ad omne id, quod ex hujus contractus natura, vel ex pacto conductionis debetur: *pr. l. h. 15. §. 1. inf. l. 33. h.* Et O
I quidem in locatione * *OPERARUM* ad operas fideliter præstandas; liberatur tamen præstando interesse: *arg. 13. §. f. de re jud. vid. Vinn. ad §. f. l. de V. O. Fr. h. n. 155.* Sed si
K * casu impediatur citra suam culpam, merces tantùm remittenda est, vel accepta restituenda: *15. §. 2. & 7. h. Obs. p. §. 1. h. vid. Gothofr. ibid. Tuld. in C. h. n. 8.* Sic merces pro rata temporis dividitur, si e. g. famuli nostri ægrotant, *arg. 15. §. 2. h. Tuld. in C. h. n. 9. Lugo, de J. & J. Disp. 29. sect. 3. n. 58. &c. Bonacin. de contract. Disp. 3. q. 7. punct. 4. n. 13. Obs. 4. §. 5. de stat. lib. 19. §. 9. &c. h. f. §. 1. ad Leg. Rhod. de jact. vid. Lugo, Tuld. dd. ll. Fr. h. n. 196.* (nec jure stricto sumptus curationis debentur; *dd. DD. dd. ll. Molin. de J. & J. D. 505. n. 1.* secus est secundùm charitatem. *arg. 4. §. 5. de stat. lib. Lugo, d. l. n. 60. Bonacin. d. l.*) aut ante tempus locationis moriantur. *Fr. h. num. 193. Obs. 38. §. 1. h. 1. §. 13. de extraord. cogn. Fr. d. l. num. 194.* Si quis tironem in arte instruendum & alendum eâ lege susceperit, ut per triennium operas præstaret, & 50. fl. solveret, tiro verò decimo octavo mense moreretur, ejus heredes de 50. fl. nihil repetent. *Tuld. in C. h. n. 10.* Si quis pro vectura navis ad certum locum certam mercedem promiserit, navi ad locum, unde discessit, tempestate retro actâ, merces præstabitur, pro modo operæ præstitæ, boni viri arbitratu. *vid. Bonacin. de contract. D. 3. q. 7. punct. 4. num. 20.*

Tuld.

2. Tuld. in C. h. n. 8. vid. Molin. de J. & J. D. 502. Lugo, de J. & J. D. 29. ſect. 2. n. 34.

* Si ſtet per Conductorem, ex. gr. ſi dominus abſque juſta k
cauſa famulum expellat ante tempus conventum, merces de-
betur integra; 19. §. 9. 38. *pr. h. junct.* 161. *de R. I.* 24. *de*
condit. & demonſtr. Fr. h. num. 190. *Lugo, de J. & J. D.* 29.
ſect. 3. *n.* 54. 56. niſi locator intra tempus illud alteri operas
locaverit, & mercedem acceperit. 19. §. 9. *in f. Bonacin. de*
contract. D. 3. *q.* 7. *punct.* 3. *n.* 8. *& punct.* 4. *n.* 11. *vid. Lugo,*
d. D. 29. *ſect.* 3. *n.* 54. *&c.*

* Si ſtet per Locatorem, culpa ſua operas non præſtan- k
tem, tùm datur hæc actio contra ipſum ad omne id, quod con-
ductoris intereſt. *arg.* §. *f. I. de V. O. vid. Moller. lib.* 2. *ſemeſtr.*
c. 17. *Lugo, d. l. num.* 56. * *OPERIS FACIENDI, vid.* i,,
Struv. exerc. 24. *th.* 23. ſi caſus contigit circa * ipſam ma- L
teriam, absque leviſſima locatoris culpa, tum periculum
ſpectat ad dominum; 13. §. 5. (qui tamen tenetur pro præ-
ſtita jam opera; 33. *verſ. quemadmodum.*) niſi artifex caſum
in ſe ſuſceperit, 13. §. 5. aut eidem res data ſit, ut in genere
reſtituatur. 31. *h. vid. Stypmann. de jure marit. p.* 4. *c.* 10. *n.*
90. * opus, (e. g. l.
ſi cœptum vel confectum interciderit) tùm ſi res facienda lo-
cata eſt * per averſionem, (*vid. Cujac.* 8. *c.* 15. *Vinn. ad L.* 1. M
§. 15. *de exerc. act.*) periculum ante approbationem ſpectat ad
artificem, ſi vitio operis contigit; ad dominum vero, ſi vi
majore: niſi aliud actum ſit; 36. 51. §. 1. *h.* poſt approba-
tionem ſpectat omne ad dominum. *dd. ll.*

* ita, ut in menſuras merces præſtetur, vel ut arbi- m
trio domini opus efficiatur, tum periculum eſt artificis, donec
dominus opus approbaverit: quod fieri videtur etiam per par-
tes, ſi taceat. *dd. ll. Caſtr. in l.* 6. *h. Donell. & Hillig.* 17. *c.* 9.
circa fin. Pariſ. Vol. 1. *conſ.* 37.

* In locatione *RERUM* i.

* (1.) ad hoc, ut locator præſtet conductori re locatâ uti li- N
cere: 9. *pr.* 15. §. 1. & 2. *in f. L.* 33. *h.* quod includit, (1.) ut
TRADAT, 15. §. 1. *h.* præciſè, *Zœſ. h. n.* 5. *in f. Gomez.* 2. *c.* 3.
n. 1. *REM LOCATAM* cum inſtrumentis & acceſſoriis; 19. §.
2. *h.* non etiam ſemen ad ſeminandum agrum conductum.
c. 26. *x. de decim. arg.* 15. §. 2. 7. *h. Surdus, deciſ.* 201. ¶¶¶.
Tulden. in C. h. num. 14. Per quod tamen regulariter non
transfertur dominium, nec aliud jus in re, 39. *h.* 80. §. *fin.*
de con-

de contr. empt. Obſt. 22. §. 2. L. 31. h. vid. Fr. h. n. 28. Tab. part. elem. p. 3. ſect. 4. th. 46. neq; vera poſſeſſio; 60. §. 1. h. 10. §. 1. 32. §. 1. de A. vel A. P. 31. §. 3. de uſurp. 2. C. de 30. vel 40. ann. præſcr. 1. §. 9. & 10. de vi & vi arm. Obſt. 15. §. 1. h. ſed nuda detentio, Fr. h. n. 88. licet locatio ad longum tempus fuerit contracta; arg. 10. C. h. vid. 8. mand. Fr. h. n. 29. &c. & in tr. de laudem. c. 15. n. 7. &c. Finck. obſ. 3. n. 13. &c. Zœſ. h. n. 14. quamvis Dd. communiter per locationem ad longum tempus factam utile dominium transferri ſtatuant. Hunn. encycl. jur. p. 3. t. 18. c. 6. n. 3. &c. Garſ. de expenſ. c. 14. n. 1. &c. (2.) HABILEM ad uſum deſtinatum; 15. §. 1. h. 25. §. 2. h. (3.) QUA conductor uti non impediatur: nam ſi uſum ejus impediat

O * Ipſe locator, * injuria, tùm tenetur ad omne intereſſe;
P 15. §. 8. 33. in f. h. Pantſchm. 1. q. 13. num. 9. 10. ex. gr. ſi non
prohibet impedientem, quem prohibere poteſt, 25. §. 1. l. 30.
p. pr. 33. in f. h. * ob juſtam cauſam, tùm reſtituat, vel remittat partem pretii pro rato; 30. pr. 35. aliquando tamen totam mercedem retinet, vel exigit; vid. ſupr. p. 376.

®. * Caſus fortuitus * circa rem locatam. ex. gr. incendium,
Q &c. vid. Lugo, de J. & J. D. 29. ſect. 2. n. 27. tùm locator
pro rata temporis, quo conductor re uti non potuit, mercedem remittat, vel reſtituat, 9. §. 1. 15. §. 2. & 7. 19. §. 6. l. 33. h. vid. Boſſ. prax. crim. tit. de remiſſ. merced. n. 104. &c. Vid. Gomez. 2. reſol. c. 3. num. 1. in fin. Lugo, de J. & J. D. 26. ſect. 1. num. 3. Fr. h. n. 94. licet contigerit facto (quod tamen locator impedire non potuit,) tertii, (vid. Pantſchm. 1. quæſt. 13. num. 19. &c. l. 33. in fin. 35. pr. h. exempli gr. ſi locatoris inimicus in odium ejus nocuerit: arg. 41. h. vid. Bach. ad W. h. n. 15. lit. aa. in f. Lugo, de J. & J. D. 29. ſect. 2. num. 44. vid. tamen Pantſchmann. 1. q. 14. n. 57. &c. modò locatoris culpa non præceſſerit, e. gr. inimicitiæ cauſam dando: aliàs enim ad intereſſe teneretur. arg. 9. pr. §. 1. 19. §. 1. 25. §. 1. l. 32. h. Conductor etiam ad integram mercedem obligatur, ſi ex perſona, vel circa perſonam ſuam impedimentum contingat, licet citra ſuam culpam. Pantſchm. 1. q. 13. n. 17. &c. Bonac. de contract. D. 3. q. 7. punct. 3. n. 6. 7. Item ſi culpa ſua ad caſum ordinata eundem præceſſerit, 25. §. 3. aut ipſe caſus fortuitos in ſe receperit, 9. §. 2. Fr. h. num. 125. 128. aut tempore contractûs cauſa impediens, v. gr. belli, &c. adfuerit, aut conductor illam futuram eſſe ſciverit. arg. 9. §. 1. h. 13. §. 6. de damn. infect. Pantſchm. 1. q. 5. num. 6. Fr. h. n. 124.

num. 124. Gail. 2. obs. 23. num. 6. vid. Boss. prax. crim. tit. de remiss. merced. n. 84. 85. aut emptor rem emptam, donec pretium solvatur, conduxit. arg. 20. §. f. l. 21. h. Fr. h. num. 135. Boss. prax. crim. tit. de merc. remiss. n. 96. Si conductor aliquâ tantùm parte rei locatæ paulò minùs commodè, sine locatoris culpa, utitur, nulla mercedis deductio est facienda; 27. pr. h. vid. omninò Boss. prax. crimin. d. t. de remiss. merced. num. 104.

* Circa fructus, (vid. 15. §. 2. 25. §. 6. ff. 8. C. h. cap. Propter sterilitatem. 3. x. h. Gail. 2. obs. 23. Hahn. ad W. h. n. 16. ¶. Boss. prax. crim. tit. de merced. remiss.) Scilicet, si sterilitas vel calamitas (1.) insolita illius loci, vel temporis; 15. §. 2. h. Gail. 2. O. 23. n. 21. Fr. h. n. 124. Valasc. de jur. emphyt. q. 27. n. 34. (secus est, si ea consueta sit, aut præsciri facilè potuisset. argum. 9. §. 1. h. 13. §. 6. de damn. infect. Pantschmann. 1. q. 5. n. 6. Fr. h. n. 101. vid. Lugo, de J. & J. D. 29. sect. 2. n. 47. Boss. prax. crimin. tit. de merc. remiss. num. 89.) (2.) Contingat forinsecùs, ex. gr. aëris intemperie, latronum incursu, &c. 15. §. 2. h. vid. Pantschm. 1. q. 5. n. 3. &c. Fr. h. n. 96. 98. vid. tn. c. 3. x. h. (non etiam, si eveniat vitio ipsius rei, ejusque intrinsecâ qualitate: veulti si fundus per se sit sterilis, saxosus, frigidus, sabulosus, vid. 13. de reb. eor. qui sub tut. Pantschm. 1. q. 5. n. 5. aut vinum acetosum ferat, 15. §. 2. aut res ob vetustatem minùs sit fructuosa, 15. §. 5. aut raucis, vel herbis segetes corrumpantur, aut ob nimiam luxuriam incurventur &c. hæc enim omnia, etiam intolerabilia, colonum sequuntur, sibi imputaturo, quod talia conduxerit; 15. §. 2. ibi: Si qua tamen. h. l. 13. §. 6. de damn. infect. Pantschm. 1. q. 5. n. 1. &c. Fr. h. n. 96. licet omnes fructus extincti fuerint. Obst. 15. §. 2. vers. Sed & si labes. h. vid. Fr. h. num. 98. Pantschm. d. q. 5. num. 8. &c. Dissent. Pinell. ad 2. C. de rescind. vend. p. 1. c. 3. n. 23.) (3.) Circa fructus nondum perceptos; Gail. 2. obs. 23. num. 12. &c. (percepti enim etiam mercede nondum solutâ, conductoris sunt, arg. 7. pr. in quib. caus. pign. tacit. 26. §. 1. 61. §. 8. de furt. §. 36. I. R. D. ibi Vinn. n. 4. Lugo, de J. & J. D. 29. sect. 2. num. 26. Hahn. h. num. 16. suoque domino pereunt, 12. C. h. arg. l. 9. C. de pign. action. Carpz. 2. c. 37. def. 20. ¶. Pantschm. 1. q. 5. n. 16. Valasc. de jur. emphyt. q. 27. n. 50. quamprimùm à colono separati fuerint. 26. §. 1. de furt. vid. §. 36. I. de R. D. ibi Vinn. arg. 9. C. de pignor. action. Lugo, de J. & J. D. 29. sect. 2. num. 46.

Valasc. d. l. n. 51. ¶¶. Qui ultra requirunt collationem in horreis, *Carpz. d. def.* 20. *n.* 8. *per l.* 13. *quib. mod. usufr. fin. Zoes. h. n.* 24. *Hahn. h. num.* 16. vel, ut frumentum spicis sit excussum, & granariis illatum, *Fr. h. n.* 150. *Valasc. d. q.* 27. *n.* 51. *Boss. prax. crimin. tit. de remiss. merced. n.* 90. *Grav. lib.* 2. *concl.* 23. *consid.* 2. *n.* 3. 4. *Molin. de J. & J. tr.* 2. *D.* 495. *n.* 15. illi nullo jure sunt fundati, *Lugo, d. l. n.* 46. *in fin.* & contra illos pronunciatum. *Carpz. d. def.* 20. *vid. Grot.* 2. *de I. B. & P. c.* 12. *n.* 18. *Molin. d. D.* 495. *n.* 10. *Lugo, de J. & J. Disp.* 20. *sect.* 2. *n.* 36. *Hahn. h. n.* 16. *pr.* Ob frumenti valorem ita minutum, ut nec dimidium pensionis valeat, ulla mercedis remissio non decernitur. *Fr. h. n.* 104.) (4.) Sine conductoris culpa ad casum ordinata, & quidem ita, ut ipse nullo modo eidem occurrere potuerit: *c.* 3. *x. h. l.* 15. §. 2. *h. Barbos. ad l.* 8. *C. h. n.* 14. *Fr. h. n.* 128. *Valasc. de jur. emphyt. q.* 27. *num.* 39. (*ex. gr. vid. Pantschm.* 1. *q.* 5. *in fin. Tuld. in C. h. num.* 5. *Bach.* 1. *D.* 29. *th.* 7. *lit. d.*) Qui operas rusticas intempestivo, aut non debito modo fecit, remissionem petere non potest, licet illo anno sterilitas, vel similis calamitas secuta sit. 15. §. 3. *arg.* 25. §. 3. *Pantschm.* 1. *q.* 5. *n.* 15. *Valasc. d. q.* 27. *num.* 42. Aliud exemplum tradit *Pantschm.* 1. *q.* 13. *num.* 13. (5.) Qua conductor damnum accepit intolerabile, 25. §. 6. *h. c.* 3. *x. h. Lugo, de J. & J. D.* 29. *sect.* 2. *n.* 44. (æstimandum à Judice, *arg. d.* §. 6. *junct.* 1. §. 2. *de jure delib. Pantschm.* 1. *q.* 1. *n.* 32. *&c. C. J. A. h. th.* 33. *n.* 6. *Fr. h. n.* 103. *Gail.* 2. *obs.* 23. *n.* 1. non præcisè obligato ad quantitatem *L.* 2. *C. de rescind. vend. arg.* 15. §. 2. *l.* 25. §. 6. *Fr. h. n.* 106. *Bonac. D.* 3. *q.* 7. *punct.* 3. *n.* 13. *&c. Bus. ad d. L.* 15. §. 2. *n.* 4. *Diss. Carpz.* 2. *c.* 37. *def.* 11. ¶. *Valasc. de jur. emphyt.* 27. *num.* 24. *vers. Quinta fuit opinio. & vers. Et hactenus.* ¶. *Christin. V.* 3. *dec.* 110. *n.* 14. *Grave. lib.* 2. *concl.* 23. *n.* 4.) tùm ex benignitate J. Civ. regulariter merces arbitrio Judicis vel in totum, vel pro parte est remittenda; *per jur. supr. adduct. vid. Lugo, de J. & J. D.* 26. *sect.* 2. *n.* 41. *vid.* 15. §. 7. *h.* nisi eadem locatio in plures annos sit contracta, & præcedentis, aut subsequentis anni ejusdem locationis ubertas solitâ major sterilitatem compenset. 8. *C. h. c.* 3. *x. h. Lugo, de J. & J. D.* 29. *sect.* 2. *num.* 48. *Valasc. de jur. emphyteut. quæst.* 27. *n.* 46. 48. *Hunn. encycl. jur. p.* 3. *tit.* 18. *c.* 4. *num* 24. 27. *Grav.* 2. *concl.* 23. *consid.* 1. *n.* 5. *vid. Fr. h. n.* 112. *&c. Lugo, d. sect. n.* 49. tunc enim, si in singulos annos distributivè merces est constituta, ob anni

præcedentis ubertatem remiſſio denegatur; ob ſequentis verò anni fertilitatem remiſſio præcedenti anno facta (ob ſperatam enim ubertatem non ſuſpenditur: *Valaſc. de jur. emphyteut. quæſt.* 27. *num.* 47.) reſolvitur, etiamſi locator verbo donationis mercedem ob ſterilitatem remiſerit; *l.* 15. §. 4. *h. Fr. h. num.* 108. *&* 109. *Carpz.* 2. *c.* 37. *d.* 11. niſi locator ubertatis præcedentis anni conſcius, propter ultimi anni ſterilitatem, aliquid remiſerit, *d. l.* 15. §. 4. *Zœſ. h. t. num.* 21. aut aliud inter partes conventum fuerit. *Carpz.* 2. *c.* 37. *def.* 13. Cæterùm ſi pro omnibus annis conjunctim & collectim una conſtituta ſit merces, tunc fit remiſſio finita demùm locatione, habitâ ratione ubertatis & ſterilitatis omnium annorum. *Fr. h. num.* 110. *&c. vid. Boſſ. prax. crim. tit. de remiſſ. merc. n.* 23. *&c.* Idem dicendum, ſi plures fundi unâ mercede locati fuerint; hæc enim una tantùm eſt locatio, & per conſequens in hac ſterilitatis & remiſſionis quæſtione fructus omnium fundorum conſiderandi ſunt. *Boſſ. d. t. num.* 20. *&c.* Non etiam remittitur merçes ob ſterilitatem colono partiario, 25. §. 6. *h. Fr. h. n.* 113. (quod ſecus eſt in eo, cui uſus fundi pro certa quantitate fructuum conceſſus eſt, *Pantſchmann.* 1. *quæſt.* 2. *n.* 16. 37. & in inquilino, *vid. Pantſchmann.* 1. *quæſt.* 1. *num.* 57. *& quæſt.* 2. *num.* 13. *Fr. h. num.* 123. & molendini conductore; *Lugo, d. D.* 29. *ſect.* 2. *num.* 45.) neque emptori, qui rem conduxit, donec pretium ſolvatur, *Valaſc. d. quæſt.* 27. *num.* 52. *Pantſchmann.* 1. *quæſt.* 5. *num.* 18. *Fr. h. num.* 133. aut ſi conductor caſus fortuitos in ſe receperit; 9. §. 2. *h.* licet nulli ſpecialiter enumerati fuerint, *Pantſchm.* 1. *quæſt.* 6. *n.* 95. *&c.* & caſus ſecutus inſolitus ſit. *vid. Vinn.* 2. *quæſt.* 1. *Tulden. in C. h. n.* 11. *Carpz.* 2. *c.* 37. *def.* 17. *Buſ. ad d. l.* 15. *n.* 6. 7. *h.* ¶¶. *Pantſchm.* 1. *quæſt.* 7.

Non etiam ob contingentem majorem ubertatem penſio ab initio conventa augetur. 25. §. 6. *h. Tulden. in Cod. h. num.* 6. *Bach. V.* 1. *D.* 29. *th.* 7. *lit. e. Zœſ. h. num.* 22. *Fr. h. num.* 115. *&c. Buſius, ad* 15. §. 4. *num.* 4. ¶¶. *Lugo, d. D.* 29. *ſect.* 2. *num.* 52. *Obſt. f. C. de alluvion. vid. Fr. d. l. n.* 118.

* (2.) Ad hoc, ut locator conductorem indemnem præſtet, n.
ratione * rei conductæ, ex. gr. equi vitioſi ſine certioratione R
locati, *Bonacoſſ. tr. de equis. q.* 94. *Bonacin. de contr. D.* 3. *q.* 7. *punct.* 2. *num.* 4. doliorum corruptorum ſcienter vel ignoranter locatorum: hìc tenetur locator de omni damno & intereſſe, 19. §. 1. *h. ibi Buſ. num.* 1. *& ſeqq. Salicet. ibid. Bach.*

V. 1. *D.* 29. *th.* 7. *lit. C. Fr. h. n.* 159. *&c.* Si verò aliam rem vitiosam locavit justa ignorantia, tantùm merces remittitur. 19. §. 1. *h.* Damnum, quod conductori ex re conducta, vel in illa, sine locatoris culpa, accidit, hac actione peti nequit: *arg.* 23. *de R. J. Carpz.* 2. *const.* 37. *def.* 21. Unde etiam dominus ædium, in quarum camera Studioso locata furtum est factum, eidem ad rerum ablatarum æstimationem non tenetur; *arg.* 45. *pr.* 55. *h.* 3. §. 1. *naut. caup.* 4. *C. h. t. vid. Berlich. p.* 2. *dec.* 202. nisi ipse quoque ædes inhabitet, & illas de nocte apertas reliquerit, *Berlich. decis. num.* 82. *& seqq.* aut custodiam rerum illatarum tacitè vel expresse in se receperit. *d. l.* 55. *vid. Bus. add. l.* 55. *n.* 2.

I. * Expensarum, quas b. f. fecit ex necessitate ad rem conductam conservandam, *vid. Caroc. de locat. p.* 4. *q.* 40. *n.* 5. vel ad utilitatem ejusdem perpetuam, aut ultra conductionis tempus duraturam; 55. §. 1. 61. *pr. Garsias, de expens. cap.* 14. *n.* 10. *&c. Valasc. de jur. emphyt. q.* 25. *num.* 32. *&c. Carpz. part.* 2. *const.* 37. *def.* 26. *vid. Fr. h. n.* 168. *&c. Lugo, de J. & J. D.* 29. *sect.* 4. *n.* 68. sed ante moram sine usuris: *Carpz. d. const.* 37. *def.* 27. ¶. Etiamsi ob non solutam mercedem conductor expulsus sit: 61. *Gars. d. n.* 10. *Caroc. d. q.* 40. *n.* 6. *&c.* absque distinctione inter magnas & modicas: *arg. dd. ll. Valasc. d. q.* 25. *n.* 36. *& q.* 26. *n.* 7. *Molin. de J. & J. tr.* 2. *D.* 496. *n.* 2. *Diss. Menoch. de A. J. Q. cas.* 215. Ita conductor equi, de jure & ex natura contractus, expensas pro soleis ferreis, vel in ejus curationem factas repetere potest: *Lugo, d. D.* 29. *sect.* 4. *num.* 67. *Molin. de J. & J. tr.* 2. *D.* 496. *num.* 7. *inf. vid. tamen Bonacoss. tr. de equis, q.* 61. *vid. omninò Gars. de expens. c.* 14. *num.* 10. *&c. Caroc. de locat. p.* 4. *q.* 40. *&c.*

r. * Tributorum & collectarum, quas conductor ratione rei conductæ solvit; licet enim fiscus in tributorum & collectarum exactione possessionem sequatur, 7. *de public. & vectigal. Gars. de Expens. cap.* 14. *num.* 19. *Tabor. de contr. & jur. colonario, th.* 49. *& tr. de metat. part.* 2. *c.* 3. *th.* 19. attamen cum locator pro fructibus mercedem accipiat; & sic in effectu ipsemet re locata utifrui videatur; 38. 39. *de usufruct.* 36. *de usur.* proinde in effectu & finaliter etiam tributa & contributiones locatorem manent, ita, ut ipse easdem conductori, si illas solverit, refundere teneatur. *argum.* 13. *de impens. in res dotal.* 2. *C. de annon. & tribut. vid. un.* §. 3. *de via publ. Tabor. de metat.*

d. l. Hahn. ad W. h. n. 16. ¶. *Garſ. dec.* 14. *n.* 8. *&c. Caroc. de locat. part.* 4. *q.* 39. *n.* 4. *&c. Ægid. Thomat. tr. de collect. pag.* 477. *&c. v. Klock. de contrib. c.* 11. *n.* 169. *&c. Fr. h. n.* 171. *&c. Obſ.* 32. §. 6. *de admin. tut. v. Garſ. d. l. n.* 18. *in fin. Fr. & Klock. dd. ll.* Idem tradunt Dd. de ſumptibus metatorum, von Einquatierungs-Koſten. *Carpz.* 2. *conſtit.* 37. *def.* 15. ¶. *Hahn. h. n.* 16. *ferè in fin.* ¶. *Fibig. ad exerc. Fr.* 11. *q.* 3. ¶. *vid. Tab. de metat. d.* 3. *th.* 17. 19. *Fr. h. n.* 174. *vid. Hahn. d. l.* Conductor vero præſtet Decimas, *c.* 24. 26. *verſ. Et cùm de cunctis. x. de dec. Caroc. d. q.* 39. *n.* 114. 119. *Klock. d. c.* 11. *n.* 177. (ubi de omnibus oneribus merè realibus, quæ de fructuum corpore penduntur, idem affirmant.) Collectas conductoris perſonæ vel abſolutè, vel ratione proprii patrimonii, quæſtûs, mercaturæ, aut artificii impoſitas, wegen deſſen Handel und Nahrung/ *Hahn. d. l.* ¶. Semina, 15. §. 2. 7. *h. Hahn. d. num.* 16. & expenſas fructuum colligendorum & cuſtodiendorum gratiâ factas, *v.* 7. §. 16. *ſolut. matrim. Chriſtin. Vol.* 3. *D.* 111. *n.* 3. 4. *Menoch. de arbitr. jud. quæſt. caſ.* 215. *n.* 1. *&c.* ac quibus ipſe conductor ſuâ culpâ cauſam dedit, ut ſi feneſtras aut fornaces corrupit. *Bach. V.* 1. *D.* 29. *th.* 7. *l. c. in fin.* Expenſas neceſſarias & utiles in rem locatam bona fide factas de mercede nondùm ſoluta deducit: 61. *pr. h.* illâ verò ſolutâ, actione conducti à locatore repetit, & rem locatam adhuc poſſidens, tamdiu retinet, donec illas recipiat: *arg.* 14. *de dol. mal. except.* 5. *pr. verb. Manebit. de impenſ. in res dot. fact. arg.* 15. *in f. de furt. Capyc. dec.* 17. *n.* 7. *Garſ. de expenſ. c.* 14. *n.* 16. *Caroc. de locat. p.* 4. *q.* 40. *n.* 3. *&c. Hahn. h. n.* 16. ¶. Hæc exceptio etiam in executione opponitur, *Caroc. d. q.* 40. *n.* 14. *&c.* licet expenſæ illæ nondùm ſint liquidæ & certæ: *arg. dd. ll.* 33. *de cond. indeb. Capyc. d. dec.* 17. *n.* 7. *Caroc. d. q.* 40. *n.* 22. *v. Trentac. l.* 3. *de pign. reſol.* 1. *verſ. Habes ex hoc tertio. & ſeqq. Sand. dec. Friſ. l.* 3. *tit.* 15. *d.* 5. modo illarum probatio non requirat altiorem indaginem, & circumſtantiæ aliud non ſuadeant; tunc enim Judex ſuo arbitrio rem temperet, & cautionem locatoris admittat. *vid. Sand. d. def. verſ. Sunt, qui rem arbitrio Judicis. Caroc. d. l. n.* 22. *&c. Schrader. de feud. p.* 2. *q.* 9. *ſect.* 2. *n.* 31.

D Actio * *LOCATI* eſt, quæ competit locatori & hæredibus, 24. 29. *C.* adverſus conductorem & hæredes, *dd. ll.* ad omne id, quod ipſi ex hoc contractu debetur. *pr. I. h.* h.

S Si quis pluribus aliquid utendum vel faciendum locaverit.

verit, singulorum fidem in solidum secutus, electionem habet, contra quem in solidum agere velit; 47. *ff.* 13. *C. h.* cui tamen hodie Dd. beneficium divisionis concedunt, si reliqui præsentes & solvendo sint. *Christ. V.* 3. *D.* 114. *n.* 4. *Grœn. Bus. ad d. l.* 47.

S • Datur ex natura contractus * (1.) Ad exigendam mercedem (post moram cum usuris, 2. 17. *C.*) eo tempore, quod vel partium conventio vel mos regionis assignat; 34. *de R. I. arg.* 8. *C. h. t.* de quo si nihil constet, debetur in locatione rei, finito usu; *arg. d. l.* 34. *ibi: ad id, quod minimum est, de R. I. arg.* 13. §. 8. *de act. empt. Mant. de tacit. conv. l.* 5. *t.* 6. *n.* 3. *&c. Molin. de J. & J. tr.* 2. *D.* 497. *n.* 1. *Carpz.* 2. *decis.* 136. *n.* 6. *Fr. h. n.* 178. *Obst. l. placuit.* 4. *C. de collat. fund. patrim. lib.* 11. *t.* 64. *vid. Gomez.* 2. *c.* 3. *n.* 13. nisi locatio in plures annos sit contracta, & merces in singulos annos constituta; tunc enim in fine cujusque anni solutio facienda; *arg.* 29. 140. *de V. O. Bonacin. de contract. D.* 3. *q.* 7. *punct.* 3. *num.* 5. *Mantic. d. tit.* 6. *num.* 8. *&c. Pantschm.* 1. *q.* 14. *num.* 48. Sin omnium annorum unica tantum merces est conventa, tunc finita demum locatione efficaciter potest peti. *Mant. d. t. n.* 6. 7. *&* 32. *Bonac. d. l.* In locatione operarum regulariter præstitis operis & absoluto atque probato opere; *Mant. d. t.* 6. *n.* 16. *&c. Fr. h. num.* 188. *Barbos. ad* 2. *C. h. n.* 4. nisi personarum conditio aliud postulet. *Mant. d. tit.* 6. *n.* 15. 17. *&c.* aut opus faciendum notabilem temporis tractum & sumptus requirat majores; tunc enim æquum est, ut merces per partes successive, interea, dum opus fit, solvatur, imò etiam prærogetur, modo artifex de opere certo perficiendo idoneè caveat. *Fr. h. n.* 189. *Barbos. in d. l.* 2. *num.* 3. Si merces ad mensuram vel in dies est constituta, etiam imperfecto opere jure petitur. 30. §. *p.*

* (2.) Ad hoc, ut conductor finita locatione rem restituat, numero eandem, *arg.* 39. *h. vid. tamen* 31. *h. Bonacin. de contractibus, D.* 3. *quæst.* 7. *punct.* 3. *num.* 3. & præcisè; adeo, ut, si conductor hac actione locati conventus pertinaciter rei conductæ restitutionem usque ad sententiam detrectet, ipse tanquam rei alienæ invasor, & ad rem restituendam, & præterea in ejus æstimationem condemnetur; *pen. C. h. ibi Barbos. Molin. de J. & J. tr.* 2. *D.* 498. *num.* 1. quam pœnam tamen hodie non ubique locorum observari tradit *Vinn. ad pr. I. h. in fin. Christin. V.* 3. *decis.* 109. *n.* 2. *& decis.* 118. *n.* 6. *Grœnevveg. ad d. l. p.*

C. h. Neque conductor locatori rem locatam repetenti referre potest quæstionem dominii; sed possessionem prius restituere debet, & tunc de proprietate litigare; 25. *C.* nisi in continenti probare possit, se post locationem illius rei dominium acquisivisse. *Valasc. consult.* 42. ¶. *Molin. de J. & J. tract.* 2. *D.* 498. *n.* 2. *Barb. ad d.l.* 25 *n.* 11. *Christ. V.* 3. *dec.* 118. *n.* 3. *Faber. in C. h. t. def.* 10. ubi plures addunt exceptiones. Quid obtineat, si tertius quæstionem dominii moveat, postulans, ne locatori res restituatur? explicat *Molin. d. D.* 498. *n.* 1. *in f. & alii citati à Barbos. ad d. l.* 25. *n.* 12.

* (3.) Ad resarciendum damnum, dolo, lata, vel levi conductoris culpa datum: (levissima regulariter non præstatur,) 5. §. 2. *commod.* 23. *de R.I.* 9. §. 3. 11. §. 3. 13. §. 1. 8. *l.* 31. *in f. h.* 3. §. 1. *naut. caup. stab. Gomez.* 2. *c.* 3. *n.* 22. *Carpz.* 2. *c.* 37. *d.* 24. *Obs.* 28. *C. h.* §. *pen. I. h.* 14. §. 16. *de furt. Vinn. Bach. & Pichard. ad d.* §. *p. Inst. h. l.* 25. §. *pen.* 13. §. 6. *h. l.* 13. §. 1. *de liber. caus. vid. Fr. h. n.* 199. *&c. Bach. V.* 1. *D.* 29. *th.* 6. *lit. e.* Hac culpa tenentur fullones, sartores, &c. alterius res alteri tradendo, aut si apud illos mures res locatas roserint: 13. §. 6. *h. vid. Molin. de I. & I. tr.* 2. *D.* 494. *n.* 6. Item, qui agros conductos intempestivè vel non debita diligentiâ coluerunt, 25. §. 3. aut alio modo jus vel corpus rei locatæ deterius fecerunt, aut fieri passi sunt, ut si negligenter permiserint servitutem contra prædium præscribi, aut cautionem de damno infecto non exegerint, nec dominum, ut ipse hoc faceret, certiorem reddiderint. 11. §. 2. *h. Lugo, de J. & J. D.* 29. *sect.* 4. *n.* 65. *Gomez.* 2. *c.* 3. *n.* 22. Conductor enim de levi culpa tenetur, sive illa in faciendo, sive in omittendo consistat. 13. §. 7. 8. *Fr. h. n.* 219. Unde si tertius damnum dedit cui conductor resistere potuit & non restitit, ipse de eo quoque tenetur; 13. §. 7. *l.* 41. cæterùm si conductor resistere & damnum illud impedire non potuit, eo nomine à locatore conveniri nequit, 41. *Zœs. h. n.* 18. etiamsi tertius ille ipsius inimicus fuerit, & ejus odio damnum dederit; *vid.* 19. *commod.* 41. *h. Bach. ad Wesenb. π. h. t. n.* 15. *lit. aa.* nisi conductor inimicitiæ causam dederit. 25. §. 4. *h. junct.* 66. *pr. solut. matrim. Molin. de J. & J. tr.* 2. *D.* 494. *n.* 8.

Culpam famulorum & similium, quos v. g. inquilinus in ædes conductas induxit, ipse non aliter præstat, quam si in illis eligendis & inducendis culpam commiserit, & verbi gratia negligentes, malos, improbos, & facinorosos oscitanter

tanter in suam familiam receperit, ac ipsi in officio commisso peccaverint. 11. *pr. h.* 27. §. 9. *&* 11. *ad L. Aquil.* 3. *pr. de publican. Mev. ad Jus Lub. lib.* 3. *tit.* 8. *art.* 29. *Magon. Decis. Florent.* 111. *n.* 32. *& seq.* ¶. *Rauchbahr. lib.* 1. *q.* 10. *n.* 59. 60. *Grav. l.* 2. *concl.* 21. *coron. n.* 2. *in f. Caroc. de locat. & conduct. p.* 4. *q.* 14. *n.* 40. *Berl. p.* 4. *concl.* 25. *n.* 110. *Carpz. p.* 4. *c.* 17. *def.* 14. ¶. *vid. Stamm. de serv. person. l.* 2. *c.* 17. *n.* 31. *Obst. p. f. naut. caup.* 30. §. 4. *h. ubi conductor tenetur propter pactum. vid. Farinac. decis. crim.* 63. *n. ult.*

Interdum tenetur conductor etiam de culpa levissima, si nimirum ipse tanquam artifex aliquid faciendum conduxerit, 9. §. *pen.* 13. §. 5. 25. §. 7. *Fr. h. n.* 204. *Hahn. ad W. h. num.* 14. aut specialiter pro custodia mercedem acceperit. 40. *Hahn. d. l. vid. tamen Molin. de J. & J. tr.* 2. *D.* 494. *n.* 12. Interdum de casu fortuito, si scil. illum speciali pacto in se recepit, 9. §. 2. *Carpz.* 2. *c.* 37. *def.* 17. *vid. Molin. de J. & J. tr.* 2. *D.* 494. *n.* 5. *in f.* aut ipsius mora, vel culpa casum præcessit: ut si pacto aliquid conventum fuerit, v. gr. ne ignem aut fœnum ibi haberet, & conductor contra pactum peccaverit, atque eo ipso casui occasionem dederit, sine qua damnum non accidisset: *vid* 11. §. 1. *&* §. *f. vid. Molin. d. D.* 494. *n.* 4. *Lugo, de J. & J. D.* 29. *sect.* 4. *n.* 65. item si equus sit locatus eo pacto, ut non nisi 5. milliaria in die perageret, & peractis 7. ea de causa mortuus sit. *Lugo, d. l. vid. Molin. d. l.* Æstimatio rei locatæ periculum casus fortuiti in conductorem non transfert. *Faber. in C. h. def.* 9. *Carpz.* 2. *const.* 37. *def.* 16. *vid. sup. p.* 229. *in f. & p. seq.*

Si conductor affirmat, se casu rem amisisse, ipse hoc probet; *arg.* 5. *C. de pign. act. Carpz.* 2. *c.* 26. *d.* 17. ¶. *Trentac. l.* 3. *tit. de pign. Resol.* 3. *n.* 2. ¶. *&c.* si vero locator excipit, culpam conductoris præcessisse, tum ipsi incumbit probatio hujus sui asserti. *Carpz.* 2. *c.* 26. *d.* 19. ¶. *Gomez. tom.* 2. *cap.* 3. *n. ult. vid. tamen Trentacinq. d. Res.* 3. *& seq.* 6. *Molin. d. D.* 494. *num. ult.* Sic equi conductor, si probat equum mortuum esse, de casu illo non tenetur, nisi locator ipsius culpam probet. *Lugo, de J. & J. D.* 29. *sect.* 4. *n.* 66. *in f. Gomez. tom.* 2. *cap.* 3. *num.* 23. In illis vero casibus, in quibus conductor levissimam præstat culpam, adhibenda est distinctio casuum fortuitorum, quam tradit *Carpz. d. constit.* 26. *def.* 18. *Gomez. d. num. ult. & Trentac. dd. ll. vid.* 9. §. 4. *h. Fr. h. n.* 206. *&c.* pr.

DE CONTRACT. INNOMINATIS.

XIX. 3.

D Contractus innominati sunt, qui non habent certam naturam, neque specificum contrahendi modum, nec nomen, neque certas & nominatas actiones producunt, causam tamen & negotium civile habent. *Tabor. part. elem. p. 3. sect. 4.*
D *th. 14. 15. vid. 7. §. 2. de pact. 5. pr. & §. 1. &c. de P. V.* Sive sunt contractus propriô & specificô nomine carentes, quibus aliquid præstatur, ut alter vicissim aliquid præstet. *arg. 5. pr. & §§. seqq. de P. V. 7. §. 2. de pact. vid. Caccialup. tr. de pact. q. 6. n. 4. &c.*

N C Omnes sunt reales, & præter consensum & conventionem, (*vid. omninò Fr. de P. V. n. 4. & 18.*) tanquàm causam efficientem, requirunt unius partis actualem præstationem, *1. §. 2. ff. 3. C. de rer. permut. 5. pr. & §§. seqq. de P. V. 7. §. 2. de pact. Tabor. d. l. th. 15. Gudelin. de jur. noviss. lib. 3. c. 4. pr. Gomez. tom. 2. c. 8. n 1. Hahn. ad tit. de P. V. n. 1. vers. Et hinc deciditur.* ¶¶¶. etiam hodie. *Carpz. 2. c. 33. d. 23.* ¶. *Hahn. tit. de P. V. n. 1. in fin.* (*Dissent. Gudelin. de jur. nov. lib. 3. c. 5. in fin.*)

† Sunt vel regulares, vel irregulares, qui à regulari contractuum innominatorum norma nonnihil deflectunt, & ad nominatos quàm proximè accedunt, simulque nomen aliquod habent: *Fr. ad tit. de æstimat. act. num. 2. Tabor. d. l. th. 16. Strauch. Dissert. 16. aphor. 2.* Ut sunt contractus æstimatorius, & permutatio.

E D Inde datur *ACTIO* præscriptis verbis, sic dicta, quia fundamentum & causa ejus certô & specificô nomine demonstrari nequit; sed res gesta præscriptis verbis est designanda: *1. 2. & 3. de P. V. 6. C. de transact.* quæ alibi dicitur Actio in factum, *22. de P. V.* & utilis, (ratione nominatarum.) *6. C. de transact. vid. omninò C. ℥. A. de P. V. th. 2.*

XIX. 3. DE ÆSTIMATORIA.

D *CONTRACTUS ÆSTIMATORIUS* est innominatus, quo res certo pretio æstimata datur vendenda eâ lege, ut accipiens vel rem illam reddat, vel pretium conventum solvat, *1. pr. §. 1.* est bonæ fidei. *1. pr. in fin.*

N C Fit consensu, & rei datione: *1. pr. ut in D.* hinc transfertur dominium: *arg. 1. pr. h. junct. §. 14. l. de act. L. 75. §. f. de V. O.*

V. O. arg. 80. *in fin. de contrah. empt. Stammler. de contract. D.* 15. *th.* 11. *Schultes, ad Pistor. p.* 3. *q.* 130. *num.* 88. (*Diss. Burgund. tr. de peric. & culp. c.* 12. *num.* 6.) *vid.* 5. §. 3. *mandat. Burgund. de peric. & culp. c.* 12. *num.* 13. (*Obst.* 3. *locat.*) Differt tamen à Venditione, *ut in D. l.* 10. §. 4. 5. *L.* 16. *de jur. dot.* 5. 10. *C. eodem.* 6. *C. de usufr. junct.* 1. *pr.* & §. 1. *h.* à Mandato, 5. §. 3. *mandat.* ab operarum Locatione, 39. *locat.* 65. *de contrah. empt. junct.* 2. *h. ubi Salicet. & Faber.* (*Obst.* 19. §. 1. *de P. V.*) *vid. Pichard. ad* §. 28. *I. de act. q.* 28. à Societate; 13. *pr.* §. 1. *de P. V.* Hoc negotium, si quis tradat rem certô pretiô æstimatam, vendendam, eô pactô, ut lucrum indè perceptum inter contrahentes dividatur, societas est. *arg.* §. 2. *in f. I. de societ.* 52. §. 2. *arg.* 44. *pro soc. vid.* 52. §. 3. *pro soc. Burgund. d. l. num.* 16. *Schultes. d. l. num.* 90. (*Dissent. Toming. decis.* 44.)

Objectum est res quævis, (modò sit in commercio, & admittat æstimationem) certô pretiô æstimata: *ut in D.* 1. *pr.* & §. 1. *h. Hahn. h. n.* 5. *Faber. in rational. ad L.* 1. §. 1. *in fin.* Hinc actio æstimatoria locum non habet, si quis alteri committat generaliter rem justô pretiô vendendam, *arg.* 1. *pr.* §. 1. *h. Bach. V.* 1. *D.* 30. *th.* 2. *lit. A. & B.* neque sufficit æstimatio taxationis gratia; *arg.* 5. §. 3. *comm.* 21. *C. de jur. dot. Hahn. h. n.* 5. *Mart. Dig. noviss. tom.* 3. *tit. de empt. c.* 5. In dubio autem æsti-
A matio facta videtur * Venditionis gratiâ, in negotiis, in quibus regulariter per rei traditionem dominium transfertur, *Burg. d. l. n.* 2. *Mascard. de probat. concl.* 664. *n.* 1. ut in dote. 5. 10. *C. de jur. dot.* 10. §. 4. *l.* 14. 15. 16. *de jur. dot. l. un.* §. 9. 15. *C. de rei ux. act. Carpz.* 3. *c.* 23. *d.* 26. *Fr. de laudem. c.* 22. *n.* 24. *vid. Carpz.* 3. *c.* 23. *d.* 27. *Mev. lib.* 1. *tit.* 5. *art.* 8. *n.* 21. *Mascard.*
B. *d. l.* * Taxationis gratiâ in negotiis, ubi dominium regulariter per subsecutam traditionem non transfertur, *arg.* 80. §. *f. de contr. empt. Tabor. de Jure Socid. c.* 5. *num.* 14. *Rauchbahr.* 2. *quæst.* 29. *num.* 22. *Mascard. de probat. conclus.* 664. *n.* 18. *Burgund. tr. de peric. & culp. cap.* 12. *n.* 2. ut in Deposito, *arg.* 17. §. 1. *depos. Burgund. d. l. n.* 3. Commodato, *arg.* 8. 9. *commod. Burg. d. l. n.* 4. *Fr. ad tit. commod. n.* 44. (*Dissent. Carpz.* 1. *Resp.* 106. *n.* 11.) Pignore, *Burgund. d. l. n.* 5. Locatione, *arg.* 39. *locat. Carpz.* 2. *c.* 37. *d.* 16. *Richt.* 1. *decis.* 83. *n.* 13. §. (*Obst.* 3. 54. §. *f. locat.*) *vid. Pantschm.* 1. *q.* 6. *num.* 38. *Burgund. d. l. n.* 12. 13. Societate, *arg.* 13. §. 1. *de P. V. arg.* 52. §. 3. *pro soc.* (*Diss. Mascard. de*

prob. concl. 664. *num.* 9. *Carpz.* 1. *Resp.* 106. *num.* 11.) Si tamen hisce in casibus fuerit conventum, ut res incorrupta, vel ejus æstimatio restituatur, tùm omne periculum pertinet, ad accipientem. *arg.* 10. §. *f. de jur. dot.* 2. §. 3. *de eo, quod cert. loc. Carpz.* 1. *Resp.* 106. *num.* 1. *&c.*

E Hic obligatur * accipiens, ut in D. *dd. ll.* licet res perierit: 1. §. 1. *h. Rot. Genuens. decis.* 113. *num.* 2. *Oldend. class.* 4. *art.* 3. *in pract. num.* 4. *vid. Carpz.* 1. *Resp.* 106. *n.* 1. ¶. 10. §. *f. de jur. dot.* 2. §. 3. *de eo, quod cert. loc.* 95. *pr.* & §. 1. *de sol. Rot. Genuens. dec.* 113. *n.* 2. *Connan. lib.* 7. *comm. c.* 15. modo ipse dantem rogaverit, vel expresse promiserit, se rem vel pretium restituturum: 17. §. 1. *de P. V.* nam si dantem non rogavit, & ipsi simpliciter res data sit, ut danti aut eandem offerret, aut ejus pretium, tùm accipiens demùm ad pretium obligatur, si rem vendiderit: *Connan. lib.* 7. *comm. c.* 15. *Rota Genuens. decis.* 113. *n.* 2. itaque periculum hìc est penes dantem; *arg.* 23. *de V. O. Rot. Gen. dec.* 113. *n.* 2. *in f. vid. Hortens. ad L.* 17. §. 1. *de P. V. Oldend. cl.* 4. *act.* 3. *in f. Bach. V.* 1. *D.* 30. *th.* 2. *lit. c. Fr. h. n.* 4. accipiens tamen tùm præstat dolum & culpam. 17. §. 1. *de P. V.* B b.

* non etiam, qui dedit; nam hic pœnitere potest re adhuc integrâ, & rem repetere condictione causâ datâ, causâ non secutâ. 5. §. 1. *de P. V.* 3. §. 2. *L.* 5. *pr. de condict. causa data.* (*Obst.* 1. *pr. in f. h.*) *vid. de Mesa, lib.* 1. *resol. c.* 40. *num.* 19.

D *ACTIO* præscriptis verbis de æstimato, sive *ÆSTIMATORIA*, 1. *pr. h.* (*Obst. l. un. ff. de condict. ex L.* 7. §. 3. *de dol.*) *vid. Faber. in ration. ad L.* 1. *pr. vid.* 18. *de ædil. edict.* est bonæ fidei, §. 28. *I. de act. L.* 1. *pr. in f. h.* competens illi, qui in dicto contractu rem dedit, & heredibus, *Oldend. cl.* 4. *act.* 3. *num.* 5. contra accipientem, & hæredes, *Oldend. cl.* 4. *act.* 3. *n.* 5. vel ad rem datam repetendam, vel ad pretium conventum exigendum. 1. §. 1. *h. Oldend. dict. l.* Reus hic eligit. 10. *in f. de jur. dot.* Sufficit præstare pretium conventum, licet accipiens plus indè sit consecutus: 1. §. 1. *h. Obst.* 13. *de P. V.* quod secus est, si quis tantùm per locationem aut mandatum alteri commiserit rei suæ venditionem. *arg.* 10. §. 3. & 8. *mandat. Lugo, de J. & J. D.* 26. *sect.* 9. *n.* 150. *vers. Secundò.* aut si accipiens tùm demùm sese obligaverit ad pretium, si illud ex venditione consecutus sit. *vid. Lugo, d. l. n.* 150. *vers. Tertiò.*

DE

DE RERUM PERMUTATIONE. XIX. 4.

PErmutatio est contractus innominatus, 1. *pr.* & §. 2. *h.* §. 28. *I. de act. Mantic. de tac. conv. l.* 25. *t.* 1. *num.* 5. 7. *vid. Pichard. ad* §. 28. *I. de act. q.* 27. *num.* 41. quo res datur, ut pro illa accipiens vicissim det aliam. 1. *pr.* & §. 2. *ff.* 5. *C. h.* D

Fit consensu sive conventione, (*vid. omninò Fr. ad tit. de P.V. n.* 4.) & rei datione ex una parte facta: 4. 5. *C. h.* nam solum pactum de permutatione contrahenda non parit actionem, 1. §. 2. *ff.* 3. *C. h. Mant. d. l. num.* 1. 2. *Besold. ad Jus Würt. D.* 2. *th.* 36. *Caccialup. de pactis, q.* 6. *n.* 3. neque de Jure Can. *arg. c.* 1. *x. de nov. oper. nunc. Rittersh. de differ. Jur. Civ.* & *Canon. procem. vers. videamus* &c. & *vers. sit igitur. in fin.* neque hodie: *Besold. ad Jus Würt. ad p.* 2. *th.* 136. *Carpz.* 2. *c.* 33. *d.* 23. ¶. (*Dissent. Grœnevv. ad L.* 3. *C. h. Gudelin. de I. nov. lib.* 3. *c.* 5. *Gomez. tom.* 2. *c.* 8. *n.* 4.) modò res reverâ data, hoc est, dominium vel simile jus in re translatum sit; *arg.* §. 14. *I. de act.* 75. §. *f. de V.O.* 167. *pr. de R.J. arg.* 1. §. 3. *h. de Mesa, lib.* 1. *resol. c.* 39. *n.* 17. *c.* 40. *n.* 5. 17. 25. *cap.* 41. *num.* 12. *Bocer. cl.* 2. *D.* 13. *th.* 3. *lit. b.* & *th.* 6. *lit. c. Fr. h. num.* 3. 6. *Stamler. de contract. D.* 15. *th.* 27. (*Obst.* §. 2. *I. de loc. L.* 17. §. 3. *de P.V.*) (Hic autem transfertur dominium, quamprimum dominus rem suam ex causa permutationis tradit, etiam antequam accipiens contractum ex suâ parte impleat, licet dans fidem de pretio non habeat; *arg.* §. 41. *de R.D.L.* 4. *C. h. ibi Salicet. num.* 2. (*Obst.* 3. *de pign. act.*) *vid. Molin. de J.* & *J. tr.* 2. *D.* 396. *num.* 6. *Barbos. ad L.* 2. *C. h. n.* 4. *Hahn. ad tit. de P.V. num.* 2. *ad verb. si do tibi rem*) licet civiliter tantùm per constitutum possessorium, *Fab. in C. tit. de rerum permut. def.* 8. & ex una tantùm parte. ¶¶. 5. §. 1. *L.* 7. *de P.V.* 4. 5. 6. *f. C. h. Fr. ad tit. de P.V. num.* 26. &c. *Bach. V.* 1. *D.* 30 *th.* 6. *lit. A. vers. verùm ista. pag.* 1156. (*Diss. Carpz.* 2. *c.* 13. *d.* 3. *num.* 6. &c. 33. *d.* 23. *num.* 4. *Molin. de J.* & *J. tr.* 2. *D* 396. *num.* 2. 3. *Schiffordegk. lib.* 2. *discept. forens. ad Anton. Fabr. tr.* 3. *q.* 2. 3. *Pichard. ad* §. 28. *I. de act. q.* 27. *n.* 33. *propter.* 1. §. 2. *junct.* §. 4. *ff. de rerum permut.*) C

Permutant omnes, qui alienant; 4. *C. de præd.* & *aliis reb. minor.* 1. §. 3. *h. Sand. tr. de prohibitâ rerum alienatione, p.* 2. *c.* 3. *n.* 12. *Maul. de contrahend. empt. tit.* 3. *num.* 125. *p.* 111. *vers. volunt etiam.* Modò tutores &c. circa immobilia decretum postulent. *d. l.* 4. *C.* S

Permutari possunt omnes res, quæ sunt in commercio, & alienari non prohibentur: corporales & incorporales; *Hahn. h. n.* 9. *Mantic. de tac. conv. lib.* 25. *tit.* 3. *n.* 4. non tamen omnes, quæ vendi possunt: *arg.* 28. *de contrah. empt.* (*Diss. Mant. d. l. n.* 1.) mobiles, & immobiles, etiam pecunia numerata tanquam corpus, *vid.* 5. §. 1. *de P. V.* 51. *de legat.* 1. *f. de condict. causa dat. Mant. d. l. n.* 14. (*Obst.* 5. §. 1. *de P. V.*) *vid. Fr. ad tit. de P. V. num.* 15. *Hahn. ad tit. de P. V. num.* 2. *Bach. V.* 1. *D.* 22. *th.* 2. *lit. D. pag.* 849. & aliæ res fungibiles, diversi vel unius generis, (An vero hoc in casu permutatio, an vero mutuum sit contractum, judex æstimat, *vid. h. infr.*) *vid. Molin. de J. & J. tr.* 2. *D.* 197. *n.* 10. etiam æstimatæ, §. 2. *J. de E. V.* 39. §. 1. *ff.* 9. *C. de contrah. empt. Fr. ad tit. de contr. empt. n.* 356. (*Obst.* 1. *C. h.*) *vid. Pinell. ad rubr. de resc. vend. p.* 2. *c.* 1. *num.* 15. 16. (*Diss. Mant. de tac. conv. lib.* 4. *tit.* 19. *num.* 4. *Barbos. ad* 1. *C. h. num.* 2. *Christin. Vol.* 3. *decis.* 107. *num.* 1. ¶¶. *Muda. in tit. de contrah. empt. ad L.* 1. *num.* 2.) licet unus illam rem habuerit venalem: *Pinell. d. l.* hoc tamen in casu negotium propius accedit ad emptionem, ac propterea re ex utraque parte tradita, & ab uno evicta, ille, cui est evicta, ad exemplum emptoris, interesse suum prosequitur: 1. *C. h. ibi Sichard. num.* 3. *Oldendorp. de act. cl.* 4. *act.* 38. §. 6. *Pinell. d. l. & num.* 17. Modo ex parte primum dantis species interveniat, ex altera parte quantitas promitti potest; 7. *C. h. vid. Pinell. d. l. num.* 9. 10. *Bach. V.* 1. *D.* 30. *th.* 6. *lit. A.* (*Diss. Sichard. ad rubr. C. h. num.* 4.) NON etiam res aliena; nam eâ datâ, nulla contrahitur permutatio, 1. §. 3. *h. Mesa, lib.* 1. *resol. cap.* 40. *num.* 18. 26. & *c.* 41. *n.* 12. *Fr. ad π. h. num.* 6. *Staml. de contract. D.* 15. *th.* 25. *Perez. in C. h. n.* 1. (*Obst.* 1. *C. h.* 4. §. 17. *de usurp.* 1. §. 1. *h.* 7. §. 5. *de Publ. in rem.* 29. *C. de evict. Riemer. de contract.* 5. *c.* 9. §. 41. *n.* 20. *Mattha. colleg. π. D.* 26. *th.* 5. *Strauch. exerc.* 16. *th.* 4.) nec accipiens conveniri potest actione præscriptis verbis; sed tantum condictione ex bono & æquo, quasi causa data causa non secuta. 1. §. 3. & 4. *h. Hahn. h. n.* 9. *Fr. h. num.* 6. *Rath. tract. de contrah. empt. assert.* 40. *lit. A. B. C.* (*Diss. Bach. ad W. h. num.* 9.) Qui ex sua parte contractum implevit, eligit, an suam rem repetat, an præscriptis verbis agat ad implementum contractus; 1. *C. h.* 1. §. 1. *h. vid. Fr. h. n.* 4. *Rath. de contrah. empt. assert.* 40. *lit. D. Sichard. ad* 1. *C. h. num.* 5. *Bachov. V.* 1. *Disp.* 30. *th.* 10. *ferè in fin. p.* 1163. *C. I. A. th.* 1. *in f.*

in f. licet res nondum evicta sit. *Mesa, lib.* 1. *resol. c.* 40. *n.* 18. *Pichard. ad* 1. *h. num.* 5. Rem verò alienam accipiens, si suam det, adeoque contractus ex una parte subsistat, illam potest usucapere ex causa permutationis. 7. §. 5. *de publ. in rem act.* An & quatenus permutari possint res dotales, feudales, emphyteut. fideicommisso subjectae, ecclesiasticae, & beneficia ecclesiastica? *vid. Mantic. de tac. convent. lib.* 25. *tit.* 3.

Forma hujus negotii est, quod hic detur res cujuscunque generis, ea lege, ut accipiens pro illa vicissim det rem aliam ejusdem, sive diversi generis. 1. *pr. &* §. 1. *de contr. empt.* 5. §. 1. *de P. V.* 5. 7. *C. h.* 58. *de procur.* Hinc differt ab emptione: 1. *pr. h.* 1. *pr. &* §. 1. *de contrah. empt. Fr. h. n.* 1. Ab articulo do, ut des: nam interdum datur res, ut eadem vel sola, vel cum alia reddatur: hoc utique est articulus, do ut des sed non permutatio: *arg.* 17. §. 5. *de P. V.* Item datur res, ut illa ipsa, vel ejus aestimatio praestetur: *vid.* 8. 18. *f. de P. V.* 21. *junct.* 9. *C. de donat. vid. Sichard. ad rubr. h. num.* 4. *Faber.* 6. *conject.* 9. *Christin. V.* 3. *decis.* 107. *num.* 2. *in f. Schiffordegk. ad Fabr. lib.* 2. *tract.* 3. *q.* 1. [*Diss. Bach. V.* 1. *D.* 30. *th.* 6. *à Heidec. in L.* 5. *de P. V. th.* 13. *Fr. ad tit. de P. V. num.* 24.] à Donatione Reciproca: *vid. Molin. de J. & J. tr.* 2. *D.* 307. *n.* 15. 16. *Bach. V.* 2. *D.* 10. *th.* 4. *lit. B. verb. non etiam interdicitur.* Si verò quis alteri quid donaverit, hac expressa lege, ut accipiens vicissim aliquid det, non est donatio; sed permutatio, *f. C. h. l.* 9. 22. *C. de donat. v.* 15. §. 4. *locat. conduct. Molin. d. l. num.* 16. licet res non sint aequales: *arg.* 38. *de contrah. empt. ibi Muda.* quia tamen ex parte donatio est, ea propter non simplici poenitentia; sed ob fidem ruptam tantum repetitur datum. *vid. Bach. V.* 2. *D.* 19. *th.* 8. *lit. B. verb. poterit revocari.* à mutuo; quippe in quo res principaliter datur, ut accipiens illa utatur: 9. §. *f.* 10. 11. *de R. C.* quod sufficit ad inducendam differentiam. 12. *de SCt. Maced.* 8. *pr. mandat.* 1. §. 12. & 13. *deposit.*

A Permutatione *unius praestatione facta, ille, * qui dedit, E
B exindè non obligatur; *arg.* 3. *de O. & A.* 19. *de R. C.* sed eligit, an rem condicere velit condictione causâ datâ &c. an verò velit actione praescriptis verbis agere ad implementum contractus; 1. *in f.* 4. 5. 7. *C. h. vid. Fr. ad tit. de P. V. n.* 11. *&c. Heidec. ad* 5. *de P. V. th.* 40. nisi stipulatio praecesserit, quae poenitentiam excludat, 3. 7. *C. h. Barbos. ad L.* 4. *n.* 3. aut alia causa impediens subsit; (*vid. supr. in Q. & fr.*) non

etiam

etiam ullam actionem habet contra tertium, ejus rei possessorem; *4. C. h. arg. f. §. 1. de contrah. empt. Faber. in C. h. d. 9. Carpz. p. 2. c. 33. d. 24.* ¶.

* qui accipit, b.
obligatur, ut ipse quoque rem promissam det. *arg. 5. C. de oblig. & act. Bach. V. 1. D. 30. th. 3. lit. d. ferè in fin.* (*Diss. Heidecc. ad L. 5. de P. V. th. 19. Perez. in C. h. n. 2. per L. 1. §. 4. ff. 7. C. h. Bicc. rerum quotid. sect. 4. th. 21. per L. 5. §. 3. de condict. causa dat.*)

* Utriusque præstatione perfecta, neuter a.
pœnitere potest. *Barbos. ad L. 3. C. h. n. 22.*

D *ACTIO* præscriptis verbis ex *PERMUTATIONE* est b. f. competens illi, qui ex permutationis causa rem suam dedit contra accipientem, ut & ipse rem promissam det, atque sic ex sua quoque parte contractum impleat. §. 28. *I. de act.*
C *L. 2. 4. 5. 6. f. C. h.* Quamprimum contractus unius datione (*v. 1. §. 3. 4. h.*) fuerit perfectus, *5. §. 1. de P. V. 4. 6. f. h.*
P datur contra accipientem & heredes, *ut in D. arg. 49. de O.*
S *& A. L. 4. C. h.* danti, *4. 5.* & heredibus, *1. C.* ad dandam
O rem promissam, *f de P. V. 4. f. C. h. Fr. ad tit. de P. V. n. 60.* licet res data perierit: *arg. 9. C. de pign. act. vid. Faber, in C. h. D. 10.* quod si reus non faciat, condemnatur in interesse actoris, *5. §. 1. 9. de P. V. 1. §. 1. h.* maximè si res posteà evincatur: *29. C. de Evict. 1. C. h. Heidecc. ad L. 5. §. 1. de P. V. thes. 35. Donell. ad tit. de P. V. c. 23. num. 10. Hahn. ad tit. de P. V. num. 2. vers. do tibi. vers. competit. Oldend. concl. 4. act. 38. §. 6. Fr. ad tit. de P. V. num. 63. Vinn. 1. q. 46.* Nisi res perierit absque dolo, vel culpâ levi debitoris; *arg. 5. §. 2. commod. §. 3. I. de empt. vend. junct. L. f. ff. 2. C. h. 5. §. 1. inf. de P. V. arg. 23. de V. O. Christinæ. V. 3. decis. 107. num. 5.* (*Diss. Faber. in C. h. D. 2. num. 7.*) tùm enim liberatur: *dd. ll.* (modo ejus culpa, mora, vel pactum &c. casum non præcesserit, *23. de V. O.* & certa res in specie fuerit promissa, *vid. f. de P. V. p. C. de rerum permut. L. 23. de V. O. 5. §. 1. de P. V. arg. 11. C. si cert. pet.*) nec eo in casu ille, qui primùm dedit, rem suam condicere potest, tanquam causa non secuta. *5. §. 1. de P. V. p. C. de condict. ob caus. dat. Fr. ad tit. de condict. caus. dat. num. 11. & tit. de P. V. num. 16. Hahn. ad tit. de condict. caus. dat. num. 2. vers. hoc casu interest. Bachov. V. 1. Disputat. 22. thes. 2. lit. D. pag. 849.* (*Obst. f. de condict. causa dat.*) *Fr. ad tit. de P. V. num. 16. Bach. d. l.* (*Diss. Donell. ad tit. de P. V. c. 7.*) NON

etiam

etiam ad rem datam repetendam. 5. §. 1. *de P.V.* (*Obſt.*4. *C.h.*) *vid. Vinn.* 1. *q.*46. *Diſſ. Mudæus, de act. ad* §. 28. *num.* 23. *Carpz.* 2. *c.* 13. *d.* 3. *n.* 5. *& p.* 2. C. 33. *d.* 24.

C Si alteruter læſus ſit ultra dimidium, & res ex * utraque parte tradita fuerit, tùm agitur præſcriptis verbis ad hoc, ut vel res ad æqualitatem reducatur, vel contractus reſcindatur; *arg.* 2. *C. de reſc. vend. Arumæ. ibid. Diſp.* 2. *th.* 3. *Harppr. ad* §. *f. I. de E.V. num.* 147. *Richter.* 2. *deciſ.* 99. *num.* 44. *Heidecc. ad l.* 5. *de P.V. th.* 44. (*Diſſent. Maynard. Deciſ. Tholoſ.*59.) 2. *ff.* 2. *C.h. vid. Bachov.* 1. *D.* 30. *th.* 3. *in pr. vid.*

c. *ſuprà tit. de reſc. vend. p.* 346. * una par-

D te tantùm tradita ſit, tùm, ſi læſus eſt, qui * dedit, poteſt agere condictione causâ datâ, causâ non ſecutâ:

d. * accepit, poteſt exceptionis locô proponere querelam enormis læſionis. *arg.* 156. §. 1. *de R. J. L.* 1. §. 4. *de ſuperfic. vid. Carpz.* 2. *conſt.* 34. *d.* 2. *num.* 2.

DE PRÆSCRIPTIS VERBIS. XIX. 5.

CONtractus innominati regulares ſunt, *vid. Fr. h. num.* 1. (1.) Do, ut des. (2.) Do, ut facias, (3.) Facio, ut des. (4.) Facio, ut facias. 5. *pr. de P. V.* Et mixta ſpecies eſſe videtur, ſi aliquid datur, ut aliquid detur, & fiat. 13. §. 1. *de P.V. Molin. de J. & J. tr.* 2. *D.* 253. *num.* 5.

A Articulus, * *DO, UT DES*, utplurimùm eſt permutatio. (*vid. præced. tit. fr.*) Hic vero eſt contractus innominatus regularis, quo res datur, ut illa ipſa vel tota, vel pro parte, ſola, vel cum alia reddatur. Eſt ſtricti Juris. *arg.* §. 28. *I. de act.* Hinc etiam differt à permutatione. §. 28. *I. de act. vid. Bach. de act. Diſp.* 6. *th.* 8. *& vol.* 1. *Diſp.* 30. *th.* 2. *lit. a.* (*Diſſ. C. J. A. tit. de P.V. th.* 14. *n.* 6.) D N

a. * *DO, UT FACIAS*, eſt contractus innominatus, quo res datur, ut accipiens aliquid faciat. 5. *pr.* §. 2. 6. *de P.V.* Debet ex conventione res dari, & dominium in accipientem transferri, 5. §. 2. *de P.V. arg.* 1. §. 3. *de rer. permut. Bach. V.* 1. *D.* 24. *th.* 5. *lit. C. in pr.* unde, qui rem alienam D

B * dat, illam quidem poteſt repetere; ſed non ad contractum implendum agere; *arg.* 1. §. 4. *de rer. permut.*

b. * accipit, & ex ſua parte faciendo contractum implet, facit contractum ſubſiſtere, & quidem tanquam articulum, do, ut fa-

ut facias, (nam contractus æstimatur ex eo, quod in principio actum est, non quod per accidens sequitur, 8. *pr. mandat.* 1. §. 13. *deposit.* 12. *de SCto Maced. Fr. ad tit. de P.V. num.* 33. *Tabor. part.* 3. *sect.* 4. *th.* 15. *Matth. Colleg. Pand. D.* 26. *th.* 9. *Cujac. ad* 5. §. 2. *&* §. *Quod si faciam. C.* ꝗ. *A. tit. de P.V. th.* 2. *num.* 21. *vid. Caccialup. de pact. q.* 6. *num.* 7. 8.) unde ipsi datur actio præscriptis verbis, maximè si res evicta sit. 7. §. 2. *de pact. vid.* 5. §. 2. *de P. V. Fr. ad tit. de P. V. num.* 30. *vid. Bachov. vol.* 1. *Disp.* 30. *th.* 9. *inf. Vinn.* 1. *quæst.* 46. *in fin. vid. Donell. ad tit. de P. V. c.* 19. *Mæstert. in varr. trr. tit. de præscript. verb. q.* 6.

O Objectum sunt res omnes in commercio, exceptâ pecuniâ, qua tali, 5. §. 2. *de P. V.* & facta honesta omnia, etiam locari insolita. 5. §. 2. *de P. V. Fr. h. n.* 30. 31.

E Hinc oritur actio præscriptis verbis; 5. §. 2. *L.* 6. 7. *de P. V.* sed stricti juris, *arg.* §. 28. *I. de act.* quæ regulariter (*vid. supr. in D.*) competit ei, qui dedit, & hæredibus, adversus eum, qui accipit, sed factum non præstitit, 5. §. 2. *L.* 6. 7. *de P. V.* ad contractum secundùm naturam hujus obligationis implendum; ita, ut actor non factum promissum; sed interesse tantùm petere possit. 7. *h.* In hujusmodi obligationibus facti, post moram, legalis novatio intervenire dicitur, ita, ut obligatio ad id, quod interest, succedat in locum obligationis facti; 44. §. *f. de O. & A.* 15. *inf. de re jud. Fr. ad tit. de P. V. num.* 63. Nisi accipiens citra suam culpam casu impediatur factum præstare. *arg.* 5. §. 1. *de P. V. L.* 23. *de R. J.* Antequàm factum præstetur, dans etiam eligit, an hâc actione ad implementum contractûs agere velit, an vero condictione causâ datâ causâ non secutâ ad rem datam repetendam: 5. §. 2. *L.* 7. *h.* Rem tamen condicere non potest, si accipiens casu impediatur, quo minùs ex sua parte contractum impleat. *vid præced. tit. O.*

D * *FACIO, UT DES,* 5. *pr.* §. 3. *de P. V.* non differt ratione objecti à præcedenti, ibique vide *in* O. quomodo differat à lo- a„

E catione operarum. Ex hoc articulo communiter dicunt competere actionem præscriptis verbis: 15. 22. *de P. V.* 6. *C. de transact.* 7. §. 2. *de pact. Donell. ad tit. de præscr. verb. c.* 10. *Hahn. ad tit. de præscr. verb. n.* 5. Alii distinguunt inter facta, ex quibus aliquid ad dantem pervenit, vel non: *Fr. ad tit. de P. V. n.* 42. *Bach. V.* 1. *D.* 30. *th.* 10. *Tabor. p.* 3. *sect.* 4. *th.* 16. *ferè in fin. Vinn.* 1. *q.* 46. Alii negant *propter l.* 5. §. 3. *de P. V.*

4. C.

4. *C. de dol. mal.* (& vix eſt, ut hic antinomiam negemus.) Qui fecit, pœnitere non poteſt; *Vinn.* 1. *q.* 46. niſi tale ſit factum, quo aliquid ad alium pervenit. 4. *de condict. cauſa dat. cauſa non ſecut. junct.* 115. *de R. J. Hahn. ad Weſ. de præſcr. verbis, num.* 6.

a. * *FACIO, UT FACIAS,* 5. *pr.* & §. 4. *de P.V.* eſt, quo factum D
præſtatur, ut in ejus compenſationem fiat aliud. 5. §. 4. & 5. *de P.*
V. Fr. de P. V. n. 51. Ex hoc articulo datur actio præſcriptis ver- E
bis. 5. §. 4. 5. *de P. V. Vinn.* 1. *q.* 46. Culpa hîc præſtatur ſecundùm
L. 5. §. 2. *commod. vid.* 17. §. 2. 5. §. 1. *de P. V.* 10. §. 1. *commod.*

ACTIO PRÆSCRIPTIS VERBIS, quæ ex his contractibus deſcendit, eſt civilis, perſonalis, rei perſecutoria, & perpetua, directo ex contractibus innominatis deſcendens, competens ad contractus illos ex fide implendos. *Fr. ad tit. de P. V. n.* 58. Interdum etiam extra ordinem datur actio præſcriptis verbis, licet nullus verus contractus intervenerit: 2. §. 2. *L.* 19. *in f. de precar.* quæ ex bono & æquo accommodatur, anomala, & irregularis eſt. *Bach. vol.* 1. *D.* 30. *th.* 1. *lit. B. ferè in fin.* & *D.* 24. *th.* 5. *lit. C. p.* 924. *Hahn. ad tit. de prec. n.* 2. *in fin.* & *n.* 6. *in f. Tabor. part.* 3. *ſect.* 4. *th.* 22. *ferè in f.* Ubicunque autem competit ordinaria & nominata actio, ibi locum non habet actio *P. V.* 1. 2. 3. *de P. V. Hahn. ad tit. de P. V. n.* 8. *Fr. ad tit. de contr. empt. n.* 411. D

Actiones in factum dicuntur (1.) omnes, quæ certo nomine demonſtrari nequeunt; ſed in factum concipiuntur: *Bach. de act. D.* 4. *th.* 24. *pr.* & *V.* 1. *D.* 30. *th.* 1. *C. J. A. ad tit. de P. V. th.* 16. ſive veniant ex contractibus, ut actio præſcriptis verbis, 13. 22. *de P. V.* ſive ex delictis, & aliis cauſis: 25. §. 1. *de O. & A.* 12. *de in jus voc.* 5. §. 1. *Ne quis eum, qui in jus voc.* ſive ſint civiles, 1. §. 1. 2. *de P. V.* ſive prætoriæ: 1. *pr. ff. ſi menſ. falſ. mod. Bach. V.* 1. *D.* 30. *th.* 1. *vid. C. J. A. de P. V. th.* 20. 21. directæ, ſive utiles. 9. *pr. de edendo. vid. C. J. A. de P. V. th.* 20. 21. (2.) Omnes actiones utiles. (*v. Vinn. ad* §. *f. I. ad L. Aquil. n.* 3.) 9. *pr. L.* 11. §. 5. 8. *L.* 29. §. 7. *ad L. Aquil. Bach. de act. D.* 4. *th.* 24. *verſ. Alio ſenſu.* Et hæ tales ſunt, quales directæ, ad quas accommodantur, *Fr. ad tit. de P. V. n.* 77. civiles, prætoriæ, nominatæ, innominatæ, *dd. ll.* etiam reales. 10. §. 18. *L.* 14. *quæ in fraud. credit.* (3.) Strictiſſimè, quæ in defectum actionum civilium vel prætoriarum, directarum & utilium, à Prætore præter mentem Legis, ſolâ æquitate exigente, dantur, & ſimpliciter ſubſidiariæ ſunt, ac tantùm prætoriæ. 11. *de P. V.* §. *f. I. ad L.*

Aq. Fr. ad tit. de P. V. n. 77. *Bach. V.* 1. *D.* 30. *th. f. & de Act.* 4. *thes.* 24. *vers. Alio sensu. in f. Vinn. ad* §. *f. l. ad L. Aquil. num.* 4.

DE PIGN. ET HYPOTH. ET QUALITER EA CONTRAHANTUR, ET DE XX. I. PACTIS EORUM.

D Pignus est jus in re creditori in securitatem debiti constitutum. *L.* 30. *de nox. act.* 19. *pr. de damn. infect.* 18. §. 2. *de pignor. act.* 12. *C. de distr. pign.* §. *f. J. quib. mod. re contr. oblig.*

Dividitur [1.] ratione causæ effic. in *Publicum sive necessarium: quod est vel *Legale, quod ab ipsa lege constituitur. *l.* 1. *in med. C. communia de legat.* Estque vel legale purum, quod sine facto hominis est, *tit. seq.* vel legale mixtum, quod factum hominis etiam requirit: 4. *de pact.* 2. 4. 6. *in quib. caus. pign.* *Prætorium, quod jussu prætoris constituitur, estque vel *Judiciale, quod in causa judicati constituitur, post sententiam latam, in bonis debitoris, qui sententiæ parere recusat, per pignorum captionem, vel per missionem in possessionem. *l.* 2. 3. *C. si in caus. judicat.* A B b. C

*Prætorium in specie, quod constituitur ante sententiam per missionem in posses. debitoris contumacis ex primo decreto factam. 26. *de pign. act. t. t. quib. ex causis in poss. t. t. de re jud. t. t. C. de prætor. pign.* c

*Privatum sive voluntarium iterum est vel Testamentarium, 26. *de pign. act.* 12. *de aliment. leg.* vel Conventionale. *de quo ad Caus. eff.* a.

[2.] Ratione objecti in *Generale, quod afficit omnes res, corporales, incorporales, præsentes, futuras: *l. f. C. quæ res pign. oblig.* mentio mobilium & immobilium enixam voluntatem in dubio significat; *L. f. C. quæ res pign. oblig. Fr. h. n.* 17. *Bach. V.* 2. *D.* 1. *th.* 2. *lit. D. Carpz. p.* 2. *c.* 23. *def.* 7. Hic tamen excipiuntur res quotidiè necessariæ, & maximè charæ. *L.* 6. 7. 8. *Speciale, quod in certis rebus constituitur: accessorium tamen etiam comprehendit. 16. *pr. vid. tamen* 18. §. 2. *de pign. act.* 29. §. 1. *h.* D d.

C Pignus privatum constituunt Dominus liber, *l. f. C. de reb. alien. non alien.* etiam partialis, *l. un. C. si comm. res pign.* per procuratorem, cum speciali mandato, 1. *C. si alien. res pign.* vel generali illius, qui mutuum sub pignore accipere solet: 11. §. *f.* 12. *de pign. act.* per tutorem & curatorem;

11. §.

11. §. *f. de pignor. act.* qui nomine pupilli propter utilitatem ejus rem obligant, 3. *C. si res alien. pign.* 10. §. 1. *de curat. furios. l.* 1. *pr. &* §. 2. *de reb. eor. qui sub tut.* accedente quandoque decreto: *L. f. & t. t. C. de reb. alien. junct. t. t. C. de præd. min. t. t. de reb. eor. qui sub tut.* 11. *C. de præd. min.* Valet tamen etiam propter æquitatem pignus constitutum à procuratore, propter pecuniam in utilitatem Domini versam; 1. *C. Si aliena res pignor.* à tertio consentiente vel ratihabente Domino; 20. *de pign. act.* à b. f. possessore. 18. *h.* NON valet constitutum à non Domino; 5. 6. *C. si alien. res. vid. tamen d. l.* 5. *L.* 41. *de pign. act.* convalescit tamen, si non Domino constituenti succedat verus Dominus. 22. *de pign.* [*Obst.* 41. *de pign. act.*] *vid. Græv. ad d. l.* 22. *Bach. de pign. l.* 2. *c.* 4. *n.* 8. Specialiter prohibentur oppignorare Milites arma, 14. §. 1. *de re mil.* Vasallus feudum. 2. *F.* 42. *&* 55. Maritus fundum dotalem. *t. t. de fund. dot.* Constituitur pignus hoc vel ult. voluntate, 26. *de pign. act.* vel per conventionem, etiam nudam. 1. *de pign. act.* 4. *de pign.* Ex auctoritate Prætoris, *L.* 17. §. 2. *de pact.* contra naturam nudarum conventionum. *L.* 3. *pr. de O. & A.* Scriptura non est necessaria; 4. publica tamen est utilis, propter prælationem. *L.* 11. *C. qui pot. in pign. v. Fr. ad tit. qui pot. in pign. n.* 27. *&c.* Hodie res immobiles Judicis auctoritate oppignorandæ. *Carpz. p.* 2. *c.* 23. *def.* 1. *&c.*

E Effectus consistit * (1.) in jure *PERSECUTIONIS*; nam Creditor jus suum persequitur remediis possessoriis, scilic. interdicto Salviano, & ne vis fiat ei, &c. *de quib. in lib.* 43. *tit.* 4. *& tit.* 33. & petitoriis, scilicet actione *HYPOTHECARIA*, 17. *de pign.* 18. *C.* quæ est actio realis. 18. *C. h.* 66. *pr. de evict.* qua creditor rem oppignoratam adversus quemcunque possessorem persequitur. Est prætoria, 17. §. 2.
F *de pact.* §. 7. *I. de act. vid. Vultej. ad d.* §. 7. *I. de act.* arbitraria. §. 31. *I. de act.* Est vel **SERVIANA*, quæ est actio realis, prætoria, §. 7. *I. de act.* qua locator prædii rustici res coloni pignoris jure sibi obligatas, adversus quemcunque possessorem, persequitur. Datur vel propter tacitam hypothecam, *de qua seq. tit.* vel propter eam, quæ ex conventione est, *L.* 4. 7. *in quib. caus. pignus vel hypoth.* 5. *C. eodem.* Locatori prædii rustici, heredibus, & singularibus successoribus, *vid. Disp. de procurat. in rem suam, thes.* 23. 28. Adversus colonum, & quemcunque possessorem, etiam fictum. 16. §. 3. *de pign. L.* 2. *C. Si unus ex hæred.*

Creditor eligit, an perſonaliter debitorem, an realiter poſſeſſorem conveniat: *L. f. C. de O. & A. L.* 24. *C. de pign.* hoc tamen caſu debitor, per interpellationem extrajudicialem, conſtituendus eſt in mora; 10. *pr. C. h.* Sed poſt *Nov.* 4. *c.* 2. & *Aut. Sed hodie. C. de O. & A. Aut. Hoc ſi. C. de pign.* principalis debitor & fidejuſſores prius ſunt excutiendi, *Struv. Exerc. ad π. D.* 26. *th.* 38. *vid. Fr.* 1. *reſ.* 12. etiam in ſpeciali hypotheca. *dd. ll.* ¶. (*Diſſ. Carpz. p.* 2. *c.* 18. *d.* 8. & *lib.* 2. *Reſp.* 72. *n.* 4. *propter Nov.* 112. *c.* 1. *verſ. ab hoc.* ¶.) Ad res coloni, pignoris Jure obligatas, §. 7. *I. de act.* expreſſè, 4. *in quib. cauſ. pign. tac.* fructus tamen etiam tacitè obligantur. 7. *in quib. cauſ. pign. tac.* * *QUASI SERVIANA*, eſt actio prætoria, quâ omnes Creditores hypothecarii, (excepto locatore prædii ruſtici) res ſibi oppignoratas, adverſus quoſcunq; poſſeſſores, perſequuntur. Oritur ex pignore omni, legali, prætorio, & privato. §. 7. *I. de act. L.* 1. *C. comm. de legat.* 2. *C. de pign. prætor.* Igitur probet actor pignus conſtitutum legitimè, 15. §. 1. *de pignor. L.* 6. *C. Si alien. res pign.* probet etiam poſſeſſionem adverſarii. 16. §. 3. *de pign. Struv. Exerc.* 26. *th.* 32. Datur creditoribus hypothecariis (exc. locatore prædii ruſtici) & heredibus, pluribus in ſolidum. 1. *C. ſi unus ex plurib.* Utilis datur ſingulari ſucceſſori, e. g. ceſſionario. *f. C. de hered. vel act. vend.* Adverſus debitorem, & quemcunque poſſeſſorem, 16. §. 3. omnes tamen, qua poſſeſſores: *L.* 2. *C. ſi unus ex plurib. arg.* 24. *de R. V.* Poſſeſſor tamen jure novo habet beneficium excuſſionis: *ut ſupr. in P.* Ad quaſvis res pignoratas & hypothecatas: 5. §. 1. *h.* §. 7. *I. de act.* nam Creditor agit ad juris ſui declarationem & poſſeſſionis ſibi ablatæ reſtitutionem, 66. *de evict.* cum fructibus. 26. §. *f. l.* 29. §. 1. *vid. Carpz. p.* 1. *c.* 2. *d.* 9. *n.* 1. 2. *Hahn. ad tit. de edend. num.* 4. 46. Poſt legitimas probationes reus condemnatur, contra contumacem juratur in litem. 16. §. 3. *in f. h.*

Præſcribitur actioni hypothecariæ, extraneo b. f. poſſidente, longo tempore: 1. 2. *C. ſi adverſ. credit. præſcr. Bach. L.* 5. *c.* 3. *n.* 5. m. f. poſſidente, XXX. annis: 7. *C. de præſcr.* 30. *vel* 40. *ann.* debitore ipſo poſſidente, XL. annis. 7. §. 1. *de præſcr.* 30. *vel* 40. *ann. Struv. Ex.* 26. *th.* 40. *Fr. ad tit. quib. mod. pign. ſolv. num.* 162. & *Exerc.* 13. *q.* 10. *Perez. in C. de præſcript.* 30. *ann. n.* 5. * (2.) In Jure *RETENTIONIS*: & poteſt Creditor pignus retinere etiam ob aliud debitum: *L. un. C. etiam ob chirograph. pecun. Chriſtin. V.* 4. *dec.* 169. *n.* 4. *Coler.*

p. 1.

p.1.c.2.n.258. (*Obs.11.§.3. de pign. act.*) *Carpz. p.2.c.25. d.25.* ¶. *Plura vide in Disp. de Retentione.*

* (3.) In jure *PRÆLATIONIS*: *de quo inf. tit. IV.* * (4.) In jure *DISTRACTIONIS*: *de quo infr. tit. V.*

Contraria pignori videbimus *ad tit. VI. h.*

IN QUIB. CAUS. PIGN. VEL HYPOTH. TAC. CONTR. XX.2.

PIgnus *TACITUM* sive legale est, quod ab ipsa Lege constituitur: *L. 1. in med. C. communia de legat.* Ultra casus Legis non est extendendum. *L. 6. in f. C. de bon. quæ lib. vid. Carpz. p. 1. c. 28. d. 13. & p. 2. c. 24. d. 15. 16.* Est vel * *PURUM*, quod à sola Legis dispositione sine ullo hominis facto constituitur: *1. C. comm. de legat.* Hoc datum est (1.) Pupillis, &c. sub tutela & cura constitutis: non etiam heredibus, 19.§.1.*de reb. aut. jud. poss.* 42. *de adm. tut. Berl. p. 1. concl. 67. num. 33.* (*Diss. Carpz. p. 2. c. 24. d. 12. in fin. & def. 13. in pr. per L. 20. C. h. L. un.* §. 1. *C. de R. U. A.*) in bonis tutoris & curatoris, 20. *C. de admin. tut.* 19. §. 1. 20. *& seqq. de reb. authorit. jud. poss.* ex tempore suscipiendæ administrationis: *arg. 6. §. f. C. de bon. quæ lib. 20. C. de admin. tut. Berl. p. 1. c. 67. n. 22. Carpz. p. 1. c. 28. d. 114.* Item in Protutoris, 19. §. 1. *de reb. aut. jud. Carpz. p. 2. c. 24. d. 14.* ex tempore susceptæ administrationis; *Carpz. d. l.* Item furioso in bonis curatoris. *f. §. 5. in f. & 6. de curat. furios. vid. tr. syn. de leg. hyp. §. 7. num. 44.* NON etiam fœminæ in bonis curatoris ad Litem: *Carpz. d. c. 24. d. 15. Berl. p. 1. c. 67. num. 29.* Neque in bonis Curatoris bonorum: 22. §. 1. *de reb. aut. jud. poss. Berl. p. 1. c. 67. n. 29.* (*Obs. 33. in f. de furt.*) (2.) Pupillis in rebus eorum pecunia emptis: 7. *qui pot. in pignor.* (*Obs. 2. quando ex facto tut.*) *vid. Carpzov. p. 2. c. 11. d. 21. & p. 1. c. 28. d. 109. Bachov. V. 1. D. 15. th. 6. lit. D.* (3.) Pupillis in bonis vitrici, cui mater Tutrix nupsit, alio tutore non petito, nec rationibus tutelæ redditis: *6. C. h. Perez. ibi n. 9.* (4.) Liberis in bonis patris, ratione bonorum maternorum & materni generis, quorum pater est legitimus administrator, *6. §. f. C. de bon. quæ lib.* statim à suscipienda administratione; *d. l. 6. §. f. C. de bon. quæ lib.* non etiam ratione reliquorum bonorum adventitiorum: *6. §. 2. C. de bon. quæ lib. Scipio Gent. de bon. matern. cap. 8. Carpzov. p. 2. c. 24. d. 17.* (5.) Fisco

in bonis debitorum propter onus publicum, 1. *C. administrationem*, 1. *C. de privil. fisci.* & aliam caussam. 2. *C.* Non etiam ob delicta; 17. 37. *de jur. fisc. vid. infr. de priv. cred. p.* 586. *& p sq.* [6.] Uxori, (Veræ, non putativæ, nec etiam Sponsæ,) (*Obst. arg.* 74. *de jur. dot.* 17. §. 1. *de reb. auth. jud. poss. Beuth. de priv. cred. p.* 1. *c.* 36. *Mev. ad J. Lub.* 1. *t.* 5. *art.* 14. *n.* 5.) *L.* 74. *de jur. dot. Carpz. p.* 2. *c.* 24. *d.* 5. sive de præsenti sit, sive de futuro, (*Diss. Hahn. h n.* 1.) *Bach. V.* 2. *D.* 24. *th.* 7. *lit. b. Pistor. obs.* 110. *n.* 7.) (α.) pro dote repetenda in omnibus bonis mariti, vel illius, qui dotem suscepit, *L. un.* §. 1. *C. de R. V. A.* §. 29. *I. de act.* à die promissionis & contracti matrimonii, hodie benedictionis sacerdotalis: *L.* 1. *qui pot. in pign. Gail.* 2. *O.* 86. *n.* 3. *Berl. p.* 2. *concl.* 30. *n.* 7. *Carpz.* 2. *c.* 24. *d.* 1. (β.) pro dotis augmento, *N.* 97. *c.* 2. à die incrementi: 19. *C. de don. ante nupt.* (γ.) pro donatione propter nupt. 29. *C. de jur. dot. N.* 97. *c.* 6. *Steph. in Nov.* 61. *n.* 29. *Mynf.* 5. *O.* 4. *Cpz. p.* 1. *c.* 28. *d.* 91. (*Diss. Bach. de pign. l.* 1. *c.* 10. *n.* 3.) (δ.) pro paraphernalibus, non etiam receptitiis. *Carpzov.* 1. *c.* 28. *d.* 91. *L. f. C. de pact. conv. Mynf.* 5. *O.* 4. *Gail.* 2. *O.* 92. *n.* 40. (*Diss. Giph. in d. L. f.*) (ε.) pro alimentis à marito præstandis. *Struv. ex.* 26. *th.* 14. *Berl.* 1. *concl.* 67. *n.* 7. *Surd. de alim. tit.* 1. *q.* 43. *n.* 16. (*Diss. Perez. ad tit. C. de rei ux. act. n.* 11.) (7.) Marito pro dote præstanda in bonis ejus, qui eam promisit: *L. un.* §. 1. *C. de R. U. A. Neg. de pign. p.* 2. *m.* 4. *n.* 25. *Franc. de fidejuss. c.* 3. *n.* 330. (8.) Legatariis, & fideicommissariis, 1. *C. comm. de legat.* §. 2. *in f. I. de legat.* in reliquis defuncti bonis: *d. L.* 1. *vid.* 80. *de leg.* 2. *l.* 64. *de furt.* (9.) Illi, qui in refectionem ædium credidit pecuniam: 1. *h. N.* 97. *c.* 3. modò refectio reverà sequuta sit; *Carpz.* 1. *c.* 28. *d.* 108. *Gail.* 2. *O.* 12. *n.* 4. non etiam sufficit creditum ad alterius rei refectionem. *vid. infr. lib.* 42. *tit.* 5. *class.* 2. *Bach. V.* 2. *Disp.* 24. *th.* 7. *Vinn.* 2. *q.* 4. *Fr. h. n.* 39. (*Obst.* 5. 6. *h.*) (10.) Locatori in fructibus in fundo locato natis. 7. *vid. Hahn. h. p.* 10. *& seqq.*

* Vel *MIXTUM*, quod à Lege quidem constituitur; sed non sine hominis facto: 2. 4. 6. Hujusmodi pignus habet locator prædii urbani, pro pensione & damno, 2. 4. 7. in rebus inquilini in illud prædium illatis, 4. *h.* animo, illas perpetuo ibi habendi: 7. §. 1. *h.* 32. *de pign. Perez. in C. h. n.* 4. e. g. Mercatoris, si in tabernam merces intulit: 34. *de pign.* Minoris, si ex conductione hujus prædii locupletior factus: *Struv. exerc.* 26. *th.* 16. [*Diss. Vinn. de pact. c.* 4. *n.* 7.] Studiosi supellectile libraria. a.

Struv.

Struv. d. l. vid. Richt. ad Aut. Habita. D. 3. fol. 57. *NON* etiam competit Domino, ſi conductor alteri locavit, in rebus poſterioris conductoris, 24. §. 1. *locat.* 53. *de A. E.* [*Obſt.* 11. §. 5. *verſ. planè. de pign. act.*] *vid. tamen ſupra p.* 372. & *A. in Tr. Syn. h. t. n.* 84. neque propter res in prædium ruſticum illatas. 4. 7. *pr. h.*

QUÆ RES PIGNOR. VEL HYPOTH. DAT. OBL. NON POSS. XX. 3.

PIgnus regulariter conſtituitur in omnibus rebus, quæ ſunt in bonis conſtituentis, 4. *h.* 6. *C. h.* 6. *C. ſi alien. res pign. vid.* 5. §. *f. de pign.* immobilibus, mobilibus, præſentibus, futuris, corporalibus & incorporalibus, 4. *C. h.* 11. §. 2. *de pign. Struv. ex.* 26. *th.* 17. & quæ alienari poſſunt: 9. §. 1. *de pign.* Hinc excluduntur Fundus dotalis, res Litigioſa, Feudalis, *t. t. de fund. dot.* 2. *Feud.* 55. *L. f. C. de reb. alien. non alien.* Arma, 14. §. 1. *de re milit.* & Inſtrumenta ruſtica, ob ſpecialem cauſam, oppignorari non poſſunt. 7. 8. *C. h. vid. Neguſant. p.* 1. *m.* 3. *n.* 49. *Coler. p.* 2. *c.* 3. *num.* 188. [*vid. tit. de pign. C.*]

QUI POTIOR. IN PIGN. VEL HYP. HABEANTUR, ET DE HIS, QUI IN CREDITORUM LOCUM SUCCEDUNT. XX. 4.

IN *CONCURSU CREDITORUM* veniunt (1.) Illi, qui habent ſingulare jus prælationis, ut impenſæ funeris, famuli, fiſcus; (2.) Qui habent hypothecam privilegiatam: e. gr. uxor, &c. (3.) Hypothecarii: *L.* 9. *C. qui pot. in pign.* (4.) Simplex privilegium perſonale habentes: *vid. Diſp. hic.* (5.) Chirographarii. *de quo agetur ad lib.* 42. *tit.* 5. *HYPOTHECARII* præferuntur Chirographariis, 6. *C. de bon. aut. jud. poſſ. vid. Hahn. de privileg. cred. num.* 4. & ſimplex privilegium perſonale habentibus. 9. *C. h.* Hypothecarii vero ipſi concurrentes præferuntur,*

A * Si diverſo modo pignus conſtitutum, qui pignus habent ex Inſtrumento publico, 11. *C. h. vid. Carpz.* 2. *c.* 23. *d.* 9. quod ſtat trium teſtium omni exceptione majorum ſubſcriptione, 11. *in f. C. h. Struv. Exerc.* 26. *th.* 26. vel præſentia, *Gail.* 2. *O.* 25. *n.* 10. *arg.* 15. *C. de fid. inſtr. Fr. h. n.* 29.

* Si eodem modo pignus constitutum, distingue: a.

* Si eodem tempore pignus constitutum in eadem re pluribus B

*Separatim; tùm melior est causa possidentis: 10. *de pignor.* quod si tertius possideat, tùm singulis videtur obligata in solidum, concursu tamen partes faciunt pro rata. 16. §. 8. *de pign.* L. 10. *eodem.* C

*Conjunctim, tùm videndum, quid actum inter partes: Si actum (1.) ut singulis in solidum sit obligata, tùm idem obtinet, quod in priori casu, quo separatim datum est, 16. §. 8. *de pign.* L. 10. *eod.* Si (2.) pro partibus res obligata, singuli habent partem dimidiam, non vero pro quantitate debiti. *l.* 10. *in fin. de pign.* Si (3.) nihil dictum, tùm res pro rata est obligata. *L.* 16. §. 8. *de pign.* c.

*Si diverso tempore, prior est potior, 2. 8. *C.* etiam qui unico momento prior: *Gail.* 2. *O.* 25. *n.* 3. *Carpz. p.* 1. *c.* 28. *d.* 111. *n.* 1. sc. si prior contraxit, & prior pignus accepit, 11. *pr. h.* 8. *C. h.* 12. §. 2. *h.* purè, vel sub die, vel sub conditione, quæ invito debitore potest impleri: 11. §. 1. *h.* non etiam si sub conditione, quæ invito debitore impleri non potest. 9. §. 1. *h. Carpz. p.* 1. *c.* 28. *d.* 120. *n.* 6. *Fr. h. n.* 20. b.

Et hoc procedit in omni genere pignorum, *de quib. supr.* 2. *C. de privil. fisci. arg.* 8. *C. h. Fr. h. n.* 30. (De prætorio tamen in specie; *vid. L.* 12. *ff. L. f. C. de reb. aut. jud. possid. & Nov.* 53. *c.* 4. §. 1. *Fr. h. n.* 31. *Struv. exerc.* 26. *th.* 29.) etiam generali; 6. *C. h.* nisi singulare constitutum sit, & in casum hujus insufficientiæ aliud generale, tùm enim prius vendendum est singulare; hoc propter æquitatem semper admittendum: 2. *qui pot. in pign. junct.* 2. *C. de pign.* 9. *C. de distr. pign.* licet per nudam conventionem constitutum, 12. §. *f. h. Fr. h. n.* 38. & posteriot rem possideat. 12. *pr. h. Fr. h. n.* 39. Inter mercatores potior est possidens. *Scacc. de comm.* §. 2. *gl.* 5. *n.* 438. Huc non pertinent, qui cum hypotheca habent privilegium personale, qui in 2. classe ponuntur; nec illi, qui in prima. *de quib. infr. ad lib. XLII. t. V.*

XX. 5.

DE DISTRACT. PIGNOR. ET HYPOTH.

Res pignorata vendi potest *à *DEBITORE,* 35. §. 1. *ff.* 9. *C. de pignor. act.* salvô tamen jure pignoris, *L. un. C. rem. alien.* A

S

alien. gerent. etiam taciti; *d. l. un.* (*Diss. Fr. h. n. 9.*) Hic si speciale pignus alienat, committit furtum, 19. §. 6. 66. *pr. de furt.* & stellionatum, 3. §. 1. *de crimin. stellion. Fr. h. n.* 9. Limita, nisi pactum accesserit de non alienando; nam contra hoc alienans debitor nihil agit. 7. §. *f. h.*

a. * à *CREDITORE*, tanquam procuratore debitoris, 29. *in f. famil. erciſc.* absque pacto de alienando, 4. *de pign. act. junct.* 12. §. *f. qui pot. in pign.* etiamsi pactum sit, ne alienetur. 4. *in f. de pign. act.* 5. *de distr. pignor. L.* 1. 2. *C. debit. vendit. pignor. &c.* Hic pignus vendit

B dupliciter: autoritate * Magistratûs, & tùm nihil requiritur aliud, quàm quod in distractione pignoris necessarii, sive judicialis: *Fr. h. n.* 36.

b. * vel privata, & tùm observet

C * Tempus, scil. non distrahat ante moram debitoris, 7. 14. *C. Struv. exerc.* 26. *th.* 44. *Fr. h. n.* 42. ex interpellatione, 10. *C. de pign.* vel lapsu diei solutionis. 7. *C. h. vid. Fr. h. n.* 42. *propter* 8. §. 3. *de pign. act.*

c. * & Modum; nam alienare debet bonâ fide, 9. *C. h. vid.* 3. *C. si vend. pign. agatur.* Et solenniter (1.) Si pactum de alienando intervenerit, absque ulteriori denunciatione: *Fr. h. n.* 45. *Pistor. lib.* 3. *q.* 18. *n.* 2. (2.) Si nullum pactum sit adjectum, denunciatio facienda; sufficit tamen unica, *L. f. C. de jur. domin. impetr. Struv. exerc.* 26. *th.* 44. *Fr. h. n.* 2. & post hanc denunciationem biennium est expectandum. *f.* §. 1. *C. de jur. domin. impetr. Fr. h. n.* 52. ¶¶. (*Dissent. Donell. de pignor. c.* 12. *p.* 346.) (3.) Si pactum sit de non distrahendo, tres requiruntur denunciationes, per arbitraria intervalla: 4. *de pign. act. Bach. Vol.* 2. *D.* 1. *th.* 8. *lit. C.* hìc biennium non est expectandum; nam hoc *L. f. C. de jur. dom. impetr.* non præcipit, Ergo inhærendum est *L.* 4. *de pign. act.* (*Diss. Carpz. p.* 1. *c.* 32. *d.* 48. *n.* 5. 6. *&c.* 28. *d.* 13. *Struv. exerc.* 26. *th.* 44.)

D Pignore * legitimè distracto, transfertur in emptorem dominium, 46. *de A. R. D.* vel conditio usucapiendi: Si posteà tertius rem evincat, creditor, qui vendidit, de evictione non tenetur; 11. §. 16. *de act. empt.* 10. *de distr. pign. t. t. C. cred. ev. pign. vid. tamen* 2. *C. d. t. &* 11. §. 16. *de A. E. V.* Datur tamen emptori contra debitorem actio utilis ex empto, 12. §. 1. *de distr. pign. propter* 13. *C. de evict.* vel actio pignoratitia contraria, quam Creditor cedere tenetur. 38. *de evict.* 13. *de distract. pign. Fr. h. n.* 75. *Struv. d. th.* 45. E

* illegitimè diſtracto, diſtingue : ſi creditor Jus vendendi non habuit, ut ob defectum moræ, tum venditio eſt ipſo jure nulla, & debitor rem vindicat : *2. C. ſi vend. pign. agat. 65. de R.V. 8. C. h.* Sin jus habuit, & non obſervavit b. f. aut ſolennitates, creditor convenitur actione pignoratitia ad intereſſe *7. 4. C.* aut etiam emptor, ſi fraudis particeps, actione utili ex empto, ut, oblatâ pecuniâ cum uſuris, rem cum fructibus reſtituat. *1. 4. C. ſi vend. pign. ag. DD. ad d. 3. §. 5. C. de jur. dom. impetr. vid. Bach. l. 3. c. 37. n. 7.* d.

Pignus *JUDICIALE* poſt rem judicatam à judice ita diſtrahitur : primùm debitori quatuor menſes ad ſolutionem conceduntur, *2. C. de uſur. rei judic. f. §. 1. C. eodem.* quibus elapſis & ſolutione nondum facta, pignora capiuntur, expectantur duo menſes, *31. in f. de re judic. 1. C. ſi in cauſ. judic.* quibus elapſis pignora ſub haſta venduntur : Emptore non exiſtente, creditor admittitur : *2. C. ſi in cauſ. judic.* nolens emere mittitur in poſſ. *3. C. de exec. rei judic.* tandem ipſi dominium addicitur : *f. C. ſi in cauſ. judic. vid. Fr. h. n. 92.* Quod ſi pignus pluris conſtet, quam debeatur, ſuperfluum reſtituat. *15. §. 11. de re judic. L. f. §. 4. C. de jur. dom. impetr.*

QUIBUS MOD. PIGN. VEL HYPOTH. SOLVITUR.

XX. 6.

SOlvitur pignus * ratione debiti principalis, * ipſo jure, ſi debitum extinctum : *6. pr. h.* per ſolutionem totius debiti, *6. C. de diſtr. pign. 9. §. 3. de pign. act.* aut aliam ſatisfactionem, e. gr. confuſionem, novationem, &c. *6. h. 4. qui pot. in pign. 18. de novat. Fr. h. n. 11. vid. Struv. Ex. 26. th. 50.* A B

* ope exceptionis, ſi debitum remittatur expreſſè : *17. §. 2. de pact.* tacitè, *7. C. de remiſſ. pign.* aut ſi debitor abſolvatur per ſententiam judicis, licet iniquam : *13. vid. Fr. h. n. 38.* b.

*Ratione ſui ipſius ſolvitur pignus (1.) Ex modo initæ conventionis, e. g. ſi ad certum tempus conſtitutum. *6. pr.* (2.) Voluntate creditoris pignus remittentis, expreſſa, *7. §. 1. 8. §. 1. 2. h. 23. C. de pign.* tacita, pignus reddendo ſimpliciter, *3. de pact.* & conſentiendo, *vid. 4. §. 1. l. 7. pr. & §§. ſeqq. h.* (nuda ſcientia non ſufficit. *L. 8. §. 15. h.* Exceptiones vide *apud Bachov. 5. c. 7. num. 2.*) in pignoris alienationem, *7. 8. §. 11. h.* vel ulteriorem a.

rem oppignorationem. 12. *pr. h.* 12. §. 1. *qui pot. in pign. v. Fr. h. n.* 65. (3.) Casu pignus solvitur (1.) soluto jure constituentis, 31. *de pign.* 4. §. 3. *de in diem addict.* dominii minus pleni, 15. *C. de pign.* 12. *de distr. pign. L. un. C. rem alien. gerent. Fr. h. n.* 139. *vid. Bach. L.* 5. *c.* 13. (2.) Extinctâ ipsâ re, 8. *pr.* tota. 16. §. 2. *de pign.* 29. §. *p. eod.* 21. *de pign. act.* 98. §. 8. *de solut. Carpz. p.* 1. *dec.* 12.

DE ÆDIL. EDICT. ET REDHIBIT. ET QUANT. MIN. XXI. 1.

A HUjus tituli duæ sunt partes: *PRIMA* agit de indemnitate præstanda in emptione Venditione, 38. *pr.* §. 5. *h. &c.* ubi cavent Ædiles, *vid. Fr. h. num.* 2. emptoribus, 1. 2. & qui his comparantur, 1. §. 1. 19. §. 5. 38. *h.* decipiendis, vel deceptis, &c.

B Igitur videndum *(1.) de Objecto materiali hujus Edicti, quod sunt mancipia, 1. §. 1. *L.* 30. & aliæ res omnes, mobiles, immobiles, 1. *pr.* 49. 61. 63. *h.* 4. *C.* principales & accessoriæ: 33. *h. propter* 31. §. *f.* modo rem certam (non universitatem, quasi per aversionem) accessuram dictum. 32. 33. *h. vid. Fr. h. n.* 35. Si plures res simul veneant, & pretium constituatur in universas, exempli gr. quadrigas, tùm unius vitium vitiat omnes; si in singulas, sola vitiosa redhibetur; 34. *Berlich. d.* 77. nisi hæc separatio emptori valdè sit noxia, 34. 35. vel impia. 35. 38. §. *f. & LL. seqq. h.* Excipe ab hoc objecto res minimas; 48. §. *f. h. junct.* 54. *de C. E. vid. Cujac.* 16. *O.* 10. nisi illarum rerum usus planè sit nullus; tùm enim redhiberi possunt. *Bach. Vol.* 2. *D.* 2. *th.* 12. *lit. B.* O

b„ *(2.) Objectum formale sunt hæ res deductæ in contractum emptionis, 38. *pr.* §. 5. (*vid. tamen de vend. fisci.* 1. §. 3. *h. & Gothofr. ad* 4. *C. de fid. & jur. hast. fisc.*) & similes: ex. gr. permutationem, 19. §. 5. dationem in solutum, 19. §. 5. *h.* 9. *C. de resc. vend.* divisionem: 20. §. 3. *ff.* 14. *C. famil. ercisc.* 1. *C. comm. utr. jud.* excipe tamen donationem; 62. (*vid. tamen* 62. *in f.*) locationem. 63. *h. arg.* 34. *C. locat.* (*Obst.* 2. *pr. locat. pr. I. eod.*) *Fr. h. n.* 45.

b. *(3.) Modus agendi; *PRÆCA-*
C *VENT* læsionem, dum *(α.) volunt certiorari emptores
D de morbo vel vitio, [quæ hic paria sunt, 1. §. 7. *h. vid. tamen* 101. §. 2. *de V. S.*] rei venditæ: 1. §. 2. 14. §. 9. 38. *pr. &* §. 5. Modo vitium sit (1.) corporis, non animi: 1. §. 8. 6. §. 2. *L.* 7.

L.7. *vid.*4. §.1. *&* 4. (Excipe fugitivum & erronem : 1. §. 1. 4. §. 3. *Zach. quaſt. med. leg. l.* 2. *t.* 3. *q.* 1. *n.* 11. *q.* 2. 3. (2.) uſum impediens. 1. §. 8. 4. §. *f.* 10. §. 2. (3.) latens, quod ex inſpectione cognoſci non poteſt, 1. §. 6. 14. §. *f.* 55 *h. vid. Coler. dec.* 228. *n.* 9. *Carpz.* 2. *c.* 34. *d.* 16. *Zach. d. l. Rœvenſtr. de redhib. jud. equeſtr.* (nam vitia manifeſta exprimere venditor non tenetur, 55. *h.* 15. §. 1. *de contrah. empt.* imò, ſi contrarium dixerit, non obligatur,) 43. *de C.E.V. vid. Bach. V.* 2. *D.* 2. *th.* 12. *lit. B.* (4.) tempore venditionis. *vid.* 54. *ff.* 3. *C. h. Perez. in C. h. n.* 4. *Fr. h. n.* 65. *Caball. tr. in h. tit. c.* 2. *n.* 5. *&* 26. *Carpz.* 7. 2. *c.* 34. *d.* 18.

* (β.) dum præcipiunt vendito- d,,
ribus impletionem promiſſorum, 1. §. 1. *vid.* 19. 38. §. 10. *h. Exc. in L.* 43. *de contrah. empt.*

* (γ.) dum jubent venditorem d,,
cavere emptori volenti de iis, quæ Edictum requirit, 17. §. *f. l.* 28. *h.* 31. *de evict. Struv. Ex.* 26. *th.* 6.

* (δ.) ut ornamenta, venditio- d.
nis gratiâ facta, unà tradantur. 38. *pr. &* §§. *ſeqq. h.*

* *RESCINDUNT* c.
læſionem principaliter duabus actionibus : 28. *pr.* 44. §. 2. *h.*

D * *REDHIBITORIA*, quæ eſt actio perſonalis, qua E
emptores agunt contra venditores, qui aliquid contra Edi-
C ctum Ædilitium admiſerunt, ad ipſam rem redhibendam. Ma-
gis videtur data, quàm nata.

S Datur emptoribus &c. & illorum heredibus : 48. §. 5.
pluribus in ſolidum, qui tamen, venditore deſiderante, pro-
P curatorem communem conſtituunt : 31. §. 5. *h.* Adverſus il-
los, qui ex dictis titulis aliquid dederunt, & heredes, 23. §. 5.
ſingulos in ſolidum, ſi partes æquales habeant ; 31. §. 10. Sin
inæquales habeant, datur contra eum, qui habet majorem
O partem, 44. §. 1. *h.* Ad rem, pretio reſtituto, redhibendam,
21. *pr.* 60. cum fructibus, cauſa & acceſſionibus : 31. §. 2. *&* 4.
l. 17. 18. 19. 21. *h. Bach. ad W. h. n.* 9. Emptor pretium recipit,
cum uſuris, 27. 29. §. 2. *h.* & omnibus ſumtibus, qui volente
venditore facti ſunt. 27. Si venditor ſcivit vitium, intereſſe
præſtat : 13. *pr. de act. empt.* Si contumax fuerit, duplum ſol-
vat : quo reſpectu actio arbitraria eſt. 23. §. 4. *L.* 45. Compe-
tit regulariter intra ſex menſes, 2. *C. h.* utiles, ratione cur-
d. ſus, non vero initii, 19. §. *f. Bach. Vol.* 2. *D.* 2. *th.* 3. *lit. B. Fr. h.
num.* 90. à tempore contractus, 19. §. *f. Struv. Exerc.* 26.
th.

th. 11. Intra II. menses instituenda est, si agatur propter ornamenta non præstita, vel ob cautionem denegatam. 28. 38.
c. *pr. h.* * *ÆSTIMATORIA* sive quanti minoris est, D
qua emptor &c. agit adversus venditorem &c. qui contra Edictum aliquid peccavit, ad id, ut tantum de pretio restituat, quanti propterea res minoris facta est. Præscribitur regula- d.
riter anno utili, 19. §. *f.* à die scientiæ. 2. *C. h. Struv. Ex.* A
26. *th.* 11. Concurrit cum redhibitoria electivè, 25. §. 1. *de exc. rei judic. vid. Fr. h. n.* 100.

Si res restituta, nec pretium redditum sit, datur ad id emptori actio in factum, 31. §. 17. *h.* perpetua. *Bachov. V.* 2. *D.* 2. *th.* 4, *lit. B. Struv. Ex.* 26. *th.* 11.

NB. Quando agitur actione ex contractu ad solutionem ejus contractus, *vid.* 6. §. 1. *de contrah. empt.* 11. §. 5. *de act. empt.* tùm hæ actiones induunt naturam redhibitoriæ vel æstimatoriæ. *Fr. ad tit. de A. E. V. n.* 96. *& seq. Bach. & Hahn. ad*
2. *Wes. h. n.* 10. * *ALTERO* Edicti capite cautum, ne quis ibi, quo vulgò iter fit, canem, lupum &c. habeat: 40. §. 1. 41. Si contra fiat, & liber homo pereat, pœna est 200. solidorum, si illi nocitum, quantum bonum æquumque videtur.: Cæterarum rerum damnum duplo sarcitur. 42. *h. Struv. h. in f.*

DE EVICTION. ET DUPLÆ STIPULAT. XXI. 2.

EVICTIO est rei ab aliquo possessæ, ad petitionem illius, D
qui melius jus in re habet, per judicem facta ablatio: Evictionem *PRÆSTARE* est satisfacere pro damno, ob rem evi- D
ctam evenienti.

Tenetur quis evictionem præstare ex *OBLIGATIONE*, C
A quæ venit * *EX SPECIALI* hujus evictionis stipulatione voluntaria, quæ ubique potest adhiberi, etiam in quadruplum; 56. *pr.* vel Necessaria, quæ ex juris necessitate præstatur in duplum, sc. in venditione rerum pretiosarum: 37. §. 1. *h.* 31. §. 20. *de ædil. edict.* Quæ sint tales, judex cognoscit. 1. §. 2. *de jur. delib.* Exigitur hæc promissio actione empti: 31. §. 20. *de Ædil. Edict.* Præstatur per nudam promissionem, absque fidejuss. 37. *pr.* 56. *pr. Carpz. p.* 2. *c.* 34. *d.* 30. nisi statim in limine contractus, antequam solutio facta, immineat evictio. 24. *C. h. Carpz. p.* 2. *c.* 34. *d.* 31.

* *EX NATURA* negotiorum * *ONEROSORUM*, regulariter omnium. *Carpz.* 2. *c.* 34. *d.* 28. *per L.* 4. 6. 29. *C. h. L.* 9. *ff. locat.* ex. gr. [1.] in Emptione venditione, 60. *h.* 6. *C. l.* 11. §. 2. *de act. empt. Fr. h. n.* 198. *Steph. Gratian.* 2. *disc. for.* 205. 234. *Hunn. encycl. l.* 3. *t.* 16. *c.* 4. licet ab ipso venditore sit evicta, 17. 18. 19. *h.* aut ab emptore: 9. 41. §. 1. *h.* nec valet pactum in contrarium: nam sciens Venditor ad omnem utilitatem præstandam tenetur, 11. §. *f. inf. de A. E V.* ignorans propter b. f. pretium restituit. 11. §. *f. de A. E. V. Cpz. p.* 2. *c.* 34. *d.* 22. nisi venditio facta in alea, lusûs gratiâ, 2. §. 1. *Quarum rerum actio non datur.* vel contra Legis prohibitionem, 5. *C. de LL. Fr. h. n.* 240. vel Emptor sciverit, rem esse alienam; nam tùm fuit in m. f. 27. *C. h.* 7. *C. Comm. utr. jud. Cz. p.* 2. *c.* 34. *d.* 25. *Fr. h. n.* 267. *l.* (*Obst. f.* §. *f. C. Commun. de leg.*) *Fr. h. n.* 269. [2.] In Datione in solutum. 4. *C. h.* 24. *de pign. act.* tùm enim datur utilis ex empto, *dd. LL.* vel agitur ex pristina obligatione: 46. *de solut.* 8. *C. de sent. & interloc. Fr. h. n.* 342. *Struv. ex.* 27. *th.* 16. (3.) In Permutatione: 1. 2. *C. de rer. permut.* 29. *C. h. Fr. h. n.* 348. (4.) In hæreditatis Divisione, 66. §. *f. h.* siquidem facta sit à Judice, vel à partibus, vel ab ipso testatore, absque animo prælegandi; *L.* 7. *C. Comm. utr. jud.* 66. §. *f.* Secus est, si diviserit testator ex singulari affectione: tùm enim evictio locum non habet: 77. §. 8. *de leg.* 2. *vid. tamen* 7. *C. Comm. utr. jud. l.* 20. *h. Fr. h. n.* 366. [5.] In singularis rei Divisione: 10. §. *f. comm. divid.* 34. §. 1. [6.] In Locatione, Conductione: 9. *pr. locat.* [7.] In Emphyteusi: *arg.* §. 3. *I. de locat. Surd. dec.* 290. *Fr. h. n.* 412. [8.] In Transactione, ubi aliquid datum. 33. *C. de transact. Donell. in d. l. Fab. in Cod. L.* 8. *t.* 31. *d.* 32. *Carpz. tit.* 4. *art.* 3. *num.* 13. *Fr. h. num.* 410. * *LUCRATIVORUM.* Sic præstanda est evictio in Donatione remuneratoria, *arg.* 34. §. 1. 27. *de donat. Carpz. p.* 2. *c.* 34. *def.* 24. & quæ fit ob futuram causam: *arg. L.* 1. *C. de donat. quæ sub mod. Fr. h. n.* 499. si species legata, & hæres individuum præstet; 58. *h.* 45. §. 1. *de leg.* 1. 29. §. *p. de leg.* 3. aut si individuum legatum, quod scivit testator, obligatum esse. 57. *de leg.* 1. *Fr. h. n.* 492. *NON* etiam præstatur in donatione simplici; *propter* 62. *de ædil. edict.* 18. §. *f. de donat.* nisi hoc cautum sit: 2. *C.* [*Obst.* 1. *C. de jur. dot.*] Et legato speciei, cujus dominum se credidit testator; 40. *h.* 45. *in f. de leg.* 1. cedenda tamen legatario est actio, si quam habuit defunctus contra auctorem evictionis nomine. 59. *vid. Castr. in L. Si domus.* §. 1. *de legat.* 1.

a. B

b.

Præ-

Præstant evictionem Autores, h. e. omnes, à quibus aliquis ex dictis titulis rem accepit, *8. 9. 10. 16. 17. C. h.* quique suo nomine vendiderunt: Hinc excluduntur Creditores hypothecarii, *1. 2. C. credit. evict. pign.* Tutores & curatores, *1. 3. C. quand. ex fact. tut.* Judex pignora distrahens, *50. h. vid. 74. §. 1. ff. 13. C. h.* Procurator: *arg. L. f. in f. de instit. act. vid. Fr. h. num. 222. 223. & 231.* Eorumque heredes, *9. 21. 23. C.* qui omnes simul conveniri & se defendere debent, *vid. 62. §. 1. h. 4. §. f. 85. §. 5. 139. inf. de V. O. junct. 65. Fr. h. n. 574.* & fidejussores, qui dicuntur secundi auctores. *4. h.* De Judæis *vid. Fr. h. n. 324.* Omnibus illis, qui ex dictis titulis rem P
acceptam evictione amiserunt, & heredibus. *vid. Fr. h. num. 545. & seqq.*

Objectum materiale sunt res quævis, ex prædictis causis tra- O
ditæ, corporales, incorporales. *4. de hered. vel act. vend.* Si actio vendita, præstanda est tantùm vera actio, sc. quæ per exceptionem non elidatur, non etiam idonea; *4. de hær. vel act. vend.* etiamsi debitor jam tempore cessionis non fuerit solvendo. *74. §. f. h. vid. 96. §. 2. de solut. vid. omnino Struv. h. th. 23.* Objectum formale sunt hæ res, ex causa antecedente legitimè evictæ.

C Requiritur igitur * [1.] ut res sit evicta, *21. ff. 3. C. h.* R
(*α.*) ipso actu: nam lite tantùm de ea mota, potest agere, ut autor veniat, & se defendat; *74. §. 2.* nec sufficit sententia condemnatoria: *57. pr. h. Fr. h. num. 602. vid. L. 16. §. 1. h.* (*β.*) ut per victoriam judicialem res ablata; *70. ff. 3. C. L. f. h. 17. C.* Non etiam ex laudo arbitri, *56. §. 1. h.* nec casu. *21. ff. 26. C. h. Carpz. 2. c. 34. d. 25. n. 1. per f. C. de A. E.*

c,, *[2.] ex causa, quæ antecessit possessio- R
nem ejus, à quo est evicta, *1. C. de peric. & commod. rei vend.*
c. *Fr. h. n. 786.* *[3.] & quidem propterea, quia actor R
potius jus in ea habuit; Nam *NON* præstatur evictio, si res evi-
D cta *per injuriam, ignorantiam, errorem vel malitiam judicis, *51. ff. 8. 15. C. h.*

d. *aut culpa possessoris, puta, * [1.] si litem non denuncia-
E vit auctori: *53. §. 1. h. 8. 20. 21. 23. 29. C. vid. Fr. h. n. 659.* debet enim lis denunciari autoribus, si plures sint, omnibus; *62. §. 1. h.* non etiam fidejussoribus, *7. C. h.* sc. transmisso exemplo libelli &c. [*Diss. Ludvv. in not. Wes. n. 55. Hahn. h. n. 5. per L. 17. C. h.*] petendo, ut veniat, & se in judicio defendat: *20. 21. 29. C. h. Fr. h. n. 695.* Et potest auctor, si velit, etiam invito actore, to-

re, totum judicium ſuſcipere. *66.* §. *2. h. vid. Fr. h. n. 642. Cz. t. 7. art. 4. n.* 1. Fieri poteſt hæc denunciatio in quacunq; judicii parte, etiam poſt lit. conteſt. quolibet tempore: modo adhuc ſit integra defenſio: *29. §. f. h. Perez. in C. h. n. 54. Cz. de proc. tit. 4. art. 3. n. 15. v. Fr. h. n.* 700. Exceptio eſt in legatis. *L. 29.* §. *3. de leg. 3. vid. Bach. vol. 2. D. 2. th. 7. lit. a. Fr. h. num.* 700.

His factis, debet venire author, reumque defendere, 8. 20. 21. 22. 23. 29. *C. h.* 53. §. 1. *Carpz.* 1. *c.* 3. *d.* 28. *& p.* 2. *conſt.* 34. *d.* 40. Etiamſi ſit perſona aliàs privilegiata: 49. *de judic. Carpz. d. l. Fr. h. n.* 642. *(2.) Si exceptionem ſibi competentem omiſerit. 56. §. 3. * (3.) Si in bona cauſa condemnatus non appellaverit; *arg. 63. §. f.* dum tamen poſſeſſor, abſente auctore, condemnatus ſit. *Fr. h. n.* 795.

E Hinc dantur actiones ex ſtipulatu, ſiquidem intervenerit: vel ex ipſo negotio, ſive contractu deſcendentes. *56. pr.* 60. 70. Quæ dantur illis, & contra illos, quibus debetur evictio, quique illam debent. *Hahn. h. n. 6.*

Stipulati actio datur ad quantitatem ſtipulatam, dupli, tripli, &c. prout ſtipulatum.

Actio ex negotiis datur (1.) ad pretium, (2.) ad omne intereſſe, quia ſunt b. f. 70. *h.* 13. *rem rat. hab.* (3.) ad expenſas in rem factas, ſi à vindicante eas non potuerit conſequi, (4.) ad expenſas in litem, 17. *C. h. vid. Fr. h. n.* 857.

Hæ actiones regulariter perpetuæ ſunt, nec directo longiſſimo tempore præſcribuntur: 21. *C. h.* Rei tamen uſucapio actionem per conſequens extinguit. *54. pr. h. Fr. h. n. 966.*

DE EXCEPT. REI VENDITÆ ET TRADITÆ.

XXI. 3.

HÆc exceptio eſt peremptoria, competens emptori, adverſus venditorem rei alienæ, qui ex dominio poſteà acquiſito rem illam vindicat. Eſt tamen in emptoris arbitrio, an velit agere actione ex empto, an hac exceptione ſeſe tueri. *vid. omninò Fr. h.*

DE USUR. ET FRUCT. ET CAUS. ET OMNIB. ACCESS. ET MORA.

XXII. 1.

USura eſt pecunia, qua uſus ſortis ſive quantitatis debitæ æſtimatur, à debitore creditori præſtanda in re ejuſdem

dem generis, 23.*f. C. h. vid. Perez. in C. h. n.* 1. *Bach. V.* 2. *D.* 3. *th.* 2. *lit. a.* Semper sortem requirunt: *vid.* 95. §. 1. *ad L. Falcid. junct.* 24. *de usu & usufr. leg.* Est autem sors ipsa quantitas debita. *L. un.* §. 7. *inf. C. de R. U. A.* 58. §. 6. *ad SCtum Trebell.* N

A Dividuntur à fine in * Punitorias, quæ præstantur ob moram, vel fidem contractus violatam: 1. §. 1. 17. §. 3. Et hæ interdum exiguntur, licet creditoris nihil intersit: 38. §. 17. *de* †
a„ *V. O.* * Compensatorias, quæ præstantur propter usum æris alieni, & propter commodum, quod inde creditori decedit, debitori vero accedit: 60. *pr. pro soc.*
a. 58. §. 6. *ad SCt. Trebell.* * Lucratorias, quæ exiguntur propter solum lucrum: v. g. cum aut modum compensationis excedimus, aut ab egeno etiam compensatorias exigimus. *Struv. h. th.* 43.

Dividuntur etiam à Canonistis, in Mordentes, quæ offendunt dilectionem proximi, idque vel propter personam debitoris, vel propter quantitatem usurarum, vel propter iniquitatem creditoris, & Non-Mordentes, quæ exiguntur modo à magistratu præscripto. †

Jus naturale eas permittit; dum observat in contractibus proportionem arithmeticam: *Hagen. de usur. c.* 3. *Cloppenb. de fœnore, c.* 5. 6. *Carpz. lib.* 2. *d.* 319. ut & Jus divinum. *Hahn. h. n.* 5. *pr.* (nam Exod. XXII. 25. Levit. XXV. 36. &c. sermo est de certis subjectis, & de certo modô usurarum, deinde etiam hæc non est Lex moralis, sed forensis. *vid. Cloppenb. de fœnore, c.* 7. 8. *Hagen. d. l. c.* 2.) ac Canonicum. *c.* 16. 18. *x. h.* (quæ prohibitiones ibi inveniuntur, loquutur de mordentibus, *Hagen. d. l. c.* 4. *Hahn. p.* 60.) De jure hodierno certum est: *Ord. in Imp. de Ao:* 1548. & 1577. *tit.* von wucherlichen Contracten. *Rec. Deput. de anno* 1600. §. So viel nun. Cujus constitutionis sensus etiam omnibus contractibus convenit: *Wehn. voce* Zinß. *Carpz. p.* 2. *c.* 30. *d.* 1. *Hahn. h. n.* 11. C

B Debentur usuræ * vel ex *CONVENTIONE*, * vel per
C pactum, * in b. f. judiciis * in continenti adjectum, & tum
D exiguntur actione ex contractu illo descendente: 5. *C. de pact.*
E *inter empt.* 24. *inf.* 26. §. 1. *deposit.*
e. * Vel ex intervallo, & tùm jure Romano naturaliter tantùm debentur: 3. *C. h.* 8. §. *f. de pign. act.* 18. *qui pot. in pign.* 5. *de pign.* 4. 22. *C. h.* hodie jure actionis
d. petuntur, * in stricti juris judiciis, regulariter debentur na-

turaliter tantùm: 3. *C. h.* 24. *de P. V. vid.* 3. 4. 22. 7. *C. h.* 28. *C. de pact.* Sed & civiliter debentur ob trajectitiam pecuniam; 5. §. 1. 7. *de naut. fœn.* ob Mutuum Specierum, quarum pretium est variabile: 12. 23. *C. h.* Argentariis, *Nov.* 136. *c.* 4. 5. *verf. usuræ sanè.* Civitatibus. 30. *h.* Hodiè debentur promiscuè ex nudo pacto. *Hahn. h. p.* 47.

* Vel per stipulationem in omnibus omninò contractibus: 3. *C. h.* adeò, ut in tempus stipulatæ, perpetuò debeantur, 12. *Carpz. p.* 2. *c.* 30. *d.* 5. *L.* 24. *de P. V.* 15. *C. h.* c.

* Vel ex *MORA* in b. f. judiciis, 32. §. 2. 34. *h.* quibus propter favorem hac in re annumerantur legata & fideicommissa, 34. *h.* 87. §. 1. *de leg.* 2. quæ in reliquis sunt stricti juris. 5. *junct.* 7. *de eo, quod cert. loc.* Non etiam in stricti Juris judiciis ex mora debentur usuræ: 3. *C.* 24. *de P. V.* ne quidem punitoriæ; etiam post lit. contest. 38. §. 7. *ff.* 3. *C. v. Bach. V.* 2. *D.* 3. *th.* 3. *in f. Bus. ad L.* 35. *h. Zœs. h. n.* 30. *Wissenb. h. th.* 9. (*Obst.* 35. 38. §. 7. *h.*) debentur tamen fisco, 17. §. 5. 43. *h. Jul. à Beym. tr. de usur. n.* 3. *p.* 534. *Wissenb. h. th.* 11. & in actione rei judicatæ ipso jure ex mora debentur. 2. *C. de usur. rei jud. vid. Beym. d. l. n.* 7. b,,

* Vel ex alia *SINGULARI* æquitatis ratione. *vid.* 10. §. 3. 12. §. 9. *mandat.* b.

O Ratione *QUALITATIS* sint ejusdem generis cum sorte: *Hagen. tr. de usur. c.* 6. *n.* 74. *Struv. h. th.* 42. *Bach. V.* 2. *D.* 3. *th.* 2. *lit. a.* Ratione *QUANTITATIS* sint moderatæ, nec excedant præscriptum modum, * in *QUANTITATE* legitima, quæ olim erat centesima, posteà limitata; 26. §. 1. *C.* nisi (1.) quoad Trajectitiam pecuniam; 26. §. 1. *C. vid.* 5. *pr. de naut. fœn.* (2.) quoad mutuum specierum, quarum pretium est variabile; 26. §. 1. *C. vid.* 23. *C.* (3.) Quoad causam rei judicatæ: *f. pr. C. de usur. rei jud.* (4.) Quando administrator pecuniam in proprios usus convertit: 38. *de N. G.* sc. clam. 54. *de adm. tut.* Quoad reliqua negotia hæc quantitas est limitata, 26. §. 1. *C.* & conceduntur Mercatoribus octo unciæ centesimarum: Personis illustribus IV. unciæ centesimarum, reliquis personis semissis. Hodie quincunces tantum approbantur: *R. I. de anno* 1577. *tit.* Von wucherlichen Contracten. *It. in Recess. Deput. Spirens. de anno* 1600. *vid. Wehner. voc.* Zinß. Ultra modum licitum nemo potest stipulari usuras, 44. ne quidem pœnæ loco: 15. 16. *C.* nam quatenus excedit stipulatio, est ipso F

jure

jure nulla, 20. 29. & solutæ repetuntur, aut sorti imputantur.
f„ 26. §. 1. *vers. Si autem quis. C. h. Carpz. p. 2. c. 30. d. 4. vid. Carpz. p. 2. c. 30. d. 3. 9.* 10. 11. * in *DURATIONE*, Jure Civili, si sortem superant, repetuntur, aut sorti imputantur: 26. §. 1. *de condict. indeb. Carpz. p. 2. c. 30. d.* 20. 27. licet singulis annis solutæ fuerint. *N.* 121. *c.* 1. 2. *N.* 138. *Carpz. d. c. d.* 26. & 30. ¶. *Diss. Finckelth. O.* 40. *per tot.* (*Conf. Richt. p. 2. D.* 74. *n.* 89. *sq.*) Excipe tamen (1.) Si Usuræ petantur, tanquam interesse. (2.) Si debitor sit morosus. (3.) Annuos reditus, &c. *vid. Carpz. d. c. d.* 28. & *sqq. vid. omninò Tab. tr. de altero tanto.*
f. *Struv. h. th.* 52. * Et *MULTIPLICATIONE*: Sic usuræ usurarum prohibitæ sunt, 28. *C. h.* sive petantur ob moram usurarum, sive ob usuras in sortem redactas, [quod anatocismus dicitur. *Salmas. de mod. usur. c.* 3. *Carpz. asyl. debit. c.* 1. *pos.* 31. *n.* 371.] [*Obst.* 11. *h.* 12. 23. *C.* 51. *de hæred. petit.* 60. *pro soc.*] *vid. Richt. dec.* 74. *n.* 12. *Hagen. tr. de usur. c.* 5. *Wes. h. th.* 4. etiam inter mercatores; *Carpz. d. c.* 30. *d.* 33. 34. (*Diss. Cothmann. V.* 1. *cons.* 18. *n.* 22.) *vid. Fr.* 2. *Res.* 10. *n.* 43. Licet novatio eatenus facta sit inter debitorem & creditorem. *Struv. h. th.* 50. aut usuræ ex re judicatâ debeantur, 3. *C. de usur. rei judic.* aut Creditor ob moram debitoris pecuniam sub usuris mutuam accipere fuerit coactus. *Wesenb. cons.* 72. *Fr.* 2. *Resol.* 10. *n.* 27. *Berlich. det.* 268. *n.* 4. Non etiam sunt usuræ usurarum, si debitor mutatur, & quod Cajus mihi nomine usurarum debet, Titius nomine crediti meo nomine ab eo accipit, 7. §. 12. 58. §. *f. de administr. tut. Carpz.* 2. *q.* 92. *n.* 53. *Fr.* 2. *resol.* 10. *n.* 42. & *seqq.* aut si, ut fidejussor, usuras alieno nomine solvit: *Berlich.* 2. *d.* 268. *n.* 23. *Perez. h. num.* 19. *vid. Struv. h. th.* 51. Simile volunt esse in annuis reditibus, *Berlich.* 2. *decis.* 268. *num.* 29. *Carpz.* 2. *q.* 92. *n.* 86.

Si quis Legum præscripta in uno horum neglexerit, contractus dicitur usurarius, *vid. Hahn. ad tit. de naut. fœnor. p.* 66. estque ipso jure nullus; Nam stipulationi & instrumento etiam guarentigiato opponitur usuraria pravitas: *Finckelth. O.* 40. Solutum repetitur, *ut supra dictum in O.* neque tanquam donatio subsistit.: 1. *de condict. indeb.* 53. *de R. J. Joh. à Sande, lib.* 3. *tit.* 14. *D.* 34. Et accipiens incidit in pœnas usurariæ pravitatis, statutas in *R. I. de anno* 1548. & 1577. *tit.* Von wucherlichen Contracten. scilicet [1.] amittit quartam partem sortis, [2.] incidit in infamiam, [3.] ei denegatur Christiana sepultura & Testamenti factio, *c.* 3. *x. de*

tra. de usur. c. 2. de usur. in 6. c. 1. x. de sepult. (4.) extraordinariâ pœnâ affici potest, pro ratione circumstantiarum. *Cz. p. 2. q. 92.*

Nudo pacto promissæ regulariter tantùm retineri possunt: Pacto in continenti adjecto, petuntur actione ex illo contractu: 24. 26. §. 1. *depos.* 5. *C. de pact. int. empt.* 7. §. 5. *de pact.* Debitæ ex mora petuntur officio judicis, in actionibus principalibus ex contractu descendentibus: Si actio principalis fuerit exstincta, obligatio usuararum etiam extinguitur: 49. §. 1. *de act. empt. L.* 4. *C. depofit. vid. Carpz. p.* 2. *c.* 30. *d.* 12. Si ex stipulatione, tum actione ex stipulatu. 1. *C. de judic. Carpz. p.* 1. *c.* 30. *d.* 13.

C Desinunt [1.] Principali obligatione extinctâ: 18. *de novat.* [2.] Si judex solutionem prohibuerit: *Carpz. p.* 2. *c.* 30. *d.* 24. [3.] Purgatione moræ. *Struv. h. th.* 56.

SS Annui reditus differunt ab usuris, & à mutuo, (*Diss. Fr. L.* 1. *res.* 1. *n.* 59. 62.) & (quatenus accipiuntur pro jure percipi-
D endi reditus) sunt jus in re, singulis annis certam præstationem ex re aliena exigendi, venditione & quasi traditione constitutum. Ex his reditibus datur actio realis confessoria. *vid. Hahn. h. n.* 14.

H Vox *FRUCTUS* accipitur [1.] latè, & denotat omnem
D utilitatem, quam quis ex re vel occasione ejus percipit. 24. *de usu & usufr. leg.* 95. §. 1. *ad L. Falcid.* [2.] Strictè & propriè pro emolumento, quod ex ipsius rei corpore oritur, 121. *de V. S.* & renasci potest, 7. §. 13. *sol. matr.* ex re, propter hos fructus comparata. 27. *de her. pet.* [3.] Strictissimè, pro arborum fructibus. 236. §. 1. *de V. S.*

† Sunt vel Civiles, qui non ex rei corpore, sed occasione ejus
D proveniunt: 121. *de V. S. Carpz. p.* 3. *c.* 32. *d.* 19. Naturales,
D qui ex rei corpore proveniunt, & sunt fructus in secunda significatione: Suntque Naturales in Specie, quos natura, homine nihil aut parum cooperante, producit; & Industriales, qui à naturâ quidem, non tamen sine hominis facto, proveniunt.
† *vid. Carpz. p.* 3. *c.* 32. *d.* 24. *n.* 12. Sunt vel Pendentes, vel Separati; 44. *de R. V.* Percipiendi, vel Percepti, & hi Extantes, vel Consumti. De acquisitione fructuum agitur ad tit. de *A. R. D.* circa obligationem fructuum in genere sciendum, quod in illis judiciis, ubi petitur res propria, debeantur fructus, 38. §. 1. *& seqq. h.* ubi verò res petitur propter jus ad rem, debentur ex tempore litis contestatæ. 38. §. 7.

CAU-

CAUSA hic denotat omnem utilitatem, quæ est circa rem *Cujac.parat.h. Struv. Ex.27.th.63. L.2.38. §.7. h.l.20. de R.V.* D

ACCESSIO hic idem est, ac id, quod interest: Est autem *INTERESSE* utilitas, quæ propter rem principalem creditori abest. 13.*rem. rat. hab.* D

MORA est injusta rei faciendæ dilatio. 21. Contrahitur autem vel *ex persona debitoris, 32.*h.*23. 127.*de V.O.* qui non solvit interpellatus * proprie judicialiter per litis contestationem: quæ statim debitorem constituit in mora: 1. *C. de usuris rei jud.* vel extrajudicialiter per privatam admonitionem, & hæc quoque in mora constituit; 23. 127. *de V. O.* licet tantum unica interpellatio intervenerit: 32.*pr. h.* Aliquod spatium tamen ex æquitate conceditur. 105. *de solut. Vid.* 32.*h.* * quasi interpellatio dicitur, si dies pro homine interpellat, 12. *C. de contr. & comm. stip.* 2. *C. de jur. Emphyt.* (*Obst.*41. §. 1. *in f. de V.O.*) quod fit in obligationibus in diem: *dd. LL.* Non etiam sub conditione. *Bach.V.2. D.3.th.7.lit.d.* D

G H h.

g. * Ex re, sc. sine ullo hominis facto, vero vel quasi, ex sola legis dispositione: *Arum. de mora. c.* 4. *Hagen. de usur. c.* 9. quod fit e. g. ob favorem minorum: 3.*C. in quib. caus. in integr.* alia exempla sunt in *L.f.C. de cond. furt.* 26. §. 1. *de fidei-comm. libert. Arum. de mora, c.* 4. *Struv. th.* 86.

Mora (1.) perpetuat obligationem: 91.§.3.*de O.V.* (2.) inducit obligationem usurarum & fructuum: 34. 38. *de quo supr. ad C.* (3.) Transfert periculum rei in debitorem; 23.82. §. 1. *de V. O.* Disting. tamen inter judicia realia & personalia, b. f. & stricti juris, &c. *vid. Bach. V.2. D.3. th.8. lit. a. & th.9. Struv. h. th.* 70. *&c.* E

DE NAUTICO FOENORE. XXII. 2.

FOENUS interdum significat pecuniam sub usuris creditam, 3.*C. h. Salmas. de usur. c.* 4. *Vinn. l.* 2.*q.* 9. interdum usuras: 24.*de usu & usufr. leg.* de terrestri hactenus actum: *NAUTICUM* sive maritimum præstatur ex trajectitia, quasi nauticum ex pecunia, quæ non trans mare, sed per alia loca periculosa transfertur, periculo creditoris. *Hagen. de usur. c.* 1.*num.* 14. *&c.* Hic agitur de vero nautico, ubi nota, (1.) quod ex nudo pacto debeantur usuræ, & competat efficax actio; 5.§.1. *l.*7. (2.) quod hic permittant antiquæ Leges H † D

 stipu-

ſtipulari infinitas uſuras, hodiernæ centeſimas. 26. §. 1. *C. de uſur. vid.* 5. *h.* Hæ uſuræ tàm diu debentur, donec debitor cum pecunia ad portum pervenerit, poſteà ordinariæ currunt. 1. *C. h. vid. Hahn. h.*

DE PROBATIONIBUS, ET PRÆSUMPTIONIBUS.

XXII. 3.

D PROBATIO hic eſt actus judicialis, quo litigantes Judici de facto controverſo, vel de re dubiâ per argumenta fidem faciunt. 12. *in f.*

† Dividitur à cauſa inſtrumentali in * *ARTIFICIALEM*, obliquam, ſive directam, quæ fit argumentis, arte probantis ex ipſa cauſa deductis, vel neceſſariis, quæ ex cauſis naturalibus deſumuntur, & aliter ſe habere non poſſunt: ex. gr. Si XX. Januar. Tubingæ fui, non fui eodem Lipſiæ, &c. vel probabilibus: quæ ex veriſimilibus rationibus deducuntur; hinc præſumptio, de qua infra. * *INARTIFICIALEM*, ſive directam, quæ fit per argumenta inartificialia, extrinſecùs aſſumpta, ex. grat. teſtes, inſtrumenta. *Hahn. h. num.* 2. A a.

† Dividitur ab effectu in *PLENAM*, quæ ſola Judici tantam fidem facit, quanta eſt neceſſaria ad cauſæ deciſionem: & hæc intelligitur vocabulô probationis ſimpliciter poſitô. *L.* 83. *de condit. & demonſtr.* *MINUS PLENAM*, quæ per ſe non facit plenam fidem, ſed aliô adhuc indiget adminiculo: Hæc iterum eſt vel ſemiplenâ *MAJOR*, ex. grat. duo teſtes, quorum unus omni exceptione major, alter non: vel *SEMIPLENA*: ex. gr. unus teſtis omni exceptione major: *Carpz. p.* 1. *c.* 23. *d.* 4. ¶. Vel ſemiplena *MINOR*: ex. gr. unus teſtis non major omni exceptione: *Carpz. d. c. d.* 4. Duos priores gradus ſupplet Juramentum neceſſarium; ultimus gradus tollitur per Juramentum purgationis; *de quib. ſupr. ad tit. de jurejur.*

C Requirit probationem Jus, 4. *C. de edend.* 2. *C.* interloquente Judice, *c.* 9. *x. de probat.* à litigantibus, qui ſc. aliquid dicunt, 2. Actore regulariter, 21. *h.* 10. *C. de teſt. Carpz. p.* 1. *c.* 10. *D.* 18. *n.* 5. Reo; 19. *h.* 1. *C.* Niſi pro proponente pugnet præſumptio, quæ onus probandi in adverſarium transfert. 16. *in f. C.*

S Judici, non adverſario fides facienda. 12. *in f. h.* 3. §. 1. *& 2. de teſtib.*

Pro-

Probandum est factum, 16. *C.* (non jus scriptum; 2. *de jur. & fact. pign.* [*Obst. 5. h.*] consuetudo probanda, *Struv. h. th.* 8. *Perez. in C. quæ sit long. consuet. num.* 5.) dubium, sc. ratione judicis: Et hoc probari debet cum omnibus circumstantiis, *c.* 31. *de elect. in 6. c.* 9. *x. de probat. Carpz. p.* 2. *c.* 11. *d.* 32. *n.* 4. modo non sint impertinentes: nam hæ non sunt probandæ, probatas vero judex rejicit ex officio. 10. 21. 23. *C. h.* 9. *C. de R.V.* Propositio, simpliciter & indeterminatè negans, per rerum naturam, non potest probari: 10. *C. de non num. pec.* 23. *C. h. c.* 11. *x. de probat.* per scripturam interdum probatur; Secus est in negatione tempore, locoque circumscripta; (nam hæc probari potest per indirectum, sc. argumenta artificialia: 14. *C. de contrah. stipul.* & directè e. gr. per testes.) Et in negatione prægnante, sc. quæ virtualiter aliquid affirmat, sive, cujus ratio concludens dari potest: e. g. Si quis neget se esse filiumfamil. nam hæ probantur per indirectum, sc. probando affirmativam negativæ contrariam, e.g. Se esse emancipatum. 1. *C. h.*

B Circa probationem observa (I.) * *MODUM:* nam probatio debet esse pertinens, 21. *in f. C. h. Struv. th.* 10. certa & clara; 6. *h. c.* 8. *in f. x. h. Gail.* 2. *O.* 13. *n.* 5. obscura contra producentem interpretanda: *Gail.* 2. *O.* 13. *n.* 11. *Struv. h. th.* 10. Admittitur tamen imperfecta (1.) In causis difficilis probationis, *l.* 2. *C. de test. Gail.* 2. *O.* 93. *n.* 18. *Mant. de tac. conv. t.* 1. *l.* 8. *t.* 14. *n.* 5. e. g. antiquis: *Menoch.* 2. *A. J. Q. c.* 115. *Ricc. p2. Decis. Neap.* 23. quæ occultè fieri solent: *Gail.* 2. *O.* 149. *n.* 9. quæ in animo consistunt: *Struv. h. th.* 11. scil. quoad civilia negotia. *propter L. f. C. h.* (2.) In defensione reorum; *Gail.* 1. *de P. P. c.* 15. *n.* 12. (3.) In causis summariis. *Coler. de process. ex* 3. *c.* 1. *n.* 62. Hæc Probatio includatur articulis probatoriis; *vid. Cala, de mod. artic.* qui sint perspicui, *Gail.* 1. *Obs.* 82. *n.* 11. non captiosi, *Gail.* 1. *Obs.* 81. & 82. succincti, *Myns.* 2. *O.* 55. *Gail.* 1. *obs.* 79. *n.* 3. è visceribus libelli deprompti: 21. *in f. C. h.* Et fiat probatio parte adversa citatâ. *c.* 2. *x. de test. cog.*

b. (II.) * *TEMPUS*, idque vel

C tanquam * terminum *A QUO*, qui est * in causa principali

D litis contestatio; *c.* 5. *& t. t. ut lit. non contest.* Testes tamen in perpetuam rei memoriam etiam ante litis contestationem producuntur, *vid. Gail.* 1. *O.* 92. 93. 94. *Carpz.* 1. *c.* 16. *d.* 35. 36. quorum testimonia nihilominus demum lite contestatâ producuntur: *v. Bach. ad W. h. n.* 9. *rectius Hahn. ad W.*

 d. l.

dict. l. Alios casus exceptos *vid. in d. c. 5. x. ut lit. non contest.*
* quoad exceptio- d.
nes etiam ante litem contestatam fiunt probationes, ex gr. in exceptionibus declinatoriis, & dilatoriis, 13. *C. de procurat. Bachov. Vol. 2. D. 4. th. 6. lit. B.* peremptoriis privilegiariis, *c.* 1. 2. *de lit. contest. in 6.* & hodie in omnibus peremptoriis, quæ intra tempus legale (in foro Saxon. VI. septiman. & 3. dier. *Carpz. p.* 1. *c.* 16. *d.* 1.) probari possunt.

* Terminum *AD QUEM*: nam est pro- e.
batio facienda ante causæ conclusionem, & sententiæ publicationem, regulariter ante quartam productionem: *cap.* 15. 36. 55. *x. de testib. Auth. At qui semel. C. h.* In criminalibus tamen & matrimonialibus etiam post sententiam publicatam admittitur. *Gail.* 1. *O.* 107. *n.* 11. Et quidem probandum intra terminum à Judice præscriptum: qui diversus est, 1. *C. de dilat. Gail.* 1. *O.* 91. *Carpz. p.* 1. *c.* 16. *d.* 1. & peremptorius: 1. *C. de dilat. Carpz. p.* 1. *c.* 16. *def.* 1. propter causam tamen datur à Judice dilatio, Jure Civili, in causis pecuniariis, una, in capitalibus reo tres, actori duæ. *L. f. de feriis.*

E Probationibus Judex credit, & si actor plenè probavit, condemnatur reus; 6. sin minus, absolvitur, etiamsi hic nihil probavit, 4. *C. de edend. Bachov. Vol.* 2. *D.* 4. *th.* 8. *lit. c. & d.* aut probaturus in probatione defecit, *Mascard. Vol.* 1. *concl.* 36. *n.* 37. scil. si inde de actoris jure non constet. *Zœs. h. n.* 7. *vid. Aristot. Probl. sect.* 29. *q.* 13.

D *PRÆSUMPTIO* est probatio, per argumenta probabilia facta:

† Estque * vel Juris, quæ à Jure per argumenta probabilia ex variis circumstantiis inducitur, & pro vera habetur. Hæc iterum est * vel Juris, & de Jure, qua à Lege ex fortioribus aliquid inducitur, & pro vero ponitur, adeo, ut nec probatio in contrarium admittatur: Hujus exempla sunt in 11. §. 9. *ad L. Jul. de adult.* 29. §. 1. *h.* 34. *C. ad L. Jul. de adult. cap.* 12. *x. de præsumpt. cap.* 30. *x. de sponsal.* E F

* vel Juris tantùm, qua ex variis circumstantiis Lex f.
aliquid præsumit, & tamdiu pro vero habet, donec probetur contrarium. *c.* 20. *x. h. Gail.* 2. *O.* 144. *num.* 6. *Menoch.* 1. *præs.* 60. *num.* 2.

* vel Hominis, qua à Judice argumentis probabili- e.
bus ex negotii circumstantiis aliquid inducitur, quod pro vero habetur, donec contrarium probetur: 2. §. 1. *de pact.* 8. 9.

14. *h.*

14. *h.* 18. *de adim. & transfer. leg. L.* 3. 9. 25. *h. add. Wes. h. th.* 10. *Carpz. tit.* 13. *art.* 1. *n.* 16. *Hunn. t.* 20. *c.* 3.

Argumenta probabilia ſumuntur ex circumſtantiis facti : quæ infinita ſunt, & his ferè regulis ſubſiſtunt: [1.] Naturalia ſemper præſumuntur adeſſe. [2.] Præſumitur res in eodem ſtatu: hinc *Cap. Semel. de R. J. in* 6. ſcilicet eodem reſpectu: *Ricc. p.* 2. *Dec. Neapol. dec.* 159. [3.] Præſumptio debet fieri in meliorem partem. 51. *pro ſoc. Scheffer.* 2. *pract. quæſt.* 5. *n.* 11. 12. *vid. Alciatus, Menoch. de præſumpt.*

Quoad objectum, præſumptio non differt à probatione. O

Præſumptio Juris & de Jure ſemper vera eſt, niſi aliud confiteatur reus, vel factum ſit notorium; *Carpzov. p.* 2. *c.* 2. *d.* 8. *num.* 5. Aliæ præſumptiones tamdiu veræ ſunt, donec probetur contrarium. *vid. Carpz. d. l.* P

DE FIDE INSTRUM. ET AMISSIONE EORUM. XXII. 4.

FIDES hîc ſignificat opinionem, qua quis credit, rem ita ſe habere. D *INSTRUMENTUM* hic dicitur, quod cauſam inſtruit, Judici fidem faciendo de re controverſa; 1. *h.* & ſignificat [1.] in genere omnia media, quibus Judici fides fit de re controverſa. 1. *h.* Hoc ſenſu in Statutis plerumque accipitur; *vid. Mev. ad Jus Lubecenſ. quæſt. prælim.* 10. *Bachov. Vol.* 2. *Diſp.* 4. *th.* 1. *lit. a.* [2.] Strictè tabulam, ſive ſcripturam: 5. *C. de probat.* 17. *C. h.* [3.] Strictiſſimè inſtrumentum publicum. 1. *C. de jurejur. propter calumn.* D

Inſtrumentum hìc ſignificat ſcripturam, ad rerum geſtarum fidem factam: *Perez. in C. h. num.* 1. *Hahn. h. p.* 91. *in fin.* D
Eſtque * vel *PUBLICUM*: *arg.* 5. *C. de probat.* 11. *C. qui pot.*
A *in pign.* 23. §. 2. *C. ad SCt. Vellej.* * (1.) Ratione primi autho- †
B ris, qui fecit, vel facere juſſit: *c.* 2. *x. h.* Hodie plerumque fiunt durch die Stadtſchreiber/ Notarios. *de quib. infr. h. Ordin. Imp. de anno* 1512. *tit.* von den Notarien. *verſ.* Die Notarien ſollen auch wiſſen. *vid.* 17. *C. de fid. inſtr.*
b. * (2.) Ratione confirma-
C tionis, * quod à perſonis publicis eſt ſubſcriptum, *c.* 2. *x. h. pr. l. de empt. vend.* 8. §. 15. *quib. mod. pign. ſolv.* vel ſigillatum; *c.* 2. *x. h.* modo conſtet de hujus voluntate, ad quem ſigillum pertinet: *Cz. l.* 3. *R.* 79. *n.* 13. *arg.* 2. *C. de reb. alien. non alien.*

ibi gloss. cujus consensus in dubio præsumitur; *Carpz. d. l. n.* 15. 16. dolosa sigillatio vim habet nullam; 2. *C. de reb. alien. non alien.*

* quod actis publicis insinuatum. *L. f. C. de re judicat. Auth. Ad hæc. C. h. vid. Bach. ad W. h.* His æquivocè etiam annumeratur instrumentum privatum quidem; sed trium testium subscriptione confirmatum; nam & hoc effectum publici instrumenti habet. 11. *in f. C. qui pot. inpign.* c.

D * vel *PRIVATUM*, quod privata auctoritate factum, cujus sunt tres species: * (1.) *CHIROGRAPHUM*, quod in genere est scriptura privata, in debiti & crediti fidem facta: 14. *C. de non num. pecun. Besold. voc.* Handschrifft. Estque a. D

† * vel obligatorium, ut Chirographum in specie: quod est scriptura privata, qua Debitor debitum fatetur; Syngrapha fiunt inter paciscentes, in rei gestæ fidem, Antapochâ fatetur debitor, se præstationes solvisse, & prædium præstationi obnoxium esse. 2. *C. de jur. emph.* 19. *C. h. Hahn. h. n.* 2. *Struv. h. th.* 23. E

D * vel liberatorium, quod dicitur apocha, quitantia, quæ est scriptura privata, qua creditor fatetur, debitorem solvisse. 19. *C. h.* 14. §. 2. *C. de non num. pecun.* c.

D * (2.) *EPISTOLA* est scriptura ad absentem directa, qua ipsi aliquid denunciamus, ipsumque de re d.,

D aliqua certiorem facimus. * Liber *RATIONUM*: *vid. Munnoz. de Escobar. de ratiocin. administrat.* Rationes autem sunt scriptura, quæ continet data & accepta: 6. §. 3. *de edend.* Conscribuntur vel ex necessitate officii publ. ut prætoris, &c. vel privati, ut tutoris, &c. vel ex libera voluntate, ut in negotiis privatis propriis. d.

† Alio modo dividuntur instrumenta in *ORIGINALIA*, quæ primario de negotio conscripta, & *TRANSSUMPTA*, quæ ab illis describuntur: Quod si fiat à privato, dicuntur Copiæ: si authoritate Magistratus, vel à Notario, dicuntur Transsumta originalia, authentica, & Vidimus.

NOTARIORUM instrumenta sunt protocolla vel transsumta & instrumenta: Illud est brevis rei gestæ annotatio, memoriæ causa facta, ut exindè posteà conficiantur instrumenta, quæ in specie ita vocantur, & fiunt adhibitis omnibus solennitatibus & clausulis: Si dissonent protocolla & instrumenta ex his desumta, major fides est protocollo, *Cpz.* 1. *c.* 17. *d.* 44. modo protocollum habeat sua requisita. *Ord. Imp. de anno* 1512.

D *NOTARII* sunt personæ publicæ, authoritate Imperato-

ria

ria constitutæ, ut de rebus gestis, certæ & perpetuæ memoriæ gratia, Instrumenta conficiant: à DD. variè tabularii & tabelliones dicuntur: Differunt tamen ab illis tabulariis & tabellionibus, de quibus in Jure Civil. *vid. Cujac. ad* 15. *C. de decur. L.* 2. *rem pupill. salv. fore. Nov.* 44. *Panciroll. thes. var. lect. lib.* 1. *c.* 26. Quoties tamen Jure Civili tabularius requirebatur, toties hodie adhibetur Notarius. Notarii putativi, sive falsi Notarii Instrumenta non valent; *Bach. V.* 2. *D.* 5. *th.* 2. *lit. B. Sichard. ad L.* 4. *C. h.* (*Dissent. Tr. V.* 2. *D.* 5. *th.* 3. *ob L.* 3. *de offic. Prætor.*) hinc, si dubitatur de Notario, producens tale Instrumentum probare debet factum à Notario: *Mascard. de prob. concl.* 920. *n.* 6. Secus est, si persona inhabilis facta sit Notarius, & post Instrumentum factum appareat hoc vitium; nam tùm valet. *arg. l.* 3. *de offic. Prætor.* Constituuntur ab Imperatore immediate, vel mediantibus Comitibus Palatinis: Constituti compelluntur ad Instrumenta conficienda. *Ord. Imp. de anno* 1512. §. Es ist auch ein *Notarius, &c. Besold. voc.* Notarien. Et contra denegantes decernuntur mandata cum clausula: *Mindan. de mand. lib.* 2. *c.* 53. §. 4. *n.* 15. 16. Honorarium ipsis offerendum, aurum & argentum; *Besold. d. l.* nisi sint Doctores, Clerici, Monachi, aut Decuriones: *d. O. I. d. l. in fin.* Notarius Doctor Jurisfactus retinet hanc facultatem, 33. §. 2. *de cond. & demonstr. Berl. p.* 1. *D.* 27. & Doctor Juris, qua talis, Instrumenta non potest conficere: *Carpz. l.* 6. *Resp.* 18. (*Diss. Berlich. p.* 1. *D.* 27.) Ne Notarius videatur se ingessisse, *arg.* 25. *de procur. Bach. Vol.* 2. *D.* 5. *th.* 2. *lit. c.* requiritur rogatio eorum, quorum consensu res stat, *Nov.* 44. *pr. Ord. Imp. de anno* 1512. §. Und nachdem in allgemeinen Rechten/ꝛc. *& seq.* §. Es ist auch ein *Notarius, &c.* cujus rogationis etiam mentionem facere debet in instrumento. *d.* §. Und nachdem ꝛc. *in fin.* C

Notarii hodie sunt simplices, qui olim intra & extra Cameram, & immatriculati Cam. Imp. *Ord. Cam. de anno* 1555. *p.* 1. *t.* 39. qui hodie in Camera officium suum interponunt. *Gail.* 1. *O.* 28. *n.* 6. *Mynf.* 1. *O.* 78. †

Instrumentum scribi potest de Jure Civili in omni materia. §. 12. *I. de test. ord.* Hodie nullum est, nisi in membrana scribatur; *Mynf.* 1. *O.* 80. *in fin.* (*Diss. Arnold. Reiger. in not. ad d. obs.*) hujus enim sententia non est generalis, & fallit præprimis quoad appellationis Instrumenta; *Hahn. h. num.* 4. alicubi tamen procedit, & potest in charta scribi. *Moller. ad Const. Elect. p.* 1. *c.* 14. *num.* 8.

De

O De omnibus negotiis licitis, (nam si Notarius de illicito conscripsit, punitur exilio, manus amputatione, vel alia pœna arbitraria. 14. §. 3. *C. de SS. Eccles.* 2. *f.* 55. *in f. princ.*) quæ ipse vidit & audivit. *Ord. Imper. de anno* 1512. §. Die Notarien sollen auch sich hüten/ꝛc. quæ autem gustu, tactu, odoratu percipiuntur, de illis ex relatione testium fit instrumentum. *d. l.*

Q Circa instrumenta * Publica à Notario conscribenda requiritur: ut (1.) Invocetur nomen divinum, *Const. Imper. de anno* 1512. §. Und nachdem. quod hodie etiam observatur, [*Diss. Rosbach. prax. civ. tit.* 62. *n.* 11.] hoc J. Civ. non erat necessarium: *arg. N.* 47. *c.* 1. *N.* 44. (2.) Addatur annus Christi, *Const. Imp. de anno* 1512. §. Und nachdem. [*vid. N.* 47. *c.* 1.] (3.) Indictio Romana, quæ â XV. Sept. incipit, & invenitur: F

Si per quindenos Domini diviseris annos,
His tribus adjectis, Indictio certa patebit:
Si nihil excedit, quindena indictio currit.

vid. Wehner. obs. pract. voc. Römer Zinß-Zahl. *Bach. V.* 2. *Disp.* 5. *th.* 3. *lit. c.* (4.) Nomen Imperatoris regnantis, *Nov.* 47. *c.* 1. *Const. Imp. d.* §. Und nachdem. (5.) Tempus, sc. mensis, dies, & hora, *d. O. Imp.* & locus loci, (6.) Summaria causæ narratio, cum omnibus circumstantiis rei gestæ; Nam instrumentum, cui causa non est inserta, nihil probat. *c.* 14. *x. h.* 25. §. *f. de probat. vid.* 2. §. 3. *de doli except. Carpz.* 1. *c.* 17. *D.* 39. *d. Const. Imper.* §. Und nachdem. (7.) Nomina & cognomina testium. *N.* 73. *c.* 1. 2. 5. *d. Const. Imp. d.* §. Testes in testamento & divortiis requiruntur VII. §. 3. *I. de test. ord.* 9. *de divort.* in aliis ultimis voluntatibus *V. L. f.* §. *f. C. de Codicill.* interdum tres; *ut in L.* 23. §. 2. *C. ad SCt. Vell.* 11. *C. qui pot. in pign.* Si certi nihil de jure sit dispositum, duo sufficiunt. *arg.* 12. *de testib. vid. tamen Nov.* 73. *c.* 2. 5. (8.) Subscriptio & subsignatio, cujus omissio totum Instrumentum vitiat: *d.* §. *Const. Imp. Carpz. p.* 1. *c.* 17. *d.* 38. *n.* 1. *per L.* 3. *ibi DD. C. de tabular.* Si Notarius consueto sigillo, non notariatus, signavit, requiritur juramentum suppletorium. *vid. omninò Richt. p.* 1. *dec.* 32. *n.* 26. *Carpz. l.* 3. *Resp.* 85.

* Privata, nulla specialis solennitas requiritur: 34. §. 1. *de pign.* exceptis Rationibus, quæ requirunt diem, 1. §. 2. *de edend.* & subscriptionem. 8. §. 15. *quibus mod. pign. solvitur. Carpz. l.* 1. *Resp.* 29. *n.* 13. & *p.* 1. *c.* 17. *d.* 21. f.

Instru-

G Instrumenta probant Judici, & quidem * Publica plenè: E
nam à Magistratu facta præferuntur testibus: 10. *de probat.*
& à Notario facta idem valent, quod testes: 15. *C. h.* Dummodo sint originalia; nam à notario descripta juramento suppletorio indigent: *Berl. decis.* 100. Neque instrumentum probatur, quod ejus fiat mentio in sequenti publico; *Aut. Si quis. C. de edend. c.* 1. *x. h.* nisi ab iisdem personis sit confectum: *Carpz. p.* 1. *c.* 17. *d.* 4. *& lib.* 3. *Resp.* 84. Et nisi exempla ex archivo publico proferantur: hæc enim plenè probant. *Aut. Ad hæc. C. h. L. f. C. de re jud. Carpz. p.* 1. *c.* 17. *d.* 38. Non etiam determinant causam: unde de J. civ. nulla Instrumenta paratam habent executionem: l. 2. *C. de exec. rei jud.* 9. *C. de O. & A. un. C. de prob. sequestr. Carpz. lib.* 4. *Resp.* 9. *n.* 3. 4. nisi (1.) pacto hoc conventum, *Recess. Deput. de anno* 1600. §. Ob auch auf *Obligationes. &c. Coler. de process. execut. p.* 1. *c.* 5. *per tot. Sand. dec. Fris. lib.* 1. *tit.* 10. *d.* 3. *Gail. de P. P. lib.* 2. *c.* 2. *num.* 26. *Heigius, lib.* 2. *q.* 6. nisi (2.) consuetudine hoc introductum: sic in Saxonia omne Instrumentum liquidum, (ex quo apparet, quid, quale, quantum, cui, à quo, & ex qua causa debeatur) non vitiosum, habet paratam executionem: *Carpz. p.* 1. *c.* 17. *d.* 32. *& lib.* 4. *Resp.* 9. ut & ubique ferè Instrumenta guarentigiata: sc. quæ continent jussum judicis vel notarii, ut in continenti promissa adimpleantur. *Colèr. de process. execut. p.* 1. *c.* 3. *Wehn. voc. Guarenti-*
g. *gia.* * Privata à tribus
H testibus * subscripta probant plenè; 11. *in f. C. qui pot. in*
h. *pign.* * non subscripta * pro scribente nihil probant:
I (nisi contra scribentem absque protestatione fuerint producta: *Carpz.* 1. *c.* 17. *d.* 7. 8.) *c.* 2. *x. h.* 5. *C. de probat. Carpz. p.* 1. *c.* 17. *d.* 34. *arg.* 10. *de test.* excipe rationes Mercatorum. quibus propterea, quod multorum fidem sequi debeant, semiplena fides habetur; dummodo (1.) mercator sit vir integræ famæ, (2.) rationes contineant data & accepta, (3.) contineant causam debendi, quibus addit *Gail.* 2. *O.* 20. ut ab ipso mercatore sint scriptæ: *vid. Carpz. p.* 1. *c.* 17. *d.* 35. Idem dicendum de Opificum rationibus: *Carpz. d. l. d.* 37. *vid. Carpz.* 6. *Resp.* 121. *n.* 1. Supplet harum fidem mercator juramento suppletorio, vel uno teste; *Carpz. d. d.* 35. 36. qui si mortuus sit, & testis deficiat, jurat heres suppletorium credulitatis. *Carpz.* 6. *Resp.* 121. De libris censualibus & jurisdictionalibus civitatum &c. *vid. Carpz.* 1. *Resp.* 61. 62. 63.

* Contra

* Contra scribentem probant, dummodò ea pro suis agnoscat, *Carpz. p.* 1. *c.* 17. *d.* 10. *seq.* & habeant causam debendi. 26. §. 1. *deposit. c.* 2. *x. h. Carpz. p.* 1. *c.* 17. *d.* 34. i.

Q Produci possunt de Jure Civili etiam post terminum probatorium, usque ad causæ conclusionem: *Gail.* 1. *O.* 105. *num.* 5. *Mynſ.* 6. *O.* 56. In Saxonia debent intra terminum probationis introduci. *Carpz.* 1. *c.* 17. *d.* 1. 2. *Berlich. p.* 1. *c.* 43. Post causæ conclusionem non aliter producuntur, quàm cum juramento, noviter esse reperta. *Struv. h. th.* 32.

N Instrumenta sunt stricti juris. *Carpz.* 2. *resp.* 109. *n.* 20. *per L.* 1. *C. de probat.* De eorum interpretatione. *vid. Wes. h. n.* 7.

O Infringitur fides Instrumenti, contrarium ostendendo. *c.* 10. *x. h. L.* 14. *C. h. c.* 28. *x. de testib. cap.* 11. *x. de probat. Perez. h. n.* 14. 15. *Zœs. h. n.* 14. vel simulationem, *tit. C. Plus. valer. quod agitur. ibique Perez.* aut aliam fraudem, 42. *C. de transact.* cancellationem, rasionem, &c. 24. *de probat.* nisi in tali parte sit, ubi nihil refert. *c.* 3. *x. h. t. Zœs. h. n.* 11. 12. *vid. Menoch. consil.* 199. *Mascard. concl.* 740. *Ricc. p.* 2. *dec. Neapol.* 10.

AMISSIO Instrumenti causam non vitiat, si aliundè de ea constet. 1. 4. 5. 6. *C. h. vid. Sichard. Hotton. in L.* 1. *C. h.*

XXII. 5. DE TESTIBUS.

D TESTES sunt personæ, quæ ad fidem de re dubiâ faciendam Judici evocantur & examinantur. *IDONEI* sunt, qui jure testes esse non prohibentur. *OMNI* exceptione majores, quorum testimonio nihil objici potest, quod fidem illorum diminuat.

C *CITANTUR* sive evocantur, [se ingerentes regulariter sunt suspecti. *arg.* 25. *de procur. v. Mynſ.* 4. *obs.* 3.] de Jure Civili à Judice, 1. §. *f.* vel à parte. 11. *C. h. Bach. V.* 2. *D.* 5. *th.* 5. Hodie tantùm per judicem, *Gail.* 1. *O.* 96. *n.* 1. *Mynſ.* 4. *O.* 3. & Commissarium, cui hoc commisit. *EXAMINANTUR* à Judice competente, *N.* 60. *c.* 2. *Gail.* 1. *O.* 93. *Carpz.* 3. *resp.* 87. *n.* 1. regulariter ipso: *Cz.* 3. *R.* 87. *n.* 7. Si tamen morbus sonticus, vel alia causa adsit, solet Judex Notarium mittere. 15. *de jurejur.* 18. *C. de fid. instr. Nov.* 60. *c.* 2. §. 2. *C.* 2. *de judic. in* 6. Hodie Judex eos potest ipse examinare, & aliis hoc delegare. *Gail.* 1. *O.* 96. *n.* 2. *Cz.* 3. *R.* 87. *n.* 6. In Camera partes nominant Commissarios, quos sententia interlocutoria approbat, *Gail.* 1. *O.* 96. *n.* 1. etiam in

causa

causâ criminali; *Gail.* 1. *O.* 96. *in fin.* quod secus est de Jure Civili: *Nov.* 90. *c.* 5. *Aut. Apud. eloquentiss. C. de fide instr.*
A Alienæ Jurisdictioni subjectus, * invitus testari non compellitur: *Carpz.* 3. *D.* 24. *num.* 1. Sed in causis civilibus per literas mutui compassus petit Judex causæ, in foro testis, eum ibi examinari, atque testimonium ejus transmitti: *Nov.* 90. *c.* 5. in causa criminali de Jure Civili testis debet transmitti: *Nov.* 90. *c.* 5. *in fin.* quod hodie non observatur.
a. * Volens autem examinari potest; *Carpz.* 3. *D.* 24. nisi sit Clericus, & coram Laico examinari debeat. *C.* 22. *c.* 22. *quæst.* 5. *Carpz.* 3. *D.* 24. Si periculum sit in mora, ex. gr. mortis, tùm à quovis Judice potest examinari testis. *Gail.* 1. *O.* 95.

Ad petitionem partium; 4. §. 8. *de damn. infect.* nisi utilitas publica officium Judicis imploret. *Gothofr. ad d. L.* 4. §. 8. Ci.

B Testium habilitas, *vid.* 2. 3. consideratur tempore depositionis & examinationis. *Carpzov.* 3. *Resp.* 87. *n.* 11. * Naturâ *IMPEDIUNTUR*, [1.] Furiosus, 40. *de R. J.* 2. §. 3. *de jur. codicill.* qui dilucida non habet intervalla: 20. §. 4. *qui test. fac.* 6. *C. de curat. furios.* [2.] Mente captus: *arg.* §. 4. *I. de curat.* [3.] Surdi & Muti natura, *Farinac. q.* 61. *num.* 19. 24. 32. [4.] Infantes, & infantiæ proximi: §. 10. *I. de inutil. stipul.* Non etiam pupertati proximi; *arg.* 3. §. 5. *arg.* 19. §. 1. nam hi nullibi prohibentur, nec naturâ impediunt, 111. *de R. J.* (*Diss. Wesenb. h. n.* 3. *per L.* 3. §. 5. 19. §. 1. *h.* 1. *de minor.* 34. §. 2. *de jurejur.* 15. §. 1. *de quæstion. Carpzov. p.* 1. *c.* 16. *d.* 55. *n.* 1. *Can.* 14. 15. *c.* 22. *q.* 5.) scilicet, si testentur, de rebus, quæ in intellectum eorum cadunt, 1. §. 1. *C. de fals. monet.* spontè: 19. §. 1. *h. Can.* 15. 16. *c.* 22. *q.* 5. & tùm idonei sunt; sed non omni exceptione majores; quanta illis fides habenda, Judicis arbitrio relinquitur. 3. §. 1. *h. Bachov. vol.* 2. *D.* 5. *th.* 8. *lit. a.* Potest quis de eo, quod impubes vidit, testari, pubes factus, *Farinac. de test. quæst.* 58. *num.* 18. & 53. *Ricc.* 1. *Dec. Neapol.* 151. *tr.* 1. *n.* 20. scil. si tùm temporis illam rem intellexit. *Carpz.* 1. *c.* 16. *d.* 55. * Lege
c *PROHIBENTUR* * in *TOTUM*, [1.] Damnati repetundarum, 15. *pr.* [2.] Propter Adulterium, 18. [3.] Carmen famosum, 21. *pr.* [4.] Senatu propter turpitudinem moti, 2. *de Senator.* [5.] Banniti: ¶¶. [6.] Quidam huc referunt Servos, qui tamen non simpliciter prohibentur. 7. *h.* 8. 11. *C. h.* [7.] De Jur. Can. infames, *c.* 54. *x. h. Can. Infam.* 17. *c.* 6. *q.* 1. *Mev. ad J. Lub.*

J. L. lib. 4. tit. 7. art. 4. Struv. h. th. 38. ſcilic. qui juris infamiâ laborant; *Carpz. 1. c. 16. d. 17.* (*Diſſ. Mev. d. l. n. 45.*) De J. Civ. autem etiam hi admittuntur. 1. §. 1. *h.* 3. §. 5. *L.* 13. 15. 21. *Fr. de his, qui not. infam. n. 24. Bach. vol. 2. D. 5. th. 8. lit. B.* quamvis ſuſpecti ſint, nec omni exceptione majores: ſicut etiam Jur. Can. infames facto: *Carpz. p. 1. c. 16. D. 17. n.* 7. Quanta autem his fides habenda, cognoſcit Judex. 3. *pr.*

* *CERTO* reſpectu * quoad certas *CAUSAS* C.
[1.] Prodigi in teſtamentis; §. *6. I. de teſt. ord.* alibi adhibiti non ſunt omni exceptione majores: de quo Judex cognoſcit: 11. §. 1. *de dol. mal.* [2.] Minores XX. annis in cauſis criminalibus: 20. *h.* niſi veritas aliter haberi non poſſit, *Carpz. p. 3. q. 114. n.* 42. vel agatur de probanda rei innocentia, *Carpz. d. l. n.* 43. vel in crimine læſæ Majeſtatis. 10. §. 1. *de quæſt.* [3.] Fœminæ in certis cauſis, ut in teſtamento ſolenni, *§. 6. I. de teſt. ord.* & cauſis feudalibus. 2. *F.* 32. *circa fin.* in reliquis poſſunt teſtari, licet ſint criminales: 18. *h.* 20. §. 6. *qui teſt. fac.* etiam de Jure Canonico: *c. 33. x. h. Can. Ex eo. 2. c. 15. q. 3. Bach. Vol. 2. D. 5. th. 5. lit. e.* ¶. *Carpz. d. l. n. 39.* (*Diſſ. Rittersh. de Diff. Jur. Civ. & Can. lib. 5. c. 21. per c. 10. de V. S. can. 17. c. 33. q. 5. Cz. p. 3. q. 114. n. 39.*) [4.] Perſonæ, quæ recenſentur *in L. 3. §. 5. h.* D

* propter *PERSONARUM* qualitatem, ad quas cauſæ pertinent pro certis perſonis, & adverſus eas teſtari prohibentur E * [1.] omnes in *CAUSA PROPRIA:* 10. *h.* 10. *C. vid. Ord. Crim. art. 25. verſ.* Zum ſechſten. *& art. ſeq. Carpz. p. 3. q. 120. n. 50. Hahn. h. n. 13.* Propria autem cauſa dicitur, ex qua quis commodum ſperat, vel metuit incommodum; 1. §. 11. *quando appell. Carpz. l. 3. Reſp. 58. n. 4. 5.* licet per accidens tantùm: *c. 20. x. de teſt.* F
Sic repelluntur * propter *COMMODUM PECUNIARIUM:* F
[1.] Hæres in teſtamento, in quo inſtitutus: §. 10. *I. de teſt. ord.* 20. *qui teſtam. fac. poſſ.* Fideicommiſſarius univerſalis: §. 3. 4. *I. de fiduc. hæred.* §. 11. *I. de teſtam. ord.* & is, cui B. P. ſecundum tabulas defertur: 2. *de B. P.* [2.] Venditor in cauſa evictionis: 4. §. 2. *junct.* §. 3. *de appell.* ¶. *Carpz. p. 1. c. 16. d. 68.* [3.] Socius in cauſa communi: *Carpz. 3. Reſp. 88. n. 15. 16.* [4.] Correus in ea cauſa, ubi eſt correus: *Carpz. 3. Reſp. 88. ubi vid. Limitat.* [5.] In cauſa Univerſitatis membra ejus Univerſitatis, ſi cauſa ad ſingulorum utilitatem ſpectat: *Hahn. h. p. 105. in fin. Carpz. 4. c. 16. d. 65. vid. 2. 7. quod cujusque univerſit. nom.* 10. §. 4. *de in jus voc. argum.*

c. 6. &

c.6. & *1.2.x.h.* contra universitatem suam volentes admittuntur: *Carpz. 3.resp. 93.* Debitor idoneus testis est in causa creditoris; *arg. 1. §. 1. h. Nov.90.c.7. inf.* (*Diss.Wesenb. h. Carpz. 1.c. 16.d. 67.*) non tamen omni exceptione major, & quantum ei tribuendum, cognoscit judex. *3. pr.* Idem dicendum de Creditore in causa debitoris; *Carpz. 1.c. 16.d. 67.* nisi agatur de re creditori oppignorata. *4. §. 2. junct. §. 4. de appellat.*

f,, * Propter commodum *GRATIÆ*, donator, in causa evictionis, qua cum donatario agitur. *4. §. 2. 4. de appellat. 54. §. 1. de furt. 25. §. 11. de her.pet. Donell. ad 10. C. h. n. 6. Sichard. ad. 10. C. h.*

f,, * Propter commodum *HONORIS*, existimationis & laudis: (1.) Advocati in causis, ubi patrocinium præstiterunt: *f. h. c.fin. de test. in 6. can. 3. vers. patron. c. 4. q. 3. Carpz. p. 1.c. 16.d. 59.* nisi veritas aliter haberi non possit, *Carpz. d. l.* aut contra clientem testimonium dicant: nam adversarius adversarii advocatum testem producere potest, qui etiam invitus testimonium dicere tenetur: *Carpz. l. 3. Resp. 92. num. 7.* (2.) Procurator in ea causa, quam administravit: *c.f. de test. in 6. L.f.h. Carpz. 1.c. 16.d. 59.* (3.) Tutor in causa pupilli: *f. in f. Carpz. 1.c. 16.d. 57. vid. Farinac. de test. quæst. 60. num. 273.* Curator in causa minoris, *f.h. Carpz. d.l.* & *3. Resp. 91.* item in causa fœminæ: *Carpz. 3. Resp. 91.* (4.) Judex in causa, in qua judicavit, *can. 1.c. 4.q. 4. L. 6. C. de postul. Carpz. 1.c. 16.d. 61.* ne quidem post causam finitam, sc. si agatur de justitia sententiæ, *Carpz. d. l.* aut de solennitatibus testamenti coram se facti: *Carpz. 1.c. 16. d. 62.* idem est in Notario, si impugnetur testamentum ab eo conscriptum propter solennitates. *Ord. Imper. de anno 1512. §.* Von Notarien.

f. * Propter commodum *LIBERATIONIS* à pœna, conscii criminis. *11. C.h.c. 10.x.h.*

e,, *(2.) Si summa *CONJUNCTIO* intercedat inter testem & illum, cui dicendum testimonium: Sic prohibentur parentes & liberi pro se & contra se, *9.h.6.C.h.* omnesque ascendentes & descendentes: *2. C. de in jus voc. Carpz. de usu arb. consang. D. 3. th. 9.n. 84.* & *p. 1.c. 16.d. 48.* Nisi (1.) in ætate probanda, *16. de probat. Carpz. d.l.d. 19.* (2.) in causa matrimoniali, *c. 22. x. de test. Carpz. d. l. Gabriel. de test. concl. 9. Carpz. 1. c. 16. d. 49. vid. Hahn. h. p. 104.* (3.) Si filius testetur de castrensi peculio, *20. §. 2. qui test. fac.* (4.) Ve-

ritas aliter haberi non possit: *Carpz. d. l. D.* 50. Plures exceptiones habet *Gabriel. de testib. concl.* 17. His patroni accensentur, contra quos libertus non potest testari: 12. *C. h. Obst. arg.* 4. *h.*) contra libertum tamen testatur patronus: 4. *h.* Vasallus pro Domino testatur; 1. §. 1. *h.* Contra dominum in causa criminali testimonium dicens, feudo privatur: in causa civili potest testari. 2. *Feud.* 33. §. 1. *vers. Similiter Struv. Exerc. Feud.* 11. *th.* 3. Fratres regulariter admittuntur; 1. §. 1. ¶. *Carpz.* 3. *Resp.* 89. *n.* 33. *& lib.* 3. *D.* 43. *Gabriel. de testib. concl.* 14. (*Diss. Bach. V.* 2. *D.* 5. *th.* 8. *lit. F. Gabr. de test. concl.* 14.) Jure can. tamen in causis criminalibus rejiciuntur: *f. C. de prob.* Excipe, nisi veritas aliter haberi non possit: *Carpz.* 1. *c.* 16. *d.* 53. Idem dicendum de reliquis consanguineis, *can.* 1. *&* 12. *c.* 3 *q.* 5. qui admittuntur etiam ad defensionem rei. *Cz. p.* 3. *q.* 114.

* [3.] Propter e,, *IMPERIUM* 6. Domestici, 24. *ff.* 3. *C.* sc. qui cum eodem habitant, & quibus imperari potest, ut sunt [1.] Uxor. 10. *de re milit. can. mulierem.* 17. *can.* 15 *&* 18. *c.* 33. *q.* 5. *arg. L.* 6. *h. Carpz.* 1. *c.* 16. *d.* 51. *& Lib.* 3. *Resp.* 89. *n.* 23. quæ contra maritum testari potest, non tamen cogitur, *Carpz. dd. ll.* modo veritas aliter haberi possit, præprimis in causa criminali: *Carpz. dd. LL.* [2.] Servi, liberti, mercenarii & liberi homines b. f. servientes: 25. §. 2. *de Ædil. Ed. arg.* 89. *de furt.* 11. §. 1. *de pœn.* 6. §. 5. *C. de his, qui ad Eccles. confug.* Nisi (α.) contra domesticum testentur, *Bach. V.* 2. *D.* 5. *th.* 8. *lit. F.* (β.) tàm actori, quàm reo sint domestici: e. g. si Lis inter conjuges: *Carpz.* 1. *c.* 16. *d.* 56. *num.* 6. (γ.) negotium domesticum sit probandum: *Carpz.* 1. *c.* 16. *d.* 54. (δ.) veritas aliter sciri non possit. 8. §. 6. *C. de repud.* [3.] Subditi in causa superiorum suorum. 6. *h.* Hodiè subditi contra Dominum rectè testantur, modo dominus juramentum, quo ipsi adstricti sunt, remittat. *Carpz.* 1. *c.* 16. *d.* 64.

* [4.] Propter e,, singularem *INIMICITIAM* inter testem & partem adversam: 17. *C.* ex. gr. si quis criminaliter aliquem accusaverit, *N.* 90. *c.* 7. aut in criminali causa testimonium dixerit, 23. nisi testis sit utriusque partis inimicus. *Carpz.* 1. *c.* 16. *d.* 56. *n.* 6. *vid. tamen* 21. *C. de Hæret. & Manich. Bach. V.* 2. *D.* 5. *th.* 8. *lit. C.*

* [5.] Propter e. *SUSPICIONEM* rejicitur etiam testimonium perjuri, & hominis vilissimæ conditionis. *c.* 9. *x. h. t.*

Si pro-

Si producatur persona inhabilis, judex, adversario petente, (*Diss. W. h. n.* 3.) *v.* 17. *C. h.* eam repellit; 4. §. 8. *de damn. infect. Carpz.* 3. *Resp.* 87. *n.* 12. neque partes post publicata testimonia contra inhabilitatem excipiant; *c.* 31. *x. de test.* nisi (1.) quis probet, se id postea demùm expertum, aut (2.) juret, se non dolosè exceptionem contra personas testium omisisse, aut (3.) in ipsa die productionis reservavit sibi exceptiones competentes. *c.* 31. *x. h.*

Testes *COGUNTUR* nonnunquam ad testimonia dicenda, tàm in causis criminalibus, quàm civilibus, 22. *ff.* 16. *C. h. c.* 1. *& t. t. x. de test. cog. propter c. fin. x. de test. cog. Gail.* 2. *O.* 100. *num.* 1. pignorum captione, mulctæ indictione, 1. §. 3. *de insp. ventr.* 3. §. 9. *de tab. exhib.* mandatis pœnalibus, imo banno. *Gail.* 1. *O.* 100. *n.* 12. Etiam Clerici in causa Laicorum: 9. 16. *C. h. junct. c.* 51. *x. h. Finckelth. O.* 95. *vid. Carpz.* 3. *d.* 22. *&* 1. *c.* 16. *d.* 69. (*Obst. Aut. sed judex. C. de Episc. & Cler.*) excipe confessiones, *c.* 2. *de pœn. dist.* 6. *c.* 2. *x. de offic. jud. ordin. c.* 12. *x. de pœnit. Carpz.* 3. *d.* 25. Hæc necessitas remittitur [1.] Consanguineis collateralibus usque ad VII. gradum J. civ. 4. *h. junct.* §. 6. *I. de grad.* [2.] Affinibus, qui parentum liberorumque loco sunt: 5. *h.* [3.] Patrono: 4. *h.* [4.] Pubertati proximo: 19. §. 1. [5.] Uxori: *Carpz.* 1. *c.* 16. *d.* 51. *&* 3. *Resp.* 89. *n.* 29. [6.] Civibus, &c. adversus civitatem, &c. *Carpz.* 3. *resp.* 93. modo veritas aliter haberi possit. *c. f. x. de test. cog. Carpz.* 1. *c.* 16. *d.* 51. *&* 69. *n.* 5. *Carpz.* 3. *Resp.* 93. *n.* 14.

In suis ædibus examinantur [1.] Personæ egregiæ: 15. *de jurejur.* [2.] Senes, h. e. LXX. annis majores: *arg. L. un. C. qui ætat.* [3.] Valetudinarii, Milites, &c. 8. 19. *pr. h.* 3. *in f. h. vid. Bach. V.* 2. *D.* 5. *th.* 7. *lit. D.*

Testantur de facto controverso, in articulos ab actore, & interrogatoria à reo redacto; (Hinc testibus extra hos terminos deponentibus, tanquam non juratis, non creditur; *Wesenb. h. n.* 4. *c.* 29. *x. h.*) quod ipsi audiverunt, & viderunt. *vid. Wesenb. & Hahn. n.* 4. *h.*

Tempus & modum productionis, &c. testium *vid. supr. ad tit. de probat.* & redigat is, cui probatio per interlocutoriam imposita, libellum in articulos, hos judex adversæ parti communicat, quæ exinde facit interrogatoria: quo facto Judex testes & adversarium citat, examinat, eorum depositiones publicat, quod sequitur disputatio, tandemque causæ conclusio. *vid. Wesenb. h. num.* 5. *& ibi Hahn.*

DE JUR. ET FACTI IGNORANTIA.
XXII. 6.

IGnorantia eſt cognitionis ejus, quam quis habere poteſt, privatio. Vel quis nullam habet rei cognitionem, ex gr. homicidium factum eſſe: vel habet opinionem veritati contrariam, quæ dicitur error: vel aliquid novit; ſed animo pendet, & dicitur dubitatio: hìc ignorantia idem eſt, quod error. Philoſophis ignorantia variè dividitur: *Richter. 2. Eth. 7.* JCtis in ignorantiam Juris & Facti ab objecto. *vid. Weſenb. h. & ibi Bachov.*

XXIII. 1. DE SPONSALIBUS.

D COMPUTATIO GRADUUM eſt inveſtigatio, quàm latè à ſe invicem perſonæ in cognatione & affinitate di-
D ſtent. *COGNATIO* eſt vinculum perſonarum, à communi ſtirpe deſcendentium, carnali propagatione contractum; Eſt
† vel naturalis tantùm, vel civilis tantùm, vel naturalis & civilis ſimul. 4. §. 2. *de grad.* Propagatio per maſculinum ſe-
D xum dicitur agnatio; per fœmininum cognatio in ſpecie. *LINEA* eſt collectio perſonarum inter ſe conjunctarum, gradus numero diſcernens. 1. *pr. de grad.*

† * Recta, Aſcendens, qua à perſona generata ad generantes aſcendimus: Deſcendens, qua à generante ad generatas deſcendimus: A

* Collateralis, quæ continet perſonas à latere junctas, quas neque nos, neque illæ etiam nos genuerunt: Æqualis, in qua perſonæ æqualiter à communi ſtirpe diſtant; Inæqua- a.
D lis, ubi ſtipiti altera propior, altera remotior eſt. *GRADUS* eſt diſtantia unius perſonæ ab alia per generationem facta. De cujus computatione * Civili, *vid.* §. 7. *l. de grad.* & obſer- B
vatur in probationibus, ſucceſſionibus, &c. exceptis matrimonialibus, & quæ indè deſcendunt, & criminalibus.

* Canonica: *vid. c. 35. q. 5. c. fin. vid. Cz. de arb. conſang. D. 1. th. 5 Berlich. 3. concl. 24. n. 92. 93.* b.

D *AFFINITAS* eſt proximitas perſonarum inter uxorem & mariti conſanguineos, & maritum ac uxoris conſanguineos contracta juſtis nuptiis, 4. §. 8. *de gradib.* Jure Canonico quacunque conjunctione: *c. 6. & c. p. x. de eo, qui cognov. conſang. uxor. ſuæ.* modo ſint conſummatæ: *Can. 18. c. 27. q. 2.*

non

non ſufficiunt ad veram affinitatem ſponſalia: §. *9. I. de nupt. vid. tamen* 8. *de gradib.* 4. *de L. Pomp. de parricid.* 5. *de teſtib.* Soluto matrimonio etiam affinitas ſolvitur. §. *6. 7. I. de nupt.* Affinitatis de Jure Canonico tria ſunt genera; non autem gradus propriè dicti; §. 7. *I. de grad. cogn.* ſunt tamen ad exemplum cognationis: 10. *pr. de gradib.* Et eo gradu quis mihi eſt affinis, quo uxori meæ conſanguineus, licet ſit deindè 1. 2. 3. genere affinitatis junctus: nam novæ nuptiæ non mutant gradum, ſed genus attinentiæ.

SPONSALIA hìc ſunt mentio & repromiſſio futurarum nuptiarum. 1. *h. Can.* 3. *c.* 30. *q.* 5. ſunt D

C (I.) * De futuro, *c.* 22. *c. p. c. f. x. h.* quæ verbis futuri temporis contrahuntur. Hodie nobis hæc verba: Ich will dich nehmen/ de præſenti ſunt. *Lutherus* von den Eheſachen. *Gerh. tom.* 7. §. 130. Sponſalia de futuro contrahuntur, quando non ſimplici & puro conſenſu; ſed in futurum eventum fiunt: *Carpz.* 2. *q.* 56. *n.* 22. *Cypr. de ſponſal. c.* 4. §. 8. idque propter expreſſam, vel propter tacitam conditionem. *c.* 7. 8. *x. de deſp. imp.* †

c. * De præſenti, quæ verbis præſentis temporis contrahuntur. *c. p. x. h.* & hodie, quæ puro & ſimplici conſenſu contracta: *dd. DD.* Non ſunt verum matrimonium; nam deficit conſenſus matrimonialis, quo indiſſolubile illud vinculum conſtituitur. Et differunt hæc ſponſalia à nuptiis causâ efficiente, formâ, fine, ſubjecto, effectu, & contrariis. *Carpz.* 2. *d.* 134. ¶. Adeoque ſponſalia ſunt inſtar emptionis, nuptiæ autem inſtar traditionis, quibus jus quaſi in re conſtituitur.

D (II.) * Publica, quæ fiunt coram teſtibus & arbitris, accedente parentum conſenſu. †

d. * Clandeſtina, quæ * aut non fiunt coram teſtibus: *c.*

E 3. *x. de clandeſt. deſponſ. Carpz.* 2. *D.* 32. & 38. hæc quidem non ſunt ipſo jure nulla, modo probari poſſint; *c.* 2. *x. de clandeſt. deſp. Heig. l.* 1. *q.* 22. *Gerhard. tom.* 7. §. 145. ſi tamen publica ſequantur, exſpirant. *Gerhard. tom.* 7. §. 143. *junct.* 145.

e. * aut fiunt ſine conſenſu parentum, hæc ipſo jure nulla ſunt: *vid.* 5. *C. h. arg.* §. *p. I. de nupt. Cz.* 2. *d.* 40. (ſententia declaratoria tamen requiritur. *Cz.* 2. *d.* 40.) licet intervenerit Juramentum, *Num. XXX.* 4. 5. *Can. Inter cætera.* 22. *c.* 22. *q.* 4. *Cpz.* 2. *d.* 50. aut carnalis copula, aut benedictio Sacerdotalis, ſc. quoad J. Civile: 11. *de ſtat. hom.* hodie tamen propter hæc ſuſtinentur. *Carpz.* 2. *d.* 60. *vid. tn. Hahn. h. in f.*

† (III.) *Pura fiunt conſenſu ſimplici & puro ſine tempore aut dilatione. F

* Conditionalia, quibus in caſum futurum incertum matrimonium contrahitur: 39. *de R.C.* 10. *de cond. inſt.* 9. §. 1. *de novat.* (Impoſſibilis conditio hic plerumque detrahitur, ut in ultimis voluntatibus: *c. f. x. de cond. appoſ. in deſponſ. Carpz.* 2. *D.* 23. arbitrio judicis,) Honeſta adimplenda eſt, *Carpz.* 2. *d.* 20. e. gr. ſi mille in dotem dederis: *c.* 3. *x. de cond. appoſit.* Exiſtente conditione ſtatim purificantur ſponſalia. 11. §. 1. *qui pot. in pign. Carpz.* 2. *d.* 20. f.

C Fiunt conſenſu ſponſalitio, de contrahendo futuro matrimonio, 4. *h.* utcunque declarato; 48. §. 3. *de Ædil. Edict.* 12. *f. h.* (etiam per procuratorem, ſpecialiſſimum mandatum habentem, *c. f. de procur. in 6. vid. omninò d. c. f.*) præprimis contrahentium; *c.* 1. *c.* 30. *q.* 2. nam aliàs ſunt ipſo jure nulla: *Carpz.* 2. *d.* 26. deinde etiam parentum, in quorum poteſtate ſunt: 7. §. 1. *h. vid.* 7. §. 1. 11. 12. 13. *h.* (& de honeſtate tutoris, 6. non etiam curatoris, 8. *C. de nupt.*) modo ſit Verus, *Carpz.* 1. *c.* 20. *d.* 9. & *J. Conſiſt.* 2. *d.* 19. & liber, (Metus enim non vanus, neque reverentialis, ſed conſtans; ſponſalia reddit ipſo jure nulla: 6. *quod metus cauſa.* 22. *de R.N.*) atque certus. (de errore *vid. in ſeq. tit.*)

A Facilioris probationis gratiâ accedunt *ARRHÆ* ſponſalitiæ, 3. *C.h.* quas retinet ſponſa, ſecuto matrimonio, 3. *C.h.* aut non ſecuto ex culpa ſponſi, 3. *C.* ſi vero non ſequatur ex cauſa ſponſæ, duplicatas reddit: ſi ex neutrius cauſa, tùm ſimpliciter reſtituuntur. 3. 5. *C.* Aliud eſt *SPONSALITIA LARGITAS*, quæ datur ad amorem conciliandum, & dicitur Donatio propter nuptias: Eam totam reſtituit ſponſa, oſculo non interveniente; hoc autem interveniente, mediam tantùm, ſi matrimonium non ſequatur. 16. *C. de donat. propter nupt.*

D

S Nuptias regulariter contrahunt, qui ſponſalia, & contra: *c.* 84. *de R.I. in 6. L.* 15. 16. *h.* niſi adſit ratio diverſitatis, ut eſt (1.) In lugente maritum, 10. §. 1. *de his, qui not. infam.* (2.) Præſide provinciæ, 38. *pr. de R. N. junct.* 63. *eodem.* (3.) Pupillo infantia majore, 36. *ad L. Jul. de adult. junct.* 14. *h. c.* 4. 5. *x. de deſponſ. impub.* qui poſt pubertatem ſponſalia ratihabere debet.

O Objectum ſponſaliorum eſt matrimonium futurum.

E Sponſalia producunt obligationem, ad matrimonium implen-

G plendum : Et quidem ſponſalia * publica * de præſenti
H quamvis J. civ. facile ſolvebantur, difficilius tamen de J. Can. *c.10.22. x.h. Carpz. 2. d. 123.* Hodie firmiſſima ſunt, *Carpz. 2. d.* 173. & partes ad implendum matrimonium coguntur, etiam carcere: *Carpz. 2. d.* 133. omninò recuſantes tamen inviti non conjunguntur; *c. 2. 17. x. de ſponſal. Cypreus, de ſponſal. c. 12. §. 6.* ſed relegari ſolent: *Carpz. 2. d. 134. Cypreus, d. l. num.* 4. Si copula carnalis ſubſequuta, omninò ſunt conjungendi; *c. 30. x. h. Gerh. tom. 7. §. 152.* nam tum eſt conjugium verum, illegitimum moribus noſtris, quia deficit benedictio, *Carpz. 2. d.* 142. & hoc eſt neceſſario in favorem liberorum faciendum legitimum: *Carpz. 2. d.* 135. Inde poſt concubitum altera parte aufugiente, præſens in ejus bona mittitur pro alimentis. *Carpz. 2. d. 136. (vid. tit. de adulter.)* Idem eſt, ſi hæc ſponſalia juramento confirmata ſint. *Cypræus, d. l. §. 7. 8.* Hæc ſponſalia
h. faciunt quandam affinitatem. §. 9. *I. de nupt.* * de futuro
I * quæ habent conditionem neceſſariam, ſunt ſimilia ſimplicibus: *9. §. 1. de novat. &c.* juxta communem naturam conditionum, *vid. ſupr. tit. de pact. p.* 50. cui omnino etiam hic inhærendum. *v. tam. Fomann. D. 3. ad J. §. 25. cui reſpondet Cpz. 2. d. 21. Cypr. d. l. num. 8. §. 4. Beuſt. tr. de jur. matr. c. 19.* Item purificantur, ſi conditio hæc auferatur, ſive remiſſione ejus, cujus gratia eſt adjecta, *L. p. C. de pact. Carpz. 2. d.* 24. ſive novo conſenſu, eoque vel expreſſo, *c. 3. x. de condit. appoſ.* vel præſumpto (Juris & de Jure) ex accedente copula, licet cum proteſtatione. *cap. 3. 6. x. de condit. appoſ. Cypreus, d. tr. c. 8. §. 2. num. 5. 6.*

i. * ab impubere contracta non obligant ante pubertatem ad matrimonium, ab illis tamen ad alia tranſiri non poteſt. *c. 7. 8. x. de deſponſ. impub.* Poſt pubertatem poſſunt, ſi velint, ſeparari, modo copula non interceſſerit. *dd. cc.*

g. * Clandeſtina. *de his vid. ſupr. h. t.*

PLURA ſponſalia contrahere eſt ſpecies Polygamiæ, ac infame; *Carpz. 2. q. 67.* ſi autem plura fuerint contracta, & quidem omnia publica de præſenti, tùm priora præferuntur; *c. 22. 30. x. h. Cpz. 2. d. 63.* licet poſterioribus acceſſerit copula: *dd. cc. junct. 13. §. 3. ad L. Jul. de adult. c. 1. 3. f. x. de ſponſ. duorum. Cz. 2. d. 65.* modò non accedat benedictio, nam tùm fit matrimonium, quod utique præfertur. *Carpz. 2. d. 66 Cypr. d. tr. c. 10. §. 25. (Diff. Carpz. 2. q. 67. num. 59. Berl. p. 4. concl. 28.)* Idem eſt

in publicis de futuro. *c. 22. x. h.* Publica de præsenti præferuntur illis de futuro, etiam anterioribus. 11. §. 1. *qui pot. in pign. c. 22. & p. x. h.* per hoc enim posteriori jus quæritur contra priorem, quod impedit retrotractionem conditionis. *c. un. de sponf. in 6. Carpz. 2. D.* 70. Publica præferuntur clandestinis, etiam prioribus. *c. 2. x. de clandest. desponf. Carpz. 2. D.* 67. *Gerh. tom.* 7. §. 143. & 145.

C *SOLVUNTUR* (1.) Morte; & tum arrhæ restituuntur, nisi mortuus fuerit in mora: 3. *C. h.* (2.) De J. civ. etiam unius Renunciatione. 1. 2. 5. *C. h. vid. supr. E.* (3.) Adulterii causa, aut propter malitiosam desertionem, aut aliam gravem causam. *Carpz. 2. d.* 125. 145. *vid. omninò Gerh. tom.* 7. §. 166. & *seqq. Carpz. 2. d.* 176. &c. *Cypr. de sponf. c.* 12. &c. e. gr. propter inimicitias capitales, *Carpz. & Cypr. dd. ll.* veneficium, parricidium, furorem, epilepsiam, membri alicujus notabilis mutilationem: *Carpz. d. l.* (4.) Lapsu temporis: *c. 22. extra h.* 2. *C. h.* Sponsa tamen exspectat sponsum in eadem provincia degentem biennium, in alia vero per triennium; *c. 5. extra h.* 2. *C. de repud.* nisi ex justa causa absit; *vid. p.* tum enim expectandus est, donec se sistat. 17. *h.*

Dissolutis sponsalibus pars nocens innocenti expensas restituat, arrhamque perdit. *Carpz. 2. d.* 64. & præterea quandoque punitur. *Carpz. 2. q.* 38.

XXIII. 2. DE RITU NUPTIARUM.

D NUPTIÆ sunt viri ac mulieris conjunctio, individuam vitæ consuetudinem continens. §. 1. *I. de P. P.* 1. *h. v.* 7. *h.*

† (1.) Sunt vel * Publicæ, quæ publicè in cœtu fide- A
D lium, accedente Sacerdotali benedictione, sunt contractæ: *c. aliter. c. 30. q. 5. c. 3. x. de cland. desponf.*

D * Clandestinæ, quæ non coram facie Ec- a.
clesiæ, nec accedente sacerdotali benedictione sunt contractæ; 30. *x. de sponsal. vid. d. c. 30. can. 8. c. 30. q. 5. verf. Sed objicitur.* Liberi hinc nati non sunt legitimi, nec patri ante benedictionem Sacerdotalem mortuo succedunt. *c. 3. & t. tit. x. de clandest. desponf. can. aliter. c. 30. q. 5. Carpz. 2. d.* 142. ¶. *Hahn. ad W. p. 2. p.* 132. (*Diss. Wesenb. h. num. 2. Schurff. cent. 1. consil. 1. Cypr. de matrim. c. 3. §. 2. Carpz. p. 2. c. 14. d.* 12. ¶. *propter c. 12. x. qui fil. sint legit. c. 2. x. de cland. desponf.* hi obtinent in praxi.) (2.) Ratum, sed non legitimum; Legiti-
† mum,

mum, ſed non ratum, Legitimum & Ratum ſimul. *can.* 8. *c.* 30. *q.* 5. *&* *can.ult.c.*28. *q.*1.2. (3.) Juſtum, quod ſecundum LL. nullô jure contradicente contractum eſt; Injuſtum, quod contra juris prohibitionem eſt contractum. (4.) Verum, quod plenè probari poteſt; Præſumptum, quod tantùm per conjecturas probatur. Hoc tamen etiam ſubſiſtit, *c.* 26. *c.* 30. *extra. de ſponſ. L.* 24. 57. §. 1. *h.N.*74. *c.*5. *&* *N.*117. *c.*2. hodie paſſim fit inter milites. (5.) Inchoatum ſunt ſponſalia: Perfectum, quod abſolutum eſt ratione eſſentiæ: Conſummatum, quod ſubſecuta corporum conjunctio, non etiam ſolus conſcenſus thori. *Wehner. voc.* Ehmann. *Riemer. dec.* 2. *q.* 8.

De *PROCLAMATIONE vid. Gerh. tom.* 7. §. 46. *Carpz.* 2. *d.* 137. 139. 141. *Cypr. de matr. c.* 11. §. 15.

C Fit matrimonium *CONSENSU MUTUO*, *vid. Ameſ. de conſcient.* 5. *c.* 35. *L.* 30. *de R. J.* 15. *de condit. & demonſtr. Gerh. tom.* 7. §. 55. 56. *c.* 25. *x. de ſponſal. MATRIMONIALI*, ſc. quo vinculum inter conjuges indiſſolubile ſtatim contrahitur. *Zepper. de LL. Moſaic. lib.* 4. *c.* 25. *p.* 510. *LEGITIMO*, h. e.

B qui eſt * Publice declaratus, *c.* 15. 23. *x. de ſponſal.* ſc. in facie Eccleſiæ, accedente ſacerdotali benedictione: *can. aliter. c.* 30. *q.* 5. *& c. conſanguineorum. c.* 3. *q.* 4. *& c. f. x. de clandeſt. deſponſ. Gerh. tom.* 7. §. 664. *Cypr. de nupt. c.* 11. §. 14. *Carpz.* 2. *def.* 142. (ſine qua non eſt legitimum matrimonium. *dd. ll.* (*Diſſ. Hahn. ad W. p.* 154.) De copulatione in ædibus privatis. *vid. Carpz.* 2. *d.* 143. *Gerh. tom.* 7. §. 466.) Accedente *CONSENSU* parentum, quorum ſunt in poteſtate; 2. *h. pr. I. h.* 12. *C. vid.* 18. *ff.* 7. *C. h. v.* 7. §. 1. *de ſponſ.* Ratihabitio non ſufficit, *pr. l. h.* 68. *de jur. dot.* 13. §. 6. *ad L. Jul. de adult. Carpz.* 2. *d.* 41. (*Obſt.* 1. §. *f. de lib. exhib.*) propter patriam poteſtatem: Hinc *NON* requiritur conſenſus curatorum, 8. *C.* 20. *ff. h.* ¶. *Carpz.* 2. *d.* 46. fratrum, vitrici, novercæ, 8. *C.* ¶. *Cz.* 2. *d.* 46. 47. matris; §. 10. *I. de adopt.* 20. *C. h. obſt.* 20. *C.* (Si tamen quis requirat judicium matris, &c. & hi non conveniant, ad judicem res defertur. 20. *C. h.* ¶. *Carpz.* 2. *d.* 48.) Patris, qui emancipavit, 25. *de R. N.* avi materni, neque patris etiam, ſi neptis ſit in avi poteſtate; nam mortuô avô hæc cum liberis ſuis non tranſit in patris poteſtatem; 16. §. 1. *h.* Si ri-

C goroſè pater diſſentiat, * abſque ratione, judex concedit liberis poteſtatem, abſque conſenſu patris nuptias perficiendi, 5. *de parricid.* 19. *h. Carpz.* 2. *d.* 52. 53.

* cum cauſa probabili, (qualis

Ee 5 non

non eſt ſola paupertas. 5. §. 1. *pro ſoc. Carpz.* 2. *d.* 55.) non cogitur conſentire; *Carpz.* 2. *d.* 52. Neque requiritur conſenſus patri furioſi, 40. *de R. J.* 9. *h. pr. I. h.* captivi, abſentis, de quo ſciri non poteſt, ubi degat: 12. §. 3. *de capt. & poſtlim. reverſ. v. omninò L.* 10. 11. *h.* Quatenus Parentum conſenſus J. divino requiratur? *vid. Fr. Ex.* 2. *q.* 3. *Grot. de J. B. & P.* 2. *c.* 5. *n.* 10. *Hahn. ad W. h.* (*Diſſ. Gerh. t.* 7. §. 58. *Carpz.* 2. *d.* 39.) Etiam J. Can. hic conſenſus eſt neceſſarius: *can. aliter.* 1. *can. noſtrates.* 3. *c.* 30. *q.* 5. *can. honorantur.* 13. *c.* 32. *q.* 2. *Gerh. tom.* 7. §. 68. (*Obſt. can. ſufficiat.* 2. *c.* 27. *q.* 2. *c.* 23. *x. de ſponſ. c.* 1. *x. de deſp. impub. Concil. Trident.*) Hodie magis ſpectatur reverentia, quàm patria poteſtas: *Carpz.* 2. *d.* 45. *num.* 5. Hinc requiritur conſenſus matris, 6. *de in jus voc.* 4. *de curat. furioſ. Carpz.* 2. *d.* 44. ſi pater mortuus ſit. *Carpz. d. l. n.* 16. *arg.* 26. *de R. J.* & parentum ſecundi gradus, mortuis parentibus primi gradus, *Cz. d. l. d.* 45. *vid. tamen Carpz.* 2. *d.* 60. & 4. *c.* 20. *d.* 15. etiam in nuptiis filii emancipati. *Carpz.* 2. *d.* 49.

* Verus & plenus: h. e. non ſimulatus, 30. *ff.* 13. *C. h. c.* 26. *x. de ſponſal. Gerh. tom.* 7. §. 121. non nimis aut dolo extortus, 21. 22. *ff.* 14. *C. h.* 134. *de V. O. c.* 14. *x. de ſponſal.* non erroneus &c. b.

S Contrahunt nuptias (1.) *VIR* & *UXOR*; *vid. Levit.*
R *XX. verſ.* 13. 31. *C. de adult. Ord. Crim. art.* 116. *Carpz.* 2. *q.* 77. (Hermaphrodito etiam, ſed ægrè, conceditur: *Carpz.* 2. *d.* 14. *vid. omninò Zachiam,* 3. *q.* 9. & *ult. n.* 1. 2. 3.) (2.) *UNUS* cum
R *UNA: POLYGAMIA* * *SIMULTANEA*, qua una pluribus nupta eſt, tanquam contra Jus naturæ, nunquam fuit permiſſa; Ea vero, quâ unus plures uxores duxit, multis populis uſitata fuit; ſed juri naturali contraria eſt, cum ſit contra primam inſtitutionem, *Gerh. t.* 7. §. 260. *arg. Matth. XIX. verſ.* 3. 4. *I. Cor. VII. verſ.* 2. *junct. Gen. II. verſ.* 24. (*Diſſ. Ochinus de polygamia.*) & Jure civili prohibita: 2. *C. de inceſt. nupt.* 18. *C. de adult. Ord. Crim. art.* 141. *Carpz.* 2. *q.* 66. D

* *SUCCESSIVA* honeſta eſt, & licita. (*Rom. VII. v.* 2. 3. & *I. Cor. VII. v.* 39. *I. Tim. V. v.* 14. *Gerh. tom.* 7. §. 178. *Cpz.* 2. *d.* 158. *c. p.* & *f. x. de ſecund. nupt. t. t. C. de ſecund. nupt. Nov.* 2. *c.* 2. §. 1. [*Diſſ. vid. Bernegg. q. ad Tac.* 110.] Nec valet promiſſio viduitatis, 1. 2. *C. de indict. viduit.* licet jurata: *Carpz.* 2. *d.* 172. Legatum ſub hac conditione à marito uxori relictum, mulier, poſt annum, petere poteſt, ſed d.

ſub

ſub cautione Mutiana; *vid. 62. §. 2.64.79. §. f. de condit. & demonſtr. Nov. 22. c.44. Fr. lib. 1. Reſol. 15. n. 26.* Secus eſſe, ſi extraneus ita legaverit, putat *Fr. d. l. n. 31.* Sed malè; per *Nov. 22. c. 44. ℣. Hanc ipſam. 8. & Auth. Cui relictum. C. de ind. vid. toll.* Secus a. eſt, ſi quis virgini ita legaverit; *79. §. f. de cond. & dem.* nam tum conditio pro non adjecta habetur; *62. 63. 64. de cond. & demonſtr.*) modò de conjugis morte certo conſtet; *v. Carpz. 2. d. 165.* Et nuptiæ non fiant intra annum luctus: *2. C. de ſecundis nupt. 11. §. 1. de his, qui not. infam. Carpz. 2. d. 159.* nam aliàs mulier de J. civ. amittit omnia, quæ à priore marito utcunque accepit: *1. 2. C. de ſec. nupt.* Secus eſt de Jure Can. *c. p. f. x. de ſec. nupt. Rittersh. de diff. c. 2. §. 4. in f. vid. Carpz. 2. d. 162.* Vidui non lugent. *9. de his, qui not. infam. vid. Carpz. 2. d. 160. 161.* (3.) Perſonæ *IDONEÆ*, ſc. quæ non

E * *IMPEDIUNTUR*, R

ut impuberes, *4. h. §. 10. I. de inutil. ſtip.* mente capti, &c. *6. C. de curat. furioſi. Gerh. tom. 7. §. 118. & 228.* ſummè ebrii, veteri Jure Rom. Viri LX. & fœminæ L. annorum; *27. C. h. propter. 21. pr. de A. E. V. 12. C. de leg. her.* quod poſteà tamen permiſſum. *27. C. vid. Zach. 1. tit. 1. c. 19. n. 54. Lotichius, p. 2. l. 25. Plin. lib. 6. c. 14. vid. Menz. de conjug. p. 125.* Spadones, thlibiæ, &c. 1ↄ. *C. de repud. Gerh. t. 7. §. 235.* Secus eſt, ſi frigiditas ſupervenerit poſteà. *arg. 8. ff. de ſponſ.* De Pumilionibus, &c. *vid. Gerh. tom.*

e. *7. §. 234.* * *PROHIBENTUR*

F * in totum, ſervi: *pr. I. h. propter 32. de R. I.* (nam hi in contubernio ſunt: *3. C. de inceſt. nupt.* De Jur. Can. contrahunt matrimonium: *c. 1. & t. t. x. de conj. ſerv. vid. Schulz. ad I. h. lit. G.*)

f. peregrini, &c. * in tantùm, ſcilicet cum certis perſo-

G nis, * propter cognationem, * ſpiritualem; *vid. Laymann.*

H *Theol. moral. lib. 5. tit. 10. p. 4. c. 8. & t. t. x. de cognatione ſpiri-*

h. *tuali. L. 26. C. h.* quæ tamen hodie non attenditur. *Alb. Gent. L. 1. lit. f. Carz. 2. d. 24.* * ſecularem, in linea recta prohibentur nuptiæ in infinitum. *pr. & §. 1. J. 53. v. 54. de R. N.* neque diſpenſari hic poteſt. *Grot. l. 2. c. 5. n. 12.* In Linea collaterali, primus gradus prohibitus eſt. *Lev. XVIII.* Neque hic admittitur diſpenſatio: *Carpz. 2. d. 99.* ac matrimonium contrà contractum reſcinditur; *Cz. 2. d. 99. n. 12.* licet ſint ab uno tantùm latere, *§. 2. I. h. Cz. 2. d. 82.* aut legitimi tantum, *§. 2. I.* & ſecundus lineæ inæqualis. *Lev. 18. v. 12. 13. §. 3. I. h.* neq; hìc diſpenſatur: de facto tamen contractum non reſcinditur: *Cz. 2. d. 99. propter Lev. XX. v. 20. ſq.* Sponſalia hujusmodi reſcin-

dun-

duntur. Secundus Lineæ æqualis licitus eſt. *Lev. XVIII.* §. 4. *l. h. ibi Vinn. l.* 3. Tertius & quartus gradus eſt licitus; *dd. ll.* niſi ſint ſibi parentum liberorumque loco, §. 3. *l. h.* qui ſc. ſtirpem communem immediatè attingunt : Hodie plerumque prohibitus eſt tertius gradus lineæ inæqualis. *Carpz.* 2. *def.* 79. *Schulz. h. lit. e.* Jure Can. prohibitus eſt quartus gradus. *c. p. x. de conſang. & affin.* Hæ autem prohibitiones humanæ Principes non obligant. *Carpz.* 2. *d.* 110.

* Propter affinitatem, generaliter, in eo gradu affinitatis prohibitum eſt matrimonium, in quo conſanguinitatis prohibitum eſt, idemque eſt in diſpenſatione: *Carpz.* 2. *d.* 88. *&c.* & hoc procedit etiam in affinitate illegitima, 4. *C.* 14. §. 2. *h. Can.* 10. *c.* 35. *q.* 2. *Carpz.* 2. *d.* 97. & imperfecta: §. 9. *l. L.* 12. §. 1. *&* 2. *h. c.* 6. *inf. x. de deſp. imp. c.* 8. *x. de ſponſ. Carpz.* 2. *d.* 107. ¶. hic tamen diſpenſatio locum habet, quia prohibitio eſt Juris poſitivi. *Carpz. l.* 2. *d.* 121. 122. Secundum & tertium genus affinitatis Jure Can. nihil impedit; *c. p. x. de conſang. & affin.* Jure Civ. ſecundum genus impedit lineam rectam. 15. *h. vid. Carpz.* 2. *d.* 121. 122. g,,

* Propter totalem Religionis diverſitatem, cum illis, qui ſunt extra Eccleſiam. 6. *C. de Judæis. vid. tn. Carpz.* 2. *q.* 76. *n.* 64. Prohibitio *Can. Non oportet.* 16. *c.* 28. *q.* 1. hodie propter pacificationem religioſam non obſervatur. *vid. Carpz.* 2. *d.* 6. g,, * Propter publicum officium, præſes cum provinciali: 38. 57. quod hodie non obſervatur. g,,

* Propter dignitatis inæqualitatem, Senator cum liberta. 44. *pr. h.* g,,

* Propter delictum adulter cum adultera: *Nov.* 134. *c.* 12. quod hodie non obſervatur; *c.* 6. *x. de eo, qui dux. in matr. Carpz.* 4. *c.* 20. *d.* 16. *Beſold. conſ.* 55. *n.* 66. niſi durante priore matrimonio adultero matrimonium promiſſum ſit, vel is priore marito inſidias ſtruxerit. *Finckelthauſ. Obſ.* 25. *Carpz. d. l. n.* 15. g,, * Propter præſumtum metum & periculum rationum intervertendarum: tutor ejusque filius cum pupilla; 36. 37. 66. niſi pater pupillæ ita voluerit, 36. aut tutor rationes reddiderit, ac tempus reſtitutionis elapſum ſit: 66. *vid. L. f. C. de temp. in integr. reſt.* Hodie ſufficit, rationes eſſe redditas. *Carpz. p.* 4. *c.* 20. *d.* 17. g,,

* Propter violentiæ præſumptionem inter raptorem & raptam. *L. un.* §. 1. *C. de rapt. virg.* Hodie hoc etiam mutatum; *c. p. f. x. de rapt. Can.* 10. *c.* 36. g,,

q. 2.

q. 2. *Carpz.* 4. *c.* 30. *d.* 7. *n.* 10. quibusdam in locis tamen Jus
g,, Civ. obſervatur. *Hahn. h.* * Propter morbum, leproſus;
g. *Gerh. tom.* 7. *num.* 236. * Propter votum ac religionem Clerici. *vid. Gerh. tit. de miniſt.* §. 333. 1. *Timoth. III. vſ.* 2.
I Effectus * ratione Conjugum * communis eſt communi-
K catio corporum: 1. *Corinth. VII. verſ.* 3. 4. *Gen. II. verſ.* 24. & participatio utriusque fortunæ: 22. §. 7. *ſol. matr.* (Recedens compellitur officio judicis, *c. literas.* 13. *x. de reſtit. ſpol.*)
k. bonorum communicatio, &c. * Proprius * ratione Mariti
L * quoad commodum eſt Poteſtas: *ad Epheſ. V. verſ.* 22. *&c.*
M 1. *Cor. XI. vſ.* 3. *can.* 15. *c.* 33. *q.* 5. *vid. Arniſæus, de jur. connub. c.* 7. *ſect.* 2. ignominioſum eſt verberare uxorem, *Carpz. p.* 2. *d.* 221. *n.* 3. quod ſi maritus abſque cauſa faciat, punitur: *Nov.* 117. *c.* 14. 24. §. 5. *ſol. matr. Carpz.* 2. *d.* 221. *& p.* 1. *q.* 12. *n.* 31. *vid. tamen Carpz.* 3. *q.* 111. *n.* 83. Et habet maritus, ad exhibendam uxorem, etiam contra patrem, utile interdictum de liberis exhibendis; 2. *de lib. exhib.* Contra corruptores uxoris utilem ſervi corrupti, ad intereſſe: *arg.* 14. §. 1. *de ſerv. corrupt.* & præjudicialem actionem, ſi uxor ſe neget uxorem. *arg.* 3. §. 4. *de agnoſc. & alend. lib.*
m. * quoad onera eſt uxoris defenſio, 2. *de injur.* alimentatio, *c.* 11. *diſt.* 31. ægrotæ & furioſæ curatio, 22. §. 8. *ſol. matrim.* mortuæ ſepultura, ſcil. ſi de ſuo ſepeliri nequeat; 28. *in f. de*
l. *religioſ.* * ratione Uxoris eſt ſubjectio, 4. *C. de crim. expilat. hered.* obſequium & reverentia, 14. §. 1. *ſol. matr. L. un.* §. 7. *C. de R. V. A.* operæ & auxilium: 48. *pr. de operis libert. Carpz. p.* 2. *c.* 25. *d.* 15. *Arniſæus, de Jur. Connub. c.* 27. *ſect. f. n.* 32. Ea maritum ſequitur, 195. §. *f. de V. S.* 44. *de relig.* quoad nomen, 195. §. *f. de V. S.* dignitatem, 8. 12. *de Senat.* & forum: 65. *de jud.* 19. *pr. de jurisd. Richt. p.* 1. *dec.* 9. *n.* 4. *Cypr. de matr. c.* 8. *n.* 20. *Beuſt. tr. de matr. c.* 66. *Perez. h. n.* 17. (niſi ſponſus promiſerit, ſe nunquam à loco receſſurum: *arg.* 1. *de pact.* 1. *C. de conſt. pec. Richt. p.* 1. *dec.* 9. *n.* 1. [*Diſſ. Heig. p.* 2. *q.* 14. *n.* 8.] tum enim conventioni ſtare debet, niſi nova urgens cauſa ſupervenerit. 38. *pr. de ſolut. Rich. d. l. n.* 5.) Sequitur maritum, etiam relegatum; *Hartm. Piſtor.* 4. *O.* 148. *num.* 3. *Surd. de aliment. tit.* 7. *q.* 26. *n.* 6. *Perez. h. num.* 17. *Diſſ. Richt.* 1. *dec.* 9. *n.* 8. (niſi contrarium ſuadeant circumſtantiæ, de quibus cognoſcit judex; *Heig. p.* 2. *q.* 14. *in f. Cz.* 3. *q.* 14. *&* 130. *n.* 44. *Richt.* 1. *dec.* 9. *in fin.*) non etiam vagabundum, niſi ante matrimonium fuerit talis, & ſponſa hoc ſciverit.

rit. *Perez. h. n.* 17. *Schneidevv. Wesenbec. &c.* * Ratione liberorum, legitimantur naturales: in matrimonio nati præsumuntur justi: patria potestas, *de quibus supr. p.* 14. *sq.* ratione cognatorum est affinitas.

Contraria matrimonii vide in omnibus causis: *METU* contractum ipso jure nullum est. *Carpz.* 2. *d.* 27. *& p.* 3. *d.* 55. *n.* 7. *Dunte, c.* 19. *q.* 13. *Ames.* 5. *q.* 35. *Beust. tr. de matrim. n.* 44. & requiritur tantum sententia declaratoria; modò metus sit justus, qui in constantem virum vel fœminam cadit. 22. *de R. N. arg.* 6. *quod met. causa. vid. omninò. c.* 28. *x. de spons. Carpz.* 2. *d.* 28. *arg.* 7. §. 1. *quod met. caus. cap.* 15. *x. de spons.* *ERROR* vitiat matrimonium, modo sit personæ, *can. un. c.* 29. *q.* 1. aut circa statum, puta, si quis duxerit ignorans ancillam: nam ibidem deficiunt omnes effectus matrimonii; aut si quis duxerit defloratam pro virgine, (*Diss. Wesenb. Bach.*) *Carpz.* 2. *d.* 93. ¶. nisi sciverit hoc utcunque, etiam ex ore vulgi: [Maritus juramento purgatorio probat, se hoc omninò ignorasse. *Carpz.* 2. *d.* 198.] aut ratihabuerit. e. g. concubuerit comperto crimine cum ea. *Carpz.* 2. *d.* 192. *vid. Deut. XXII. vers.* 20. Non etiam nocet error nominis, 9. §. 1. *de contrah. empt.* aut error circa bona corporis, *c. un. c.* 29. *q.* 1. *Gerh.* 7. §. 105. aut bona fortunæ. *dd. LL.* Ad *TEMPUS* nemo potest uxorem ducere. *c. f. x. de condit. appos.*

XXIII. 3. DE JURE DOTIUM.

DOS significat titulum, §. 40. *I. de R. D. & t. t. pro dote.* rem dotalem, *rubr. ff. sol. matr.* ipsum jus, *de quo hic:* quod est Jus marito competens circa res pro ferendis matrimonii oneribus traditas. 20. *C.* 7. *pr.* 76. *in f.* Estque Vera, vel Putativa, 17. §. 1. *de reb. aut. jud. poss.* quæ tamen propriè dos non est: *f. C. de don. propter nupt. l.* 3. *h.* Constituta, vel Promissa, quæ tamen propriè dos non est; nam dos per rei traditionem constituitur; 5. *in fin. sol. matr.* 13. §. 2. *de fund. dot.* (*Diss. Carpz.* 3. *c.* 23. *d.* 3. *n.* 9. *L.* 6. *C. de dot. promiss.*) comprehenditur tamen in Statutis & pactis sub nomine dotis. 9. *C. de pact. convent.* Cauta dicitur, quam maritus spe futuræ numerationis se accepisse fatetur; 1. 2. *& t. t. C. de dot. caut.* (*Diss. Bach. ad W. h.*) cui opponitur exceptio non numeratæ dotis. *secundùm L. f. & seq. Aut. C. de dot. caut.* Profectitia, à patre vel ex bonis ejus proficiscitur, 5. §. 11. *h.* 5. §. 1. vel etiam ejus intuitu ab alio: 5. §. 2. *h.* 45. §. 4. *de A. vel O. H.* 6.

decol-

de collat. 10. §. *6. de vulg. & pupill. subst.* Adventitia aliunde venit. 5. §. *6. h. un.* §. 13. *C. de R. V. A.*

Constituitur * voluntate (expressa; tacitè enim dos C
A non constituitur, licet constituta renovetur: 13. 30. 40. 46. *h.* NB. hinc in dubio bona non censentur dotalia; sed parapher-
B nalia) * constituentis uxoris, vel ab alio ejus nomine: *L. un.*
C §. 13. *C. de R. V. A.* * Ex juris necessitate, à parente, qui habet in potestate, 19. *de R. N.* (filiæ emancipatæ non necessariò constituitur, 19. *de R. N.* 51. *h. f. C. de dot. promiss. Bach. V.* 2. *D.* 7. *th.* 2. *lit. d.* (*Obst. f. C. de dot. prom.*) *arg.* 14. *C. h. Perez. in C. de dot. promiss. n.* 6. modo alia ratione dotem consequi, aut sine ea honestè nubere possit.) hic compellitur officio judicis, captis pignor. &c. *Carpz.* 2. *c.* 42. *d.* 12. *Gail.* 2. *O.* 90. *vid.* 7. §. *f. de in rem vers.* 6. *de collat.* nisi ipsa filia habeat propria bona, unde possit sibi dotem constituere, *arg.* 5. §. 7. *de agnosc. & alend. lib. junct.* 4. *ff. d. t. L. f. C. de dot. promiss. vid. Bach. V.* 2. *D.* 7. *th.* 2. *lit. c. Carpz.* 2. *c.* 42. *d.* 13. *Matth. D.* 7. *th.* 4. *Wiss. h. th.* 8. (*Obst. f. C. de dot. prom. Beust.* 3. *c.* 4. *Gail.* 2. *O.* 95. *n.* 14. *Hunn.* 3. *t.* 24. *n.* 11. *Perez. de dot. promiss. n.* 8.) aut indigna sit, e.g. exheredata, *Perez. d. l. n.* 6. *Matth. D.* 7. *th.* 5. hæretica. *Bach. th.* 2.
c. * vel libero arbitrio, * à fratre, 12. §. *p.* 13.
D §. *f. de adm. tut.* 1. §. 2. *de tut. & rat. distr. Sande,* 2. *tit.* 8. *def.* 2. *Matth. D.* 7. *th.* 7. (*Diss. Campeg. de dote, q.* 23. *Tr. & Bach. h.*
d. *th.* 3. *propter.* 12. §. 3. *de admin. tut.*) * à matre, nisi magna & probabilis causa legibus expressa adsit: e.g. Si filia absque dote non inveniret honestam nubendi conditionem, 19. §. 1. *C. de hæret. per L.* 14. *C. h.* 34. *h. Giphan. in L. f. C. de dot. prom. Perez. d. l. n.* 14. *Wissenb. h. th.* 11.
b. * acquirentis. 55. *de O. & A.*
a. * Et Traditione, 13. §. 2. *de fund. dot.* 5. *in f. sol. matr.* 1. *C. de dot. caut.* (*Diss. Wesenb. h. num.* 4.) vera, vel ficta, 43. §. 1. 57. 58. 59. quæ traditio non facit contractum realem; nam non datur principaliter eâ intentione, ut maritus obligetur: deinde etiam producit actionem ex stipulatu. *L. un. pr. C. de R. V. A.*

E Marito, qui si sit filiusfamil. dos patri acquiritur. 2. *C. fa-* S
mil. ercisc. 56. §. 1. *h.* 72. *h.* Dantur in dotem res ratione O
* qualitatis, corporales & incorporales: 2. *C. de O. & A.* 7. §. 2. *h.* mobiles & immobiles: feudum, si ad uxorem pertineat, 2. *F.* 13. & 17. aut pater dotaturus habeat ad id consensum Domini: 2. *F.* 9. §. *donare. vid. Carpz. D. Feud.* 27. *Struv. D.* 13. *th.* 5. &

D. 14.

D. 14. *th.* 17. *Carpz.* 2. *d.* 173. Res alienæ. 6. §. 1. *v.* 24. *h.* 3. *de publ. in rem act.* Quantitates & species, inæstimatæ vel æstimatæ, taxationis gratiâ (ut constet de vero pretio) vel venditionis gratiâ, (ut accipiens eam rem eô pretiô habeat emptam, quæ hic in dubio præsumitur. 5. 10. *C. h. vid. tit. de æstimat. act.* O. *L. un.* §. 9. *C. de R. U. A.* 6. *C. de usufr. Carpz.* 2. *c.* 37. *d.* 16. *num.* 1. *Fr. de laudem. c.* 22. *n.* 24.)

* quantitatis, etiam incerta; 60. 61. 69. §. 4. *h.* nisi extraneus vel uxor ipsa dotem constituerint, tùm enim cessat ratio favoris dotis: 1. 3. *C. de dot. promiss. Bach. V.* 2. *D.* 7. *th.* 4. *lit. D..* Uxor omnia bona in dotem dare potest: 4. *C.* 72. *h.* pater tenetur dotare pro facultatibus suis ac dignitate mariti, 69. §. 4. cæteri pro arbitrio dotant. e:

E Effectus dotis respicit vel mariti * Commodum, qui fit dominus dotis, *pr. l. quibus alien. lic.* 13. §. 2. *de fund. dot.* 7. §. 3. 75. *ff* 23. *C.* (*Obst.* 75. *ff.* 30. *C. h.* 16. *de religios.* 4. *de collat.* 3. §. 5. *de min.*) & quidem interdum revocabiliter, 1. *C. de fund. dot.* 21. *C.* 10. §. *f.* interdum irrevocabiliter, 42. interdum etiam quoad effectum tantùm fit Dominus sive procurator in rem suam, Lucratur vi hujus dominii fructus rei dotalis, *arg.* 12. §. 3. *ad exhib.* 7. *pr.* 10. §. 3. *ff.* 20. *C. h. L. un.* §. 9. *C. de R. U. A.* constante matrimoniô acquisitos; 7. §. 1. non etiam alias accessiones, quæ fructuum nomine non veniunt, ut partus ancillæ, 10. §. 2. Thesaurum: 7. §. 12. *sol. matr.* nam hæc marito quidem, ut Domino dotis, dotem augent constante matrimoniô, restituenda tamen sunt cum ipsa dote: 10. §. 1. & 2. *h.* 7. §. 12. *sol. matr.* Rem dotalem alienare potest: *de quo seq. tit.* Non datur contra eum actio Pauliana, si pater magnam dotem in fraudem Creditorum dederit: modo sit in bona fide: *f.* §. 1. *quæ in fraud. cred.* Res pecuniâ dotali comparata, non fit dotalis. 12. *C. vid. tamen Bach. d. disp. th.* 9. *lit. b. Gutierrez.* 5. *pract. q.* 87. *Matth. h. th.* 20. * Onus, sc. adhibere debet mediam diligentiam, 17. interdum in concreto, *vid. tit. commodat. p.* 226. *in f.* (quæ favore dotis pacto non potest remitti. *vid.* 5. §. 2. *commod.* 6. *de pact. dotal.*) Quandoque etiam res dotalis est ipsius periculo, pro diversitate sc. an tradita sit quantitas, §. 2. *I. quib. mod. re contr. obl.* 42. vel species inæstimata, 10. *pr.* (*Obst.* 6. 9. *C. de pign. act.*) vel æstimata, venditionis, 10. §. 4. vel taxationis gratia: 21. *C. vid.* 10. *h. Cz.* 2. *c.* 42. *d.* 21. *vid. supr. tit. Commod p.* 229. *sq.* Solvat impensas fructuum, onera publica, tributa, collectas, &c. quæ ex fructibus præstantur. 13. *de impens. in res dot. vid. lib.* 25. *tit.* 1. *h.* F £

Huc

Huc pertinet (1.) *DONATIO PROPTER NUPTIAS:* SS
quæ fit à marito, *L. f. C. de don. ant. nupt.* in securitatem ac D
remunerationem dotis, *vid. Disp. D. Bardili, de don. propter nupt.* (2.) *SPONSALITIA LARGITAS*, quæ fit D
ad amorem conciliandum. (3.) *ARRHA* sponsalitia, der D
Mahl-Schatz/ quæ datur in Symbolum Sponsaliorum contractorum. (4.) Munus *PROXENETICUM* datur illis, qui D
nuptias conciliarunt: *de quibus in tit. 1. lib. 5. C.* (5.) *DOTALITIUM*, quod est ususfructus quidam à marito uxori suæ, D
post mortem suam, in bonis suis, in compensationem acceptæ dotis, constitutus. *Carpz. 1. c. 28. d. 93. & 2. c. 42. d. 2. 7. vid. D. Bardili, d. Disp. th.* 48. (6.) MORGENGABE/ quæ datur in D
pretium virginitatis secundo nuptiarum die. *Disp. D. Bardili, th.* 49. (7.) *MUNERA NUPTIALIA*, quæ ab amicis no- D
viter nuptis æqualiter offeruntur. *Carpzov. 3. c. 22. d. 1. 2.*
(8.) Bona *PARAPHERNALIA*, quæ generaliter omnia bo- D
na uxoris, præter dotem, significant: 8. *C. de pact. convent.* strictè significant ea bona, quæ uxor præter dotem marito tradidit; & sic opponuntur Receptitiis, dem Spaar-Hafen/ quæ marito non tradidit. *vid. L. f. C. de pact. convent.*

Dotis causa est favorabilis: 2. 20. 70. *h.* 1. *sol. matr. hinc* N
vid. 41. *h.* 25. *C. ad SCt. Vellej.* 12. §. 1. *C. qui pot. in pign. L. un.* §. 2. *C. de R. U. A.* Neque potest huic uxor renunciare. *de quo in seq. tit.*

DE PACTIS DOTALIBUS. XXIII. 4.

PActa dotalia sunt, quæ doti legem & formam dant: D
Ehe-Pacten/ Ehe-Beredung.

Fiunt Paciscentium *CONSENSU*, utcunque declarato: 6. G
C. de dot. promiss. Probationis gratiâ rediguntur in scripturam: 4. *de pign.* 4. *de fid. instr.* 12. *C. de pact. Carpz.* 2. *c.* 43. *d.* 8. vel adhibentur testes, siquidem fiant in modum contractus, (licet in casum mortis exactio suspensa) duo, 32. 42. §. *f. de donat. mortis causa.* 12. *de testib.* sin in modum ultimæ voluntatis, (*v.* 32. *de mortis causa donat.*) ad minimum V. requiruntur: *f.* §. *f. C. de jure codicill. f. C. de mort. causa donat. Carpz.* 2. *c.* 43. *d.* 2. *&c.* nisi facta sint coram judice: 19. *C. de testam.*
31. *C. de donat. Carpz.* 2. *c.* 43. *d.* 2. *EORUM*, qui dotem repe- S
tunt, & à quibus repetitur; 1. §. 1. ita tamen, ut pacisci possit uxor cum marito omni tempore, Pater autem & ex-

tranei tantùm in ipsa promissione sive constitutione; 7. 20. §. 1. nam per hujusmodi promissionem quæsitum jus marito ac uxori illis invitis auferendum non est: *L. un.* §. 13. *C. de R. U. A.* Si fœmina paciscitur, non requiritur consensus curatoris in litem, *Carpz.* 2. *c.* 43. *d.* 9. nisi sit minorennis. *Besold. ad R. J. W. p.* 3. *th.* 65.

O Fiunt principaliter de dote & donatione propter nuptias; ita tamen, ne dotis causam reddant deteriorem, aut mulierem indotatam: 2. *de jur. dot.* 14. 17. minus principaliter de bonis paraphernalibus, receptitiis, &c. modo bonis moribus non sint contraria: 5. §. 1. e. g. de J. civ. pactum de conjugum successione: 5. *C. de pact. convent.* hodiè licitum. *Carpz.* 2. *c.* 43. *d.* 2. *num.* 6.

E Effectus est obligatio & actio: nam datur (1.) Uxori & per virilem sexum Adscendentibus actio ex stipulatu, *L. un.* §. 1. & 13. *C. de R. U. A.* (2.) Extraneo stipulanti, actio ex stipulatu; non stipulanti, actio præscriptis verbis, 6. *C. de jur. dot.* e. g. si extraneus sibi prospiciat de dote restituenda, tùm utique synallagma adest: Secus est, si uxor, &c. constituat; nam hujus intentione matrimonium in æternum durat. 6. *C.*

D Contraria sunt dolus, metus, error, dissensus mutuus; non etiam unius, 5. *C. de O. & A. Carpz.* 2. *c.* 43. *d.* 11. nisi sint in modum ultimæ voluntatis facta. *arg.* 4. *de adimend. leg.* 19. *C. de pact. v.* 22. *de leg.* 3. *Carpz.* 2. *c.* 43. *d.* 10.

XXIII. 5. DE FUNDO DOTALI.

HIc prohibetur * *MARITUS*, 1. *pr. h. pr. l. quib. alien. lic. vel non.* contra Jus Commune, §. 40. *I. de R. D.* 21. *C. mandat.* 2. *si à patre quis manumiss.* item heres & alius successor universalis, 1. §. 1. *L.* 2. *h.* item sponsus, 4. A

* *FUNDUM*, h. e. rem immobilem, Italicam, sive provincialem, *L. un.* §. 15. *C. de R. U. A.* rusticam, sive urbanam, 13. §. 1. *h.* (non etiam prohibetur alienatio rei mobilis, licet servando servari potest, 21. *de manumiss.* 3. *C. de jur. dot.* 1. *C. de serv. pign. dat.*) (*Diss. W. h. Perez. in C. h. propter* 22. *C. de adm. & peric. tut.*) a,,

* *DOTALEM*, scil. cujus dominium ex causa dotis in maritum est translatum, 13. §. 2. (non etiam hâc L. Juliâ prohibetur alienatio rerum paraphernalium; nam illarum dominus maritus non est; Nec rerum æstima- a,,

tarum

tarum venditionis gratia; nam tum vera fit venditio, ac pretium potiùs, quàm ipsa res, in dotem datum videtur; 5. 10. *C. de jur. dot.* 10. §. 4. *ff. eodem. L. un.* §. 15. *C. de R. V. A. Carpz.* 2. *c.* 15. *d.* 21. *n.* 7. Nec rerum pecunia dotali emtarum. *arg.* 10. 12. *C. de jur. dot.* (*Obs.* 54. *ff. de jur. dot.*)

a. * *ALIENARE*, scil. dominium ejus transferre, 1. *C. h.* ut & omne Jus in ea. *vid. f. C. de reb. alien. non alien.* ex. gr. oppignorare, *l. un.* §. 15. *C. de R. V. A.* servitutes remittere vel imponere, 5. *h.* ad divisionem ejus nomine provocare, 2. *C.* legare, 16. *de test. milit.* per usucapionem transferre, 28. *de V. S.* 16. scil. ut incipiat usucapio demum constituta dote: 16. Nisi fiat alienatio (1.) ex juris necessitate, 1. (2.) in utilitatem mulieris, 26. *de jur. dot.* (3.) per universitatem. ex. gr. quod fundus dotalis transeat ad heredes mariti. 1. §. 1. *h.* 62. *de A. R. D.*

Alienatio contra hanc L. Juliam est ipso jure nulla; 42. *de usucap.* Convalescit tamen, si postea maritus factus sit ejus dominus irrevocabiliter; 42. *de usucap.* 17. *de fund. dot.* non etiam, si alienatio iteratis vicibus facta, aut uxor post biennium iterum consentiat; nam in casibus non exceptis regulæ inhærendum. *vid. L. un.* §. 15. *C. de R. V. A.* (*Obs.* 22. *C. ad SCt. Vellej. N.* 61. *c.* 1.) E

DE DONAT. INTER VIRUM ET UXOREM. XXIV. 1.

PRohibentur donationes inter Virum & Uxorem: 1. 2. 3. 31. *h.* idem est, si donetur personis, quæ propter patriam potestatem pro una habentur, 4. *C.* 3. §. 2. aut servis, ex. gr. mariti, 3. §. 3. *h.* licet intermedia persona intervenerit: 6. *de collat.* 45. §. 4. *de A. v. O. H.* 5. §. 2. *de jur. dot.* 3. §. *f. h.* Valet tamen donatio inter sponsum & sponsam, 5. *pr.* 27. etiam die nuptiarum facta, *Carpz.* 2. *c.* 13. *d.* 19. & quæ fit in casum soluti matrimonii: 60. §. 1. *h.* 32. *de mort. caus. donat. L.* 9. §. 2. *L.* 10. 11. Si tamen mortis causa donatum, dominium rei, vivente conjuge, non transit, ut fieri solet in aliis mortis causâ donationibus, 2. *de mort. caus. donat.* 11. *h. vid. Carpz.* 2. *c.* 13. *d.* 15. S

Rerum propriarum: nam alienas donare possunt, scil. ut transferant conditionem usucapiendi, 25. *h.* ac renunciare potest juri sibi nondum acquisito, in favorem conjugis, 5. O

§. 13. 14. Donatio prohibetur, non alius contractus: 5. §. 5. *h.* 16. §. *f. de alim. leg. Carpz.* 2. *c.* 33. *d.* 22. Neque donatio ob causam, *f. C. de don. ant. nupt.* aut qua donans pauperior, & donatarius locupletior non efficitur. 5. §. 8. *&* 16. *L.* 25. *h.* 7. §. 2. *Carpz.* 2. *c.* 33. *d.* 18. ¶. (*Diss. Wesenb.*) Hinc valet donatio ad dignitates consequendas, 40. 41. 42. ad sepulturam, 5. §. 8. ad refectionem ædium exustarum. 7. 14.

E Donatio contra hanc prohibitionem facta, est ipso jure nulla: 3. §. 10. Confirmatur tamen juramento, secundum Jus Can. *cap.* 28. *x. de Jurej. c.* 2. *de pact. in* 6. (*vid.* 5. *C. de LL.* 7. §. 16. *de pact.*) *Berlich. p.* 2. *concl.* 15. *n.* 14. *Gail.* 2. *O.* 40. *num.* 2. ¶. Morte donantis; non etiam donatarii, *c. f. x. h.* naturali: 32. §. 6. *h.* 24. *in f. C. h.* (*Diss. Berl. p.* 2. *concl.* 15. *num.* 16. *propter* 13. §. 1.) modò donatio ante mortem non sit revocata, 32. §. 2. sive expressè, sive tacitè, *c. f. x. h.* ex. gr. rem donatam creditori oppignorando: 32. §. 5. *h. L.* 12. *C. vid. tamen omninò Nov.* 162. tum enim retrotrahitur donatio ad primum suum initium; 25. *C. h. Nov.* 162. *c.* 1. licet tantùm per modum conventionis, absque traditione, facta sit. *N.* 162. *c.* 1. *pr. Bach. Hahn. ad W. h.* (*Diss. Myns.* 2. *O.* 33. *n.* 3. *Perez. h. n.* 17. *Berl.* 2. *c.* 15. *n.* 14. *propter* 23. *h.*) Si donatio excedit 500. solidos, requiritur insinuatio, ut confirmetur per mortem, quoad excedentem summam: 25. *C. Nov.* 162. *c.* 1. §. 2. NON etiam prohibetur donatio inter conjuges facta die Nativitatis Christi: *Berl.* 2. *concl.* 15. *n.* 28. *Carpz.* 2. *c.* 13. *d.* 20. nam illæ honoris gratiâ fiunt; 42. secundo nuptiarum die, die Morgengabe. *vid. Wehner. dict. voc. Sichard. ad rubr. de don. propter nupt. Alb. Gent. de donat. inter virum & uxor. l.* 2. *c.* 23. *in f. Carpz.* 2. *c.* 13. *d.* 19. *Berl.* 2. *concl.* 15. *n.* 3. In foro Sax. donatio ab uxore cum Curatoris consensu coram judice facta: *Carpz.* 2. *c.* 13. *d.* 16. *Berl. p.* 2. *concl.* 15. *n.* 32. Donatio inter Principem & Augustam. 26. *C. h.*

DE DIVORTIIS ET REPUDIIS.

XXIV. 2.

SOlvitur matrimonium [1.] Morte alterius conjugis: 1. *Cor. VII. v.* 39. *L.* 1. *vid. Gerh. tom.* 7. §. 601. *Carpz.* 2. *d.* 166. *& seqq.* [2.] Captivitate de Jure Civ. 1. *h.* 12. §. 4. *de capt. & postl. revers.* quod tamen mutatum: *Nov.* 117. *c.* 11. [3.] Alterius servitute; 1. *h.* quod secus est de J. Canon.

[4.] DI-

(4.) *DIVORTIO*, 1. *h. vid. L.* 2. *h. L.* 191. *in f. de V. S. vid.* H
8. *de condict. causa. dat.* quod in strícta significatione fit inter
conjuges tantùm: & quidem vel propriè, scilicet ipso vinculo
conjugii soluto, vel impropriè, scil. conjugibus, quoad thorum ac mensam separatis, *Carpz.* 3. *d.* 291. *n.* 7. vel matrimonio ipso jure nullo à judice declarato. Divortium sive repudium est dissolutio vinculi matrimonialis inter conjuges adhuc D
viventes, ex justa causa, publica Magistratus auctoritate facta.
Divortium permittit Jus Civ. 1. *& t. t. h.* 8. §. 2. *&* 3. *C. de rep.* C
ac Vetus & Novum Testamentum: *Matth. V. vers.* 32. *XIX. v.* 9. *I. Cor. VII. Gerh. tom.* 7. §. 74. *Carpz.* 2. *d.* 189. fiebat J. Civ. utriusque vel unius conjugis voluntate, coram VII. testibus declarata, 9. *h. Nov.* 22. *c.* 4. hodie causa efficiens proxima est magistratus, ejusq; sententia, *vid. Gerh. tom.* 7. §. 617. *Cz.* 2. *d.* 190. *in f. Bach. V.* 2. *D.* 6. *th. f. lit. F. Carpz. q.* 57. *n.* 15. 16. *& q.* 58. *n.* 19. sc. in consistoriis: *Gerh. t.* 7. §. 692. *Carpz.* 2. *d.* 1. *& p.* 2. *d.* 240. *n.* 25. Et requiritur (1.) Partis petitio, 4. §. 8. *de* R
damn. infect. sc. per implorationem officii judicis, quæ civilis
est: *Carpz.* 2. *d.* 189. *n.* 14. *vid. tamen c.* 5. *x. de procur.* (2.) Ex R
justa causa, quæ diversæ fuerunt Jure Vet. Testamenti, & LL. Romanis: *vid. L.* 8. §. 2. *&* 3. *C. h. N.* 22. *c.* 5. *Nov.* 117. *c.* 8. 9. *Beza, de div. p.* 231. Hodie non admittuntur, nisi quæ N. Test.
A probatæ: sc. * Adulterium, *Matth. V. v.* 32. *& XIX. v.* 9. quale est moribus nostris quælibet illicita conjunctio. Excipe tamen casus, quibus nec propter adulterium matrimonium solvitur: *c. discret.* 6. *x. de eo, qui cogn. consang. ux.* puta (1.) Si uxor vim passa sit; 13. §. 7. *ad L. Jul. de adult. & caus.* 32. *q.* 5. (2.) Si maritus cognoverit aliam, credens eam suam uxorem esse: *c. in lect.* 6. *c.* 34. *q.* 1. (3.) Si uterque maritus & uxor essent adulteri, tùm enim delictum compensatur: *c. nihil. c.* 32. *q.* 6. *& L.* 13. §. 5. *de adult.* [4.) Si maritus delictum remiserit, uxoremq; postea cognoverit: 13. §. *f. de adult.* 47. *sol. matr.* (5.) Si ipse maritus causam & occasionem adulterii præbuerit: *l.* 47. *sol. matr. plura vid. ap. Beust. tr. de matr. p.* 2. *c.* 23.

a. * Malitiosa desertio; 1. *Cor. VII. v.* 15. *v. Gerh. t.* 7. §. 624. *Cz.* 2. *d.* 192. (*Obst. Matth. V.* 32.) *v. Gerh. t.* 7. §. 607. Si quis ex probabili causa absit, debet expectari reditus aut mors. *N.* 117. *c.* 10. 11. *c.* 19. *x. de spons. Cz.* 2. *def.* 166. Hodiè, ut quis pro malitioso Desertore habeatur, requiritur, ut absens tribus edictalibus publicis citationibus vocatus non compareat, *v. Hahn. Beust. p.* 2. *c.* 26. tempusque expectationis judicis arbitrio re-

linquitur, qui ferè poſt ſex menſes permittit edictalem citationem. *Finckelth.* O. 111. *n.*15. *Carpz.*2. *d.*70. *n.* 11. *vid.*2.*C. de ſponſ.*2.7. *C. de repud.* N.22. *c.*4. *Nov.*117. *c.*11. *NON* etiam hodiè ſolvuntur matrimonia mutuo diſſenſu, 35. *de R. J.* [propter nimiam ſævitiam fit ſeparatio quoad thorum & menſam, *vid. Carpz.* 2. *d.* 210.] lepra, aut furore. *Cypr. de matr. c.*11. *n.* 4. *Gerh. tom.* 7. §. 687.

NB. Aliud eſt ſolvere matrimonium, aliud matrimonium, licet contractum, declarare nullum.

E Facto divortio perſonæ ſunt liberæ, *vid. Carpz.* 3. *d.* 391. *n* 7. ac pars innocens matrimonium rurſus contrahit, maritus quidem ſtatim, *Matth. V.* 32. *XIX.* 5.6. uxor poſt annum. 8. §. 4. *C. de repud.* Non etiam pars nocens; niſi (1.) ſe continere nequeat, (2.) publica & ſpeciali magiſtratus conceſſione hoc faciat: (3.) Ut plurimum ex illo loco migrare debet: *Carpz.*2. *d.*193. *Gerh. tom.*7. §. 622. Liberi educantur apud innocentem, ſumptibus nocentis. ¶. *Carpz.*3. *d.*291. *n.*50. *vid. L.* 1. & *ſeq. Auth. Si Pater. C. divort. fact. ap. quem lib. educ.*

De REPUDIIS vid. tit. de ſponſal. in C. & E.

SOL. MATR. DOS QUEMADMODUM PETATUR. XXIV. 3.

SOluto matrimonio, utcunque, 240. *de V. S.* Dos repetitur, actione ex ſtipulatu, *L. un. C. de R.U.A.* præſcriptis verbis. *L. un.* §. 1. & §. 13. *C. de R.U.A.* 6. *C. de jur. dot.* Rei vindicatione, 30. *C. de jur. dot.* utplurimum autem Actione ex *STIPULATU:* cujus cauſa efficiens eſt ſtipulatio, vera vel ficta: *L. un.* §. 1. & 6. *inf. C. de R.U.A.* Si uxor conſtituit, illa & heredes ejus habent Rei vindicationem, & actionem ex ſtipulatu: 11. *C.* Si tertius, propter dotem profectitiam quid juris, viva ſeu mortuâ uxore. *vid.* 6. *de jur. dot.* & §. 29. *I. de act.* propter dotem adventitiam ab extraneo conſtitutam, ſi nihil eſt pactum, mulier & heredes habent actionem ex ſtipulatu tacitam. *L. un.* §. 13. *C. de R. U. A.*

O Petitur Dos, aut ejus æſtimatio, prout ſpecies vel quantitas fuerit data, illaque æſtimata venditionis gratiâ, vel non: 42. *de jur. dot.* 5. 10. 21. *C. de jur. dot.* Et fructus, ante ac poſt matrimonium percepti: 7. *de jur. dot.* 38. §. 12. *de uſur.* 7. 11. 31. §. *f. h. un.* §. 7. *C. de R.U.A.* Ultimi anni fructus pendentes pro rata reſtituuntur, 7. §. 1. Beneficium competentiæ tamen habet maritus, 12. *d. l. un.* §. 7. & ex benigna con-

ceſſio-

ceſſione ejus liberi. *L. un. C. de privil. dot.* 12. §. 1. *C. qui pot in pign.* 18. *h.* Hæ actiones conſtante matrimonio regulariter non habent locum, niſi maritus ad inopiam ſit redactus, 29. 30. *C. de jur. dot.* vel uxor ad alendum patrem dotem exigat, &c. *vid. Perez. ad tit. C. ſi dos conſtant. matr.* Q

Reſtituantur res dotales, immobiles ſtatim, mobiles intra annum: *L. un.* §. 7. *C. de R. U. A.* Interdum tamen maritus dotem lucratur, (1.) ſi hoc conventum ſit in caſum mortis uxoris: 12. *de pact. dot.* 6. *C. de pact. convent.* 48. *h.* (2.) ſi culpa uxoris ſolutum matrimonium: 8. §. 5. *C. de repud. N.* 117. *c.* 8. §. 2. (*Obſt. N.* 134. *c.* 10. §. *adult.*) *vid. Ant. Matth. de crim. Carpz. q.* 64. *n.* 10. *Berl. p.* 4. *concl.* 29. *n.* 13. non etiam dotem lucratur, qui repudiat vitiatam, quam pro virgine duxit. *Cz.* 2. *d.* 199. nec qui occidit mulierem in adulterio deprehenſam. 10. §. 1. *h.*

DE IMPENS. IN RES DOT. FACTIS. XXV. 1.

A IMpenſæ dotales ſunt ſumtus in res dotales facti. Et ſunt * vel Fructuum, quæ fiunt propter præſentis anni fructus percipiendos & perceptos, 3. §. 1. *L. f. h. vid.* 7. §. *f. ſol. matr.* vectigalia, tributa, &c. 13. *h.* 2. *C. de annon. & tribut.* D

2. * vel Rei, quæ fiunt ad perpetuam rei conſervationem, idque vel ob neceſſitatem, 79. *de V. S.* 1. 2. 3. 4. *h. Gœdd. ad L.* 79. *de V. S. n.* 4. vel ob utilitatem, 5. 6. 10. *h.* 79. §. 1. *de V. S.* vel ob jucunditatem: 7. *h.* 79. §. 2. *de V. S. vid.* 39. §. 1. *de her. petit.* 40. *pr. de damn. infect. Gail.* 1. *O.* 151. Suntque vel magnæ vel modicæ, de quo judex cognoſcit: 12. *h.* 7. §. *hactenus,* 2. *de uſufr. Garſias, de expenſ. & meliorat. c.* 13. †

Expenſas FRUCTUUM maritus de ſuo facit. 3. §. 1. *h. vid.* 7. §. *f. ſol. matr.* 15. *h.* Item, quæ propter rei tutelam fiunt, *add. LL.* & onera realia: 13. Expenſas *REI* modicas maritus ferat, 12. licet *NECESSARIÆ* ſint: 7. §. 2. *de uſufr.* magnas neceſſarias repetit: 5. *h.* 1. §. 4. *de dot. prælegat.* nec pactô aliud conſtitui poteſt: 5. §. *f. de pact. dot.* licet res, in quam impenſæ factæ, poſteà perierit: 4. Si maritus dotem reddiderit, abſque deductione harum impenſarum, habet condictionem indebiti: *L.* 5. §. 2. *UTILES* maritus Jure Digeſt. deducit, modò factæ ſint cum conſenſu uxoris 8. Jure Codicis rem dotalem propter has impenſas non poteſt retinere; *L. un.* §. 5. *C. de R. U. A.* ſed eas exigit ab uxore acti-

actione mandati, vel negot. gestorum: *d.* §. 5. *VOLUPTUARIAS* potest tantùm tollere: 9. *h. L. un.* §. 5. *in f. C. de R. U. A.* modò ablatio marito sit utilis, *arg.* 2. §. 5. *de aqua & aqu. pluv. arc.* 9. *h.* 38. *de R. V.* & fieri possit sine detrimento rei. *l. un.* §. 5. *C. de R. U. A.* Ratione impensarum compensatio locum habet. *arg. f. C. de compens.* 7. §. 5. *sol. matr.* 15. §. 1. *eod. tit.* [*Obst. un.* §. 5. *C. de R. U. A.*]

DE ACTIONE RERUM AMOTARUM.

XXV. 2.

D JUre Digestorum poterat maritus opponere exceptionem rerum amotarum: quod correctum *L. un.* §. 5. *C. de R. U. A.* unde debet repetere amota per Actionem rerum amotarum, quæ est actio personalis, inter conjuges competens, ad res amotas recuperandas.

C Introducta à Prætore, 2. *C.* ob delictum, 21. §. 5. *v.* 26. 29.
N *h.* 25. §. 1. *de O. & A.* Est rei persecutoria, 21. §. 5. *v.* 19. *h.* perpetua: 35. *de O. & A.* 21. §. 5. *h.* non famosa, quia est condictio. *arg.* 2. *arg.* 26. *h. junct.* 36. *de O. & A.*

S Directâ agitur inter quondam conjuges, 1. 25. ad recupe-
P randas res, divortii causa, constante matrimonio amotas: Nam si amotio facta, matrimoniô per divortium solutô, datur actio furti; 3. *h.* si morte solutô, non datur actio expilatæ hereditatis: *L. p. de expil. her.* 4. *C. eod.* 17. *C. de furt.* si facta sit amotio, non divortii causa, sed forte spe mortis, datur hæc utilis, 17. *pr.* 21. 25. Inter conjuges, propter amotionem, datur condictio sine causa, vel condictio generalis ex *L.* 32. *de R. C.* Utilis tamen datur, si amoverit uxor res non mariti, sed alterius, e. g. commodatas: *f.* §. 4. *C. de furt. vid. Tabor. Racem. crim. ad L. f.* §. *f. C. de furt. v.* 17. Datur etiam uxori adversus maritum, 7. 14. 21. §. *f. h.* & conjugum heredes, 6. §. 3. atque adversus heredes, quantum ad eos pervenit. 3. *C. h.* 4. §. *f. & LL. seqq. de alien. jud. mut. causa.* [*Obst.* 6. §. 4.]

O Petuntur res conjugum propriæ, & quæ jure obligationis ad eos pertinent, vel propter jus in re: *f.* §. *f. C. de furt.* 17. §. *f. h.* res dotales constante matrimoniô ab uxore amotæ: 24. Recuperantur in solidum, licet amovens non retineat alimenta: 21. §. *f. h.* 52. *de rejud. vid.* 12. *sol. matr.* peremtarum æstimatio debetur, quanti fuerunt tempore amotionis: 29. interdum æstimantur jurejurando in litem. 8. §. 1. 9. *h.*

Con-

Concurrunt hic actio ad exhibendum, rei vindicatio, interdum hereditatis petitio. 22. §. *f. h.* 12. 13. *de hered. petit.* SS

DE AGNOSC. ET ALEND. LIBER. VEL PARENT. VEL PATRON. VEL LIBERT. XXV. 3.

ACtio *PRÆJUDICIALIS* aliàs generaliter, *ut in L.* 16 *de except.* hic in specie est, quæ aliis semper ac per se facit præjudicium, sc. qua agitur de statu aliquo. In hoc titulo agitur de familiæ quæstione, hinc duæ actiones: D

A * (1.) de *PARTU AGNOSCENDO*, quæ est actio præjudicialis, qua uxor agit adversus maritum, ad partum ex se editum agnoscendum, tanquam suum & legitimum. Objectum sunt D
B Liberi, 1. 3. §. 1. * Post divortium nati; Ex SCto Planciano requiritur, ut uxor, 1. §. 3. divortio facto, intra XXX. dies continuos, 1. §. 9. marito, vel ejus patri, in cujus potestate est, ad domum, 1. §. 2. denunciet, se esse prægnantem: 1. §. 1. *h.* quo facto, maritus statim aut custodes ventris mittat, (quos uxor necessariò admittit) aut denunciet, fœminam ex se non esse prægnantem: 1. §. 6. alterutro horum facto, uxor contra maritum agit de partu agnoscendo. 1. 2. 3. Uxore debitam denunciationem negligente, aut custodem non admittente, in arbitrio mariti est, an partum admittat, nec ne, 1. §. 6. sc. quoad præjudicium matris, quæ interim partum alere tenetur: Nam partus posteà ipse potest agere ad se agnoscendum, 1. §. 8. maritus protestationem & custodem omittens, videtur partum tacitè agnoscere, eumque alere tenetur; 1. §. 4. §. 8. præjudiciali tamen actione negatoria postmodum agere potest: 1. §. 13. 15. R

b. * intra matrimonium nati. 3. §. 1. Mortuô patre datur hæc actio contra avum, in cujus potestatem est recasurus partus. 3. §. 1. 2.

a. * (2.) de *FILIATIONE* in specie, quæ est actio præjudicialis, competens parentibus, adversus liberos, qui liberos se esse negant, ad hoc, ut illi declarentur liberi; & contra, hæc actio datur contra parentes, qui tales se esse negant. Hic igitur probanda est intentio actoris, sc. filiatio, sive paternitas, nisi sit in quasi possessione ejus; tùm enim transit onus probandi in alium. *arg.* 7. §. *f. de lib. causa. vid.* 83. *de condit. & demonstr.* 5. *de* D

in jus voc. 11. §. 9. *ad L. Jul. de adult.* 6. *de his, qui sunt sui.* 29. *de probat. Masc. de prob. concl.* 788. *Zach. lib.* 1. *tit.* 5. *q.* 4.

SS Similes actiones instituuntur inter maritum & uxorem: 3. §. 4. *h.*

E Maritus hic convictus tenetur ad alimenta: 4. *h. L. un.* §. 5. *C. de R. U. A. L. f.* §. 5. *C. de bon. quæ lib.* 1. §. 3. *de I. & I. pr. I. de I. N. G. & C.* 5. §. 2. *h.* 1. *Timoth. V. v.* 8. probata hæc obligatio J. Civ. 5. §. 10. *h.*

S Alere tenentur parentes, & primariò Pater, 5. §. 1. *h.* quamprimum filius natus, *Carpz.* 4. *c.* 27. *d.* 5. *n.* 3. *Hahn. h.* (*Obst.* 9. *C. de patr. pot.*) alii per virilem sexum ascendentes, 5. §. 2. *L. p. h. Carpz.* 2. *c.* 10. *d.* 20. Mater, sc. patre jam defuncto, vel non sufficiente, 5. §. 2. *L. p. h. Carpz.* 2. *c.* 10. *d.* 19. (aliàs repetit actione negotiorum gestorum à marito, non etiam ab ipsis liberis, ac hæredibus, quibus donasse præsumitur; 11. *C. de N. G.* nisi rationes singulares confecerit, aut expressè

P fuerit protestata. *L.* 34. *de N. G. vid. Carpz.* 2. *c.* 10. *d.* 22. Ascendentes à matre, si mater pauper, aut mortua sit; 8. *h. Carpz.* 2. *c.* 10. *d.* 19. Liberos omnes, cujuscunque sexus aut gradus, *l.* 5. §. 1. 2. 3. *l.* 8. suos & emancipatos, naturales & legitimos. *Aut. Licet. C. de nat. lib. Carpz.* 2. *c.* 10. *d.* 18. & 21. NON etiam incestuosos, (quibus alimenta Jure Civ. non possunt præstari. *Aut. Ex complexu. C. de incest. nupt.* Jur. Can. autem debentur: *c.* 5. *x. de eo, qui dux. in matr. quam poll. per adult.*) aut qui ipsi habent patrimonium, *Carpz.* 2. *c.* 10. *d.* 18. *num.* 5. 6.

D aut ipsi acquirere possunt. 5. §. 7. *h.*

Alimenta hîc significant omne, quod ad vitæ sustentationem est necessarium, & sumptus studiorum, (quæ communiter alimentorum nomine non veniunt, *vid. tit. de SCt. Macedon p.* 252. & 520.) pro modo facultatum, h. e. non substan-

SS tiæ, sed fructuum ac redituum. 5. §. 7. 10. 12. & 19.

Naturali ratione etiam liberi egenis parentibus subveniant. 5. *pr.* & §. 1. 2. 15. *h.* 8. §. 5. *C. de bon. quæ lib. vid. Enenck. de priv. parent. &c. Coler, de aliment. Surdus, de aliment.*

DE INSPICIENDO VENTRE, CUSTOD. PARTU.

XXV. 4. 5. 6.

EDictum Prætoris hâc de re est *in L.* 1. §. 10. *h.* aliud rescriptum *in L.* 1. §. 1. *h. vid. Bach. & Hahn. hîc & ad seqq. tit.*

DE

DE CONCUBINIS. XXV. 7.

Concubina sive focaria, 2. *C. de don. int. vir. & uxor.* 3. *C. de condit. insert.* est, quæ uxor quidem non est, ejus loco tamen cum aliquo in domo ejus vivit, ac corpus miscet: 144. *de V.S.* quæ conjunctio Jure civ. non est prohibita: 5. *C. ad SCt. Orfic.* 3. §. 1. Debet esse vel ingenua; sed quæ obscuro loco nata, aut quæ pudorem vulgavit, (aliàs enim stuprum committeretur tali cohabitatione: 3. *pr. h. L.* 24. *de R. N. vid. tamen Connan. lib.* 8. *c.* 13.) vel liberta: Et quidem una tantum est licita, *Gloss. in L. un. C. h. Wesenb. h. n.* 3. modo non fuerit anteà in concubinatu patris, vel filii. 1. §. 3. *h.* 2. *C. de in jus voc.* f. D S

Concubinatus J.can. est prohibitus. *c. nemo. c. meretrices. t.* 32. *q.* 4. *Panorm. & DD. in c. inter opera. de sponsal. v. L.* 29. *C. de adult.* 2. *C. de donat. inter vir. & uxor.*

DE TUTELIS. XXVI. 1.

Tutela, [*vid.* 3. *de I. & I.* 15. *de impens. in res dot. fact.* 101. §. 2. *de condit. & demonst.* 5. *C. de curat. furios.* 23. *de R. J.* §. 1. *J. h.*] est vis ac potestas in capite libero ad tuendum eum, qui propter ætatem se defendere nequit, jure civili data & permissa. §. 1. *I. h. vid. ibi Bach. Ludvv.* D

A causa efficiente est vel testamentaria, vel legitima, vel dativa: 52. *C. de Episc. & Cler.* nam materna, Jure Codicis est †
A dativa, Jur. Nov. legitima. A fine tutor est vel * Honorarius, qui constitutus est honoris ergo, non ut administret, sed ut sit quasi inspector, &c. reliquorum: 3. §. 2. *de adm. tut.* †
a„ [*Diss. Wes. h. n.* 5.] * Notitiæ causa constitutus, qui constitutus est, ut non administret, sed ut reliquos tutores informet: 14. §. 6. *de solut.* 32. §. 1.
a. *de test. tut.* * Administrationis gratia constitutus, qui simpliciter tutor dicitur. 14. §. 1. *de solut.*

Agendum de tutela constituenda in genere hoc tit. Est autem origine Juris naturalis sive Gentium, §. *p. I. de Attil. tut.* determinatio Juris civilis: §. 1. *I. h.* defertur diversimodè. *ut in seqq.* C

Possunt esse tutores vitricus, 32. §. 1. *de adopt.* 2. *C. de interdict. matr. f. C. de contrar. jud. tut.* infamis, 1. §. 6. 8. *de postul. L. un. C. de infam.* & generaliter omnes compellun- S
B tur ad hoc munus: *f. pr. C. de admin. tut.* nisi * impediantur, ut furiosus, 40. *de R. J. vid.* §. 2. *I. qui test. tut. dari. L.* 11. *h.*

mente

mente captus, impubes, surdus & mutus, *propter* 1. §. 2. 3. *h.* 9. §. 5. *de autor. tut.*

* prohibeantur, ut (1.) Servi, 7. *C. qui dar. tut. poss.* 32. *de R. I. vid. tamen* §. 1. *I. & L.* 32. §. 2. *de test. tut.* non etiam homines proprii: *Stamm. lib.* 3. *cap.* 17. *n.* 2. (2.) Mulier, *f. h. junct.* 2. *de R. I.* 18. *C. de procurat.* excipe tamen matrem & aviam: *N.* 118. *c.* 5. *de quo infr.* (3.) Minores: *f. C. de legit. tut. vid.* §. 2. *I. qui test. tut.* (4.) Prodigi: 1. *de curat. furios.* 12. §. 2. *de tut. & curat. dat. f. C. de legit. tut.* etiam mater: *Carpz.* 5. *Resp.* 80. *n.* 23. (5.) Milites: 31. *C. locat.* 4. *C. qui dare tut. poss.* (6.) Monachi, (licet Clerici non sint) Episcopi, Presbyteri, Clerici: &c. 52. *C. de Episc. & Cler. vid.* tamen nonnullam mutationem *in N.* 123. *c.* 5. *& Aut. post. L.* 52. *C. de Episc. & Cler.* hodie Lutherani Clerici volentes admittuntur: (7.) Creditores & Debitores pupilli, de Jure novô, *N.* 72. *c.* 1. 2. 3. (secus de Jure Digest. & Cod. 8. *C. qui dar. tut. poss.* 7. *C. de excus.*) neque possunt testamento dari propter generalitatem dictorum capitum & rationes: (hodie dari potest, modo testator sciverit esse debitorem: *vid. Bardili, concl.* 1. *th.* 8.) *item propter N.* 94. *præfat. c.* 1. ubi excipitur tantùm mater ac avia, (*Diss. Carpz.* 2. *c.* 11. *d.* 19. *Wes. h. Ludvv. propter* 7. *pr. C. de curat. furios.*) neque à magistratu, propter easdem rationes: *vid.* 1. §. 1. *de feriis.* 26. *pr. de test. tut.* (*Diss. Carpz.* 2. *c.* 11. *d.* 20.) ¶. licet modicum sit debitum. *Finckelth. O.* 28. *n.* 10. (*Diss. Carpz. d. l. d.* 19.) Si sic prohibitus tutelam susceperit, perdit Creditor actionem, Debitor exceptionem solutionis, tempore administrationis ejusmodi factæ, *N.* 72. *c.* 4. ac præterea removentur tanquam suspecti: *arg. N.* 72. *cap.* 3. *in f.* 25. *de procur.* Modo (1.) tutelam susceperit ipso actu, (2.) tacuerit creditum, vel debitum, licet sit notorium: *Finckelth. O.* 28. *n.* 15. (*Diss. Carpz.* 1. *c.* 11. *d.* 19. *n.* 6.) (3.) quod tempore tutelæ susceptæ jam adfuerit: *N.* 72. *c.* 4. nam aliàs curator tantùm adjungitur. *N.* 72. *cap.* 2. (8.) Judæi etiam non debent Christianorum tutores fieri, (licet hoc LL. Civ. permissum sit. 15. §. 6. *de excus. tut.*) *arg. N.* 72. *cap.* 3. 36. *de excus. cap.* 23. *x. de test. Finck. O.* 84. *n.* 7. 37. 38. *cap.* 13. *x. de Judæis. Stamm. lib.* 1. *tit.* 5. *c.* 1. *n.* 18.

P Constituuntur tutores * principaliter personæ pupilli, 12. 14. *de test. tut.* sive illius, qui est impubes, & sui juris. *L.* 239. *de V. S.* (vid. impropriè *in L. f.* §. 2. *de V. O.* 4. *C. de necess. serv. hered.* Hujus ætatis 3. sunt gradus: Infantia ad im- G

pletio-

pletionem VII. anni, 18. *C. de jur. de lib.* Infantiæ proximitas, ac pubertati proximitas; quarum determinatio Judici relinquitur, pro capacitate doli, *L.* 111. *de R. J. L.* 23. *de furt.* non ex annis, ſed aliis circumſtantiis facienda: *Carpz. q.* 143. *n.* 30.) e. g. cujus pater eſt bannitus; *f. pr.* & §. 1. *C. de ſent. paſſ.* non etiam, cujus pater eſt ab hoſtibus captus: 6. §. *f.* nam hic habet jus poſtliminii, ille non.

C. * minus principaliter bonis eorum. §. 17. *I. de excuſ. tut.* 12. 13. *de teſt. tut.* (*Obſt.* 15. *de teſt. tut.*)

DE TESTAMENTARIA TUTELA. XXVI. 2.

INter ſpeciales tutelas primùm occurrit Teſtamentaria: 11. *h.* 9. §. 1. *de tut. & rat. diſtr. arg.* 7. *pr. C. de curat. furioſ.* 3. §. 1. *de adm. tut. N.* 118. *cap.* 5. quæ à parentibus, jure patriæ poteſtatis, liberis ſuis impuberibus in teſtamento conſtituitur. D

Introducta eſt LL. XII. Tab. 1. *pr.* ex legitima teſtatoris diſpoſitione. 3. §. 1. *h.* Conſtituit *PARENS*, qui habet in poteſtate, *propter* 1. §. 1. *de confirm. tut.* 7. *C. de curat. furioſ.* h. e. aſcendens, cujuscunque gradus. 4. §. 2. *de in jus voc.* 51. *de V. S.* *NON* etiam patronus: 1. §. 1. *verſ. ſi autem de confirm. tut.* interdum tamen hujus datio confirmatur: 4. *de confirm. tut.* Neque pater emancipator; §. *f. I. de tut.* ejus datio tamen confirmatur ſine inquiſitione: §. *f. I. de tut.* Neque mater; §. 10. *I. de adopt.* cujus datio tamen confirmatur interdum ex neceſſitate, interdum ex voluntate. 4. *h.* 2. *de confirm. tut.* 4. *C.* *TESTAMENTO*, 1. *pr.* codicillis teſtamento confirmatis: 3. (non etiam aliis modis, ex. gr. in Epiſtola, 1. §. 1. *ff.* 2. *C. de confirm. tut.*) modò validum ſit teſtamentum; nam eo deſtituto, evaneſcit tutoris datio: 9. reſciſſo per querelam inoff. Jure ff. omnia capita vitiantur; 28. *de inoff. teſt.* hodie tamen non: *Nov.* 115. *c.* 3. *inf.* In teſtam. privil. inter liberos dari poteſt, (*Diſſen. Hahn. h. circa fin.* ¶. *propter* 2. *C. de confirm. tut.*) *PURE*, vel ſub conditione: ex die, vel ad diem. 8. §. 1. 2. *h.* 14. §. 3. *de tutel. vid.* 6. §. 1. *de tutel.* C Q Q

Conſtituuntur omnes, qui conſtitui non impediuntur, nec prohibentur; Nam neque dare poteſt eum, qui LL. prohibetur: 55. *de leg.* 1. *L.* 1. §. 1. *ubi pup. educ. deb.* E

26. *pr.*

26. *pr. de test. tut.* Illud hic singulare est, quod dari possit suo modo furiosus, minor, 10. §. 3. *h. L.* 11. *de tut.* servus. *vid.* 22. *h.* & 15. *de jurisdict.* §. 1. *I. qui test. tut.* 22. *de condit. instit. L.* 10. §. 4. *h. junct.* §. 1. *I. h.* alterius jurisdictioni subjectus: 32. *h.* quod secus est in aliis tutelis. *f. de jurisd.*

O *LIBERIS*, 1. *pr.* Primi & secundi &c. gradus: Masculis & fœminis: Natis & nascituris: 1. *pr.* §. 1. *h. vid. tamen* 56. §. 1. 220. *de V. S.* 16. *h.* 45. *de leg.* 2. §. *f. I. h.* 84. 201. *de V. S.* (si quis dixerit, meinen Kindern/ etiam nepotes continentur: *Foman. ad J. D.* 5. *th.* 12.) modò posthumi vivi nascantur; nam alias non nascitur tutelæ actio, sed negotiorum gestorum: 19. §. 2. *h.* 29. *de N. G. IMPUBERIBUS* in patria *POTESTATE* constitutis, 1. *pr. h.* 1. §. 1. *de confirmat. tut.* (Naturalibus tamen & emancipatis datus confirmatur, 26. §. *f.* si aliquid iis relictum, 7. *de confirm. tut.*) post mortem testatoris in alienam potestatem *NON RECASURIS*, licet sint exheredati. 4. *h.* 10. §. 2. *in f.* 31. *h.*

DE CONFIRMANDO TUT. XXVI. 3. VEL CURAT.

D Tutela confirmata est, quæ non ritè in testamento constituta, posteà à magistratu est confirmata; sive vitium sit in causa efficiente: *de quibus hactenus*, sive quod tutor datus sit in testamento imperfecto; &c. 1. §. 1. *L.* 3. *ff.* 2. *C.* vel liberis puberibus: &c. 1. §. *f. h. p. de cur. fur.* (Si tutor nominatus sit, qui constitui non potest, datio non valet, neque potest datus confirmari: *arg.* 1. §. 1. *de feriis. ut t. præc. in P.*)

Q Hæc confirmatio fit * vel simpliciter, si constituit aliquis ascendentium per virilem sexum: sed non ritè; 1. §. 2. nisi circumstantiæ aliud suadeant. 8. 9. 10. *h.* A

* vel cum inquisitione, si maternus aliquis vel extraneus constituit: 1. §. 2. tum enim confirmat superior magistratus cum inquisitione, inferior cum satisdatione. 2. 5. *h.* Hodie omnium tutorum confirmatio necessaria est, *R. I. de anno* 1548. & 1577. *tit.* Von der Pupillen und Minderjährigen *Tutorn.* §. 32. 2.

I.n

E Hinc confirmatus tutor participat aliquid de testamentario. *v.* 27. *de test. tut.* 32. *de excus.* dativus tamen est, quia esse suum à magistratu habet; 26. §. *f. de test. tut.* 16. *pr. de cur. furios. v.* 1. 4. *C. de test. tut.* nam à causa efficiente sumta hæc divisio, præfertur legitimis.

DE

DE LEGITIMIS TUTORIBUS. XXVI. 4.

TUtela legitima est, quæ, deficiente testamentaria, à sola D
Lege, sine hominis facto, immediatè constituitur. *Ul-*
A *pian. fragm. tit. de tutel.* §. 3. *l.* 5. *pr. h.* * Extraordinaria irregu- †
laris, quæ contra communes juris regulas defertur: dicitur
etiam anomala: Sic mater & avia præferuntur omnibus legiti-
mis ordinariis. *Nov.* 118. *c.* 5. *contra L.* 1. *C. quando mul. tut. off.*
Collateralibus; non etiam adscendentibus, *L.* 2. 3. *C. quando*
mul. tut. off. fug. (nam quoad hos dd. LL. per d. N. non sunt
mutatæ: *v.* 27. *C. de testam. Carpz.* 2. *c.* 11. *d.* 13.) neque con-
firmatis. *arg.* 27. *de testam. tut.* Est igitur tutela materna, quæ D
deficiente testamentaria, à Lege, matri, vel aviæ, volentibus,
ac juri suo renunciantibus, defertur. *d. c.* 5. Jure π. & Cod. hæc N
species est dativa. *L. f. de tut.* 2. *f. C. quando mul. tut. off.*
(*Obst.* 6. *C. ad SCt. Tertull.*)

Defertur Lege, sc. *N.* 118. *c.* 5. (neque eam removet sola te- C
statoris prohibitio, *arg. L.* 11. *de R. I. Diss. Bach. ad. W. h.*) pri- S
mùm Matri, deinde Aviæ, *Nov.* 118. *c.* 5. aut duabus aviis simul;
L. 9. *h. N.* 118. *c.* 5. *in f.* (non etiam novercæ, 69. *de leg.* 3. *L. f.*
C. de his, qui ven. ætat. neque aliis personis *dd. LL. junct. N.* 118.
c. 5.) nisi aliud quid, ex. gr. furor impediat. Hoc singula-
re est hìc, quod admittantur mater & avia debitrices, &c.
Nov. 94. *c.* 1. Ad tuendos etiam naturales & vulgo quæsitos: O
f. C. quando mul. tut. off. N. 89. *c.* 14. Modo renuncient (1.) R
Futuris nuptiis: quod olim jurato fiebat, *N.* 94. *c.* 2. hodie
non: Ad nuptias tamen transiens desinit esse tutrix: *N.* 94. *c.* 2.
(2.) SCto Vellejano: *N.* 118. *c.* 5. (3.) Omnibus & singulis
LL. beneficiis ac privilegiis in favorem sexus muliebris in-
troductis: *N.* 94. *c.* 2. quod fieri debet coram actis sc. coram
Judice. *N.* 118. *c.* 5. *in med.* * Ordinaria sive regularis D
est, quæ, secundum communem juris ordinem, cognatis proxi-
mioribus defertur: Olim diversæ erant species: *vid. Inst. lib.* 1.
tit. 15. *& seqq.* Novô jure, sublatâ parentum, patronorum †
& fiduciaria, unica legitimæ tutelæ species superest.

Lex, 5. *pr. h.* olim vocabat agnatos tantùm, §. 1. *I. L.* 7. C
h. Hodie cognatos in genere: *N.* 118. *c.* 5. Præferuntur ta-
men proximiores, non ratione gradus; sed successionis: *N.*
118. *c.* 3. *&* 5. hìc æquales ad successionem omnes fiunt tu-
tores

tores, 9. *h. N.* 118. *c.* 5. & unus administrat, periculo omnium : *d. c.* 5. modo ille proximus sit habilis. 10. 11. *h. N.* 118. *c.* 5. *v.* 10. §. 7. *de excusat.*

DE TUT. ET CUR. DAT. AB HIS, QUI JUS DANDI HABENT, ET QUI, ET IN QUIBUS CAUSIS SPECIALITER DARI POSSUNT.

XXVI. 5.

SI actu non adsit alius tutor testamentarius, vel legitimus, tùm locus est tutelæ dativæ : 52. *C. de Episc. & Cler.* 7. *ff. rem pup. salvam fore. v.* 10. *h.* 11. *pr. de test. tut.*

C *DANTUR* à magistratu competente, scil. cui hoc specialiter concessum : 6. §. 2. *de tutel.* hodiè ab iis, qui habent jurisdictionem ordinariam, etiam inferiorem, die Erb-Gerichte. *Fr.* 1. *Ref.* 16. *n.* 4. (Immediatis à Camera, vel Imperatore. *Gail.* 1. *O.* 1. *n.* 47.) cujus potestati pupillus est subjectus, vel ratione domicilii, *v.* 3. *C. de municip. Carpz.* 1. *d.* 1. *Perez. ad tit. C. de municip.* vel ratione bonorum : *L. un. in f. C. ubi pet. tut. vel cur.* 27. *h.* inter hos præfertur judex domicilii : *d. l. un.* Si autem pupillus bona habeat ultra centesimum lapidem, tum judex ratione bonorum illorum tutorem alterum adjungit. §. 17. *I. L.* 21. §. 2. *de excus.* Tutoris datio olim, cùm privilegiaria erat, mandari non poterat : 1. *de off. ejus, cui mand. jurisd. L.* 8. *h.* hodie potest. *R. I. de anno* 1548. 1577. Von der Minderjährigen *Tutorn.*

Q Dantur *PURE*, 6. §. 1. *de tutel.* omni tempore & loco : 3. §. 3. *de tutel.* 8. §. 2. *h.* 2. *de feriis,* ad petitionem aliorum, (*de quo in seq. tit.*) vel ex officio 2. §. 2. *qui pet. tut.* 6. *C. qui dar. tut. R. I. de anno* 1548. & 1577. *tit.* 32. 4. §. 8. *de damn. in-*

S *fect. OMNES*, qui nec impediuntur, nec prohibentur : 7. *C. qui dar. tut.* modo sint ejus Jurisdictioni subjecti : 1. §. *f. L.* 3. *h.* 5. *C. qui dar. tut. L. f. de jurisd.* (*Obst.* 10. *de tutel.*) Unde magistratus se ipsum non constituit : 4. *h. v.* 25. *de procur.* 21. §. *f. h.* 13. §. 4. *ad SCt. Trebell.* Si tamen in sua civitate non sit idoneus, eligit alterius loci civem, nomenque ejus mittit magistratui ejus loci, ut ipse eum constituat ac confirmet : 24. uni pupillo plures tutores, 23. etiam invitum ac absentem ; *arg.* 26. *de R. J.* 5. *h.* non etiam, quem pater prohibuit, 21. §. 2. aut qui se ingessit, 21. §. *f.* aut qui moribus reprobus. 21. §. 5.

P Pupillis suæ jurisdictioni subjectis, *ut supr. in C.* præsentibus, absentibus, ignorantibus & invitis. 5. 6. *h.*

QUI

QUI PETANT TUT. VEL CUR. ET UBI PETANTUR. XXVI. 6.

A B PETUNT tutores * ex *NECESSITATE* *(1.) *MATER.* 2. §. 1. *h.* §. 6. *I. ad SCt. Tertull.* 2. §. 23. *ff. eodem.* 3. 6. *C. eodem* 10. *C. de legit. hered.* Si tutor aut non ſit conſtitutus, aut quovis modo deſierit. 4. §. 2. aut non ritè fuerit conſtitutus, e. g. in epiſtola: 4. *pr.* Et petere debet b. f. ſc. legitimos & idoneos: 2. §. 1. Nam alioquin privatur ſucceſſione legitima liberorum: 2. §. 1. *h.* 10. *C. de legit. hered.* 2. §. 23. *ff.* 3. 6. *C. ad SCt. Tertull.* Modò (α.) liberi deceſſerint intra pubertatem: 3. *C. ad SCt. Tertull.* 10. *C. de legit. hered.* nam puberes facti potuerunt teſtari, adeoque, ſi hoc non fecerunt, videntur matri injuriam remiſiſſe: 8. §. 1. *de jure Codicill.* (β.) Mater tutores non petierit intra annum: §. 6. *I. ad SCt. Tert.* 10. *C. de legit. hered. Carpz.* 2. *c.* 11. *d.* 15. (*Diſſ. Bach. Vinn. ad d.* §. 6. *propter L.* 2. §. 23. *ad SCt. Tertull.* 35. 38. & 43.) nam intra annum poteſt excuſari: *l.* 2. §. 43. *ad SCt. Tertull.* (γ.) Mater ſit XXV. annis major: nam aliàs reſtituitur in integrum, & licet ei hoc jus ignorare: 2. *C. ſi adverſ. delict. f. C. h.* (δ.) Tutores dativos non præcedant teſtamentarii vel legitimi. 9. *C. vid. Carpz.* 2. *c.* 11. *d.* 15.

b,, * (2.) *IDEM* omninò obtinet etiam in omnibus proximis cognatis, qui ſperant ſucceſſionem. 10. *C. de legit. hered.*

b. * (3.) *LIBERTI* patronorum liberis impuberibus: qui, ſi hoc negligentiâ vel malitia omiſerint, à magiſtratu extraordinariè puniuntur. 2. §. 1. *h.*

a. * *LIBERA VOLUNTATE* reliqui cognati, amici, &c. 2. *pr.* & hi repetunt ſumptus actione Negotiorum geſtorum: 2. *C. de N. G.* modò alius non adfuerit, qui propriis ſumptibus illud feciſſet. 2. *C. de N. G.* Poteſt etiam creditor, cum pupillo acturus, ceſſantibus neceſſariis, tutorem ei petere. 2. §. 3. *h.* Nemine petente, magiſtratus ex officio conſtituere ſub pœna tenetur. *R. I. de anno* 1548. & 1577. *tit.* Von der Minder-Jährigen *Tutorn &c.*

DE ADMIN. ET PERIC. TUT. ET CUR. QUI GESSERINT, VEL NON, ET DE AGENTIBUS VEL CONVENIEND. XXVI. 7. UNO VEL PLUR.

IN tutela conſtituta, [*vid. ſupr. tit. de tutel.*] conſideratur actus exiſtentiæ : [*de tut. finita agetur poſt Tit. IX. lib. XXVII.*] Officium tutorum eſt, ſi quidem Notitiæ gratia dati ſint, admonere alios : 14. §. *6. de ſolut.* Honorarii vero in vitam contutorum inquirant, eosque, ſi cauſa ſubſit, accuſent ſuſpectos : nam alioquin ipſi tutelæ actione conveniuntur : 3. §. 2. Poſſunt etiam de J. civ. ſi velint, adminiſtrare ; 49. *de A. vel O. H.* 14. §. 1. *de ſolut.* niſi teſtator hoc ſpecialiter prohibuerit. 14. §. 1. *de ſolut.* 4. *de aut. tut.*

Adminiſtrare dicitur tutor, ſi pupillus non intervenit. 1. §. 3.

J.n Hodie, antequam tutores adminiſtrare poſſunt, ſemper A
R requiritur * (1.) *DECRETUM* magiſtratus, *R. I. de anno* 1548. 1577. *tit.* 32. qui tutores dare poteſt : 5. §. 12. *de reb. eor. qui ſub tut. vid. Fr. lib.* 1. *Reſ.* 17. *n.* 5. *Gylmann. voc. Tutela.* Ante geſta ſunt ipſo jure nulla ; *Mynſ.* 2. *O.* 37. *Vol.* 2. *Conſil. Arg.* 9. *n.* 7. 8. niſi quæ moram non admittunt ullam : *arg.* 7. *pr.* Hoc probant tutores per tutorium : *Carpz.* 3. *Reſp.* 14. *n.* 1. 2. niſi tutor conſtitutus ſit ab eo judice, coram quo agitur, *c.* 3. *extra de teſt. cog. Carpz. d. l. n.* 8. quod requiritur etiam in teſtamentario. *Vult. Jur. Rom. lib.* 2. *c.* 30. ¶. [*Diſſ. Gail.* 1. *O.* 107. *n.* 3. *Berl. p.* 1. *concl.* 16. *n.* 6. ¶.]

R *(2.) *INVENTARII* confectio : *R. I. de anno* 1548. *tit.* von den Pupillen. 7. *pr. h.* 24. *C. h. Mynſ.* 2. *O.* 37. ante acta ſunt ipſo jure nulla ; *Mynſ.* 2. *O.* 37. niſi quæ moram non ferunt : 7. *pr.* Omiſſio inventarii dolo facta cenſetur: 7. *pr.* [indeque tutor tenetur ad omne intereſſe, quod æſtimatur in litem jurando, 7. *pr.* ac, ut ſuſpectus, removetur cum infamia, *f.* §. 1. *C. arbitr. tut.* vel etiam extraordinariè coërcetur : *d. l. f.*] niſi juſtum impedimentum probetur : 7. *pr.* e. g. prohibitio patris : 2. *C. de alim. pup. præſt.* 2. *C. quando & quibus quarta debetur,* tum enim ſufficit privata rerum conſignatio, *Carpz.* 2. *c.* 11. *d.* 4. niſi judici aliud fuerit viſum. *v.* 8. 10. *de confirm. tut.* 1. §. 1. *ubi pup. educ. deb.* 3. §. 3. *h. Carpz.* 5. *Reſp.* 82. *n.* 4. a,,

R *(3.) *JURAMENTUM. Ord. Imper. de a.* 1548. & 1577. a,,

& 1577. *tit.* 32. §. *item* daß er ꝛc. Formula ejus est in *Ord.Cam. p.* 1. *t.* 76. *vid. Carpz.* 2. *c.* 11. *d.* 6. *n.* 4.

a. * (4.) *SATISDATIO de qua ad lib.* 46. *tit.* 6. R

His concurrentibus ac præstitis, tutor administrare tenetur: Si *PLURES* sint, rectius quidem unus vel pauci administrant: prætor tamen sic volentes etiam omnes admittit; *L.* 3. §. 6. 8. *h.* Præfertur tamen qui satisdationem offert. §. 1. *I. de satisd. tut. Carpz.* 5. *resp.* 82. *in f. v. d.* §. 1. *I.* Si omnes admi-

B nistrant * pro diviso, scilicet pro regionibus aut pro partibus, 3. §. *f.* 4. tùm singuli suam partem administrant: *f. C. de auth. præst.* 2. *C. si ex plur. tut.*

b. * pro indiviso, sufficit unum aliquid gerere, reliquis ignorantibus aut absentibus: 3. *pr.* 24. §. 1. *h.* 4. *de aut. tut. f. C. eodem.* 1. *C. si ex plur. tut.* 7. *in f. de curat. furios. Carpz.* 1. *d.* 26. *num.* 11. 12. [*Diss. Richt.*] modo reliqui non contradixerint. 7. *in f. de curat. furios.*

Officium tutorum principaliter versatur circa pupilli personam, 14. *de test. tut.* 30. minus principaliter circa bona administranda. *ut supr. tit. de tutel. P. vid. infr. lib.* 27. *t.* 9. O

c. Tutor * *POTEST* omnia administrare absque pupillo, instar Domini, 27. *h.* etiam in judicio: 1. §. *f.* 22. *v.* 23. modo administret, non etiam pupillum spoliet. 7. §. 3. *pro empt.* [Excipiuntur tamen certi casus, ubi necessario pupillus agit, tutore authore: ut [1.] Procuratoris constitutio ante lit. contest. 1. *de procurat.* [2.] Hereditatis acquisitio. 90. *de A. v. O. H. v.* 5. *&* 15. *C. de jur. delib.* nisi pupillus adhuc sit infans: 18. §. 2. *C. de jur. del.* Bon. possess. tamen petit ac agnoscit. 8. 11. *de B. P.*] nam donare non potest. 22. *h.* 7. *pr. de don.* quod si fiat, dominium non transit; 16. *C. h.* 16. *C. de præd. & al. reb. min.* nisi sint tutores illustrium aut nobilium, *Gail.* 2. *O.* 72. *n.* 8. [nam hi modicè donare possunt nomine pupilli: 12. §. 3. 13. *pr. h.* 7. §. 3. *de don. c.* 1. *x. eodem. Carpz.* 2. *c.* 11. *d.* 28. *n.* 4.] aut donent ex justa causa, 12. §. 3. *Panciroll. var. lect. ad L.* 13. §. 2. *h.* 1. §. 2. *de tut. & rat.* aut propter summam pupilli utilitatem. 12. §. 3. *Gail.* 2. *O.* 72. *Carpz.* 2. *c.* 11. *d.* 48.

c. * *NECESSARIO* debet utilitatem pupilli intendere, e. g. petat bon. poss. 8. *de Bon. poss.* Si pecuniam sinit otiosam, usuras præstare tenetur, 7. §. 3. 15. *h.* aut extra ordinem coërcetur. 49. modo debitorem idoneum, aut prædia venalia invenerit. 12. §. *f.* 7. §. 3. *h.* 3. *C. de usur. pup.* quod pupillus probare tenetur, *Carpz.* 2. *c.* 11. *d.* 43. & satis probat, si tutor propriam pecuniam

benè collocavit: 13. §. 1. *vid.* 10. 33. *h.*) quod tamen aliquo modò est mutatum in *N.* 72. *c.* 6. *& Aut. Novissimè. C. h.* Hodie generali ferè consuetudine puniuntur tutores ob pecuniam otiosam: *Carpz.* 2. *c.* 11. *d.* 22. 42. *Hahn. h. n.* 4. *Fr.* 2. *resol.* 10. *n.* 30. *& seqq.* Debitum exigat ac solvat: inde liberatio ipso jure contingit: 15. 46. §. *f.* Hodie decretum quandoque ad hoc requiritur: 25. *C. Carpz.* 2. *c.* 11. *d.* 45. *L.* 9. §. 5. 7. Transigit. *vid. supr. de Transact. p.* 54. Actorem constituit suo periculo, 5. §. 3. 55. *pr.* hodie absque magistratus decreto: *Carpz.* 3. *Resp.* 14. *n.* 7. *vid. supr. de procurat. p.* 67. Præstat levem culpam; 7. *C. arbitr. tut.* interdum tamen tantùm latam: 7. §. 2. *h. l.* 2. *C. arbitr. tut.* Moneat pupillum, ut curatorem petat. 5. §. 5. Novum opus nunciat. 7. §. 1. *de oper. nov. nunc.*

DE AUCTOR. ET CONSENSU XXVI. 8. TUT. ET CURAT.

D AUctoritas hîc est expressa à tutore præsente purè & in continenti facta approbatio ejus, quod ab alio cum pupillo geritur. §. 2. *I.*

C Requirit eam Jus Civ. interponit *TUTOR VERUS*, (de falso tutore agetur *ad tit. seq.* 6. *lib.* 27.) Supplet etiam interdum tutoris auctoritatem magistratus, scil. si res ad sui perfectionem aliàs non requirit decretum: *f. C. Si propter pensit. publ.* 7. §. 2. *de min.* 7. *C. qui admittit ad bonor. possess.* tùm enim subsistit negotium per tuitionem prætoris. 1. §. 5. *quod fals. tut. vid. Bets. de statut. pact. & consuetud. famil. nobil.* Si plures sint tutores, quid juris? *vid. praced. tit. PRÆSENS*, 9. §. 5. *h.* §. 2. *I.* corpore ac animo. 1. §. 1. *L.* 14. [*Diss. Bachov. & Hahn. ad W. h. n.* 5. *Bach. V.* 2. *D.* 8. *th.* 6. *lit. E. propter* 25. §. 4. *de A. v. O. Hahn.* 31. *de usucap.*) Nolente tutore auctoritatem præstare in re notoriè utili magistratus eam supplet: *arg. f. C. in quib. caus. in integr. rest. necessaria non est.* Tutor interim tenetur actione tutelæ. 17. *h.*

O In negotiis à pupillo cum alio gestis; Hinc requiritur (1.) in pupillo aliquis intellectus, (qui adest post annum VII. §. 10. *I. de inut. stip.*) quod tamen remissum in possessione acquirenda. 32. §. 2. *de A. v. A. P.* (2.) Ut res sive negotium geratur, & quidem in judicialibus semper requiritur auctoritas: 4. *C.* [hodie tamen in minoribus criminaliter accusatis necessaria non est. *Clar. prax. crim.* §. *f. q.* 50. 55.] idem est in extrajudicialibus, ubi

ubi obligatur, 9. §. 2. aut in genere conditionem suam deteriorem facit: *pr. I. h.* nam nisi hic interveniat auctoritas, negotium est ipso jure nullum, neque pupillus naturaliter obligatur; 41. *de cond. indeb.* 59. *de O. & A.* nisi sit locupletior factus. 13. §. 1. 14. *de condict. indeb. &c. vid. ad tit. de pact. S. p.* 48. (3.) Ut cum tertio geratur: nam in suam rem tutor auctor fieri non potest, 1. 7. *f. h.* 34. §. *f.* 46. *de C. E. V.* & emens à pupillo, (non etiam à contutoribus, vel sub hasta: vel à creditoribus distrahentibus, *dd. LL.* 5. §. 2. 6. *Carpz.* 2. *c.* 11. *d.* 33. *& lib.* 2. *Resp.* 70. 77. *n.* 12.) licet per tertiam personam, *d. L.* 46. amittit rem, ac quadruplum pretii solvere tenetur. 46. *de C. E. V.*

Negotium auctoritate tutoris gestum ipso jure valet; 13. Læsus pupillus tamen restituitur in integrum, vel contra tutorem agit, prout elegerit. *f. & t. t. C. si tut. vel curat. interven.* E

Hodie soli tutores plerumque res pupilli administrant. *Fr. Ex.* 3. *q.* 4. *inf.* I. n

QUANDO EX FACTO TUT. VEL CURAT. MIN. AGERE VEL CONVENIRI POSSIT. XXVI. 9.

A Hic explicatur (1.) * An & quatenus ex facto tutoris pupillo res acquiratur? Sc. acquiritur pupillo possessio, ac per eam dominium, sc. si pupilli nomine emta: 1. *C. per quas person.* 1. *C. de A. & R. P.* 20. §. *f. de A. R. D.* nam si suo nomine tutor pecunia pupilli emit, tutori quidem acquiritur; 6. *C. de R. V.* potest tamen pupillus utiliter vindicare, 2. *C. quand. ex. fact. tut.* aut actione tutelæ pecuniam eum usuris centesimis repetere, 3. *C. arb. tut.* atque tùm etiam habet tacitam hypothecam. *vid. supr. ad tit. quib. mod. pign. tac. p.* 405.

a,, (2.) * An & quatenus pupillo contra tertium, ac tertio contra pupillum, detur actio? Sc. si contraxit

B * Pupillus auctore tutore, actiones illi & contra eum simpliciter competunt;

b. * Si tutor pupilli nomine, tùm actiones tutori ac contra eum dantur; sed tantùm ratione officii: *arg.* 19. *de R. C.* (unde tutor regulariter tutelâ finitâ non convenitur: 1. *C. h.* 26. *circ. fin. C. de adm. tut. Berl. p.* 1. *dec.* 13. *num.* 1. *Carpz.* 5. *Resp.* 77. Nisi (1.) dolum in administratione admiserit: 13.

§. 7. *de A. E. V.* 43. §. 1. *de adm. & peric. tut. Carpz. p. 2. c.* 11. *d.* 49 *n.* 3. *Berl. d. l. n.* 2. (2.) tanquam fidejussor intervenerit: 15. *C. de adm. & peric. Carpz.* 2. *c.* 11. *d.* 94. (3.) proprio nomine quamvis de rebus pupilli contraxerit, *arg.* 67. *de proc.* 3. §. 2. *de adm. rerum ad civit. pertin. Berl. d. l.* sc. si heredum suorum facta mentio; *Berl. p.* 1. *dec.* 14. tum enim obligantur heredes, licet tutor officii mentionem fecerit: *Berl. p.* 1. *dec.* 15. modò deliberato hoc factum sit; (secus enim est, si ex communi notariorum consuetudine. *Carpz.* 2. *c.* 19. *d.* 6. *n.* 6. *Gail.* 2. *O.* 27. *n.* 24.) Pupillo autem & contra eum dantur utiles tantum, 4. *C.* maxime finita tutela: 26. *inf. C. de adm. tut.* 5. §. 1. 7. *ff.* 1. *C. h.* non etiam directæ: 11. *de O. & A. f. C. quando ex fact. tut.* 11. §. 6. *de pign. act.* nisi propter mutuum, 9. §. 8. *de R. C. propter* 53. *de A. R. D. Bach. de act. D.* 8. *th.* 11. dummodò in utilitatem pupilli versum, 3. *C.* quod probet creditor. *arg. Aut. Hoc jus in f. C. de SS. Eccles. vid. Carpz.* 5. *Resp.* 78. *n.* 4. 5. 12. Hinc etiam pupillus stare tenetur contractibus à tutore initis: *Carpz.* 5. *Resp.* 78. *n.* 4. 5. modo tutor b. f. contraxerit; nam si dolo aut culpa, pupillus non potest conveniri; 3. *pr.* sed tantùm ipsemet. 13. §. 7. *de A. E.* nisi ex illo dolo pupillus locupletior factus, tùm enim eatenus tenetur. 13. §. 7. *de A. E.* 3. *pr.*

(3.) * De tertio effectu, an sc. & quatenus pupillus ac tutor sibi invicem obligentur, agetur ad tit. 3. *lib. seq.* a.

DE SUSPECTIS TUT. ET
XXVI. 10. CURAT.

C SUspecti sunt ex LL. XII. tab. 1. §. 2. Accusantur coram magistratu, majori sc. 1. §. 11. *ad SCt. Turpil.* cui hæc potestas est ordinaria. 1. §. 4. *h.* 4. *de offic. ejus, cui mand.* Hodie omnibus magistratibus competit, qui habent inferiorem jurisdictionem, denen die Burgerliche Gerichte zustehen. Magistratus
C. i. removet suspectos, vel ex officio, vel imploratus: Postulant

* aut juris necessitate, contutores ac concuratores, A
etiam honorarii, 3. §. 2. *de adm. tut.* 1. *C. de peric. tut.* 8. *C. h.* 2. *C. de div. tut.* nec excusantur dicentes, quod præstiterint satisdationem, 5. 6. *h.*

* aut libera voluntate, quod facere possunt regulariter omnes de populo, §. 3. *J.* 1. §. 6. etiam fœminæ, §. 3. *I. L.* 1. §. 7. & cum propinquorum consilio adolescentes, sc. extraordinaria persecutione: §. 4. *I. h.* a.

NON

NON etiam pupilli. *d.* §. 4.

Omnes tutores & curatores, §. 2. *I. L.* 1. §. 5. *h.* [Legitimis O
tamen rectius adjungitur curator; 9. si tamen removendi, illorum famæ parcetur. §. 2. *I. L.* 1. §. 5. *h. arg.* 9. *de obseq. parent.*] qui non ex fide administrant, §. 5. *I.* sive admittant dolum, sive culpam, 3. §. *f.* 4. §. *f.* 7. §. 1. latam sc. *arg.* 7. §. 1. *h. vid.* 7. *C. arbit. tut.* (*Obst.* 3. §. *f.* 4. §. *f.*) *C. J. A. h. Biccius inaur.* licet adhuc nihil administraverint, e. g. si inventarium non confecerint. 2. *C. si tut. vel curat.* 4. §. *f.* *NON* etiam suspecti fiunt propter paupertatem. 8.

Per decretum removetur: cui causa necessariò inserenda. Q
4. §. 1.

B Subjecti * postulati officium quiescit, ejusque vices curator E
b. sustinet. * condemnati officium finitur, siquidem ob dolum hoc fiat, fit infamis; 4. §. 2. sin vero ob culpam sc. latam, *vid. supr.* O. (quod etiam factum creditur, si nulla causa est addita. 4. §. 2.) non æquè. §. 6. *I.* [*Diss. Bach. Vinn. ad d.* §. 6.]

DE EXCUSATIONIBUS. XXVII. 1.

EXcusatio est imploratio officii judicis, qua quis, ob justam causam, ab onere tutelæ ac curæ se petit liberari. D

EXCUSANTUR omnes tutores & curatores, modò validè sint constituti, 13. §. 12. *h.* legitimi. 4. *C. de legit. tut.* 9. *C. qui dare tut.* testamentarii, §. 16. *I.* 2. §. 5. qui tamen propter excusationem privantur legato relicto in testamento, ubi sunt etiam tutores dati: (Secus est, si absque consideratione tutelæ ipsis aliquid legetur: 28. §. 1. 32. *in f.*) modò non promiserint pupillorum patri se se tutores futuros: 15. §. 1. *h.* 29. C
A *de test. tut.* *PROPTER* causam * veram, nam falsæ allegationes à periculo non liberant, 1. 3. *C. si tut. fals. alleg.* & ejusmodi absolutio est ipso jure nulla: 1. 3. *C. si tut. fals. alleg.* contra communia. 33. *de re jud. t. t. C. si ex fals. instr.* C.i

a. * justam: Sic liberat
B * à delata & inchoata (1.) Morbus sonticus, 10. §. *f.* 11. sc. qui rei gerendæ est impedimento: 60. *de re jud. vid. L. f.* §. 1. *de ædil. edict.* (2.) Lis superveniens de majori bonorum parte: 20. Sed hic hodie non admittitur. *Nov.* 72. *cap.* 1. (3.) Absentia reipubl. causa à suscepta liberat per tempus absentiæ, à suscipienda intra annum: §. 2. *J.* 10. §. 1. *h.*

(4.) Translatio domicilii Magistratus auctoritate facta: 12. §. 1.*h.*(5.) Assumtio in numerum consiliariorum Principis.30.*pr.h.*

* à delata tantùm, (1.) Numerus liberorum secundum *pr. I.* Hodie quinque liberant, *Schulz. ad I. h. lit. a. vid. Bach. ad pr. I. h.* (2.) Ætas, §. 13. sc. qui egressus est LXX. ann. 2.*pr.h.*3. *de jur. immun.* (3.) Numerus trium tutelarum vel curarum; *L. un. C. qui num. tut.* 2. §. *f. L.* 3. *h.* Licet pater unam tantùm, & filius ejus familias duas habeat: 4. §. *f.* 5. *h.* interdum etiam liberat una, si sit amplissima; 31. §. *f. h.Carpz.* 2. *c.* 11. *d.* 39. Modo non sint affectatæ, 15. §. 15. aut honorariæ, 15. §. 9. aut prope finem sint, 17.*pr.* aut omnino leves: *Carpz.* 2.*c.*11.*d.*39.*n.*6. (4.) Professio liberalium artium; §. 15. *I. vid. omninò. d.* §. 15. modo quis diligenter doceat: 6. §. 4. *h.*2.8.*C. de profess. & med.* 11. §. 1. *de mun. & hon. L. un. C. de colleg.* (5.) Publicum officium: Administratores fisci, & rerum principis privatarum, 41. Magistratus majores, §. 3. *I.* etiam minorum civitatum; 6. §. 16. Non etiam minores: 17.§.4. Hodie excusantur omnes Magistratus, omnesque Professores, etiam Gymnasiastæ: *DD. ad* §. 3. *& f. h.* Non etiam Doctores, quà tales: 6. §. 12. (6.) Paupertas: 7. 40. §. 1. *h.* de qua Judex cognoscit: (7.) Literarum ignorantia, cum simplicitate conjuncta: 6. §. *f.* (8.) Inimicitiæ cum pupillo, aut Parentibus ejus: 6. §. 17. *h.* (9.) Si tutor domicilium in alio loco habeat. *f.*§.2. *h.*32. *de test. tut.* (10.) Si quis tutor datus sit in loco quidem domicilii, sed respectu earum rerum, quæ sunt ultra centesimum lapidem. 21. §. 2.

* à Cura in specie liberatur, qui gessit ejus tutelam. §. 18. *I. L.* 16. *ff. h. L.* 20. *C. h. vid. infr. post. Tit.* 9. *h. lib. p.* 479.

Excusatio fieri debet coram judice competente, 3. 16. 18. 23. *C.* Intra legitimum tempus, sc. 50. dies continuos à die scientiæ, §.16.*I.*13.§.1.*&* 9.16.*h.*6.*C.* (si quis ultra centesimum lapidem habitet, in singula XX. milliaria computatur dies, §. 16. *I. L.* 3. *de V.S.*) coram Tribunali & apud acta: 25. *h.* Est tamen in arbitrio tutoris, an coram judice inferiore, an verò statim coram superiore per modum appellationis proponere velit. 4. 13. *pr.* 16. *h.* 20. *de adm. tut.* 18. *C. h.* (*Diss. Vinn. ad* §. 16. *I. h.*)

E Probata excusatione liberatur tutor: Eâ verò rejectâ, tutoris periculum est à tempore delatæ tutelæ. 20. 39. §. 6. *de adm. Tut.* 15. *C. h.*

UBI

UBI PUPILLUS EDUC. VEL MOR. DEB. ET DE ALIMENT. EI PRÆSTANDIS. XXVII. 2.

PUpillus educari debet regulariter apud Matrem, 1. *C. h.* U
N. 94. *c.* 1. niſi ad ſecundas nuptias proceſſerit: *arg.* 3.6.*C.*
de ſecundis nupt. 22. *circ. fin. C. de adm. & peric. tut. Carpz.* 2.
c. 11. *d.* 42. Si tamen Vitricus ſit vir bonæ famæ, judex, co-
A gnatis * conſentientibus, concedit, ut pupillus apud ma-
trem educetur, *Carpz. d. l. Perez. in C. d. t.*

a. * diſſentientibus, (Prætor) conſtituit, ubi educari de-
beat, 1. *pr.* 5. *h.* qui reſpicit perſonæ, cui committat, vacatio-
nem ab omni ſuſpicione; hinc non facilè concedit proximo
agnato, 1. §. 1. *inf.* propter ſpem ſucceſſionis, 2. *C. h. vid. N.*
118. *c.* 5. aut ei, qui pudicitiæ pupillæ inſidiatur, 5. aut cujus
exemplo vita ac mores pupilli corrumpuntur, & hactenus
poteſt Prætor recedere ab ultima diſponentis voluntate: 1. §.
1. Si quem eligit prætor, ille compellitur ſuſcipere pupillum.
1. §. 2. *l.* 1. *inf. C. h.*

B Educationis modus conſiſtit in * alimentorum præſtatio- O
C ne: quæ * decernuntur vel à magiſtratu, 3. *pr.* vel à tutore
ipſo: 2. *C. de alim. pup. præſt.*

c. * præſtantur à tutore, pro quantitate patrimonii
pupilli: 2. §. 1. 3. §. 1. ita, ut ex annuis reditibus ſemper ali-
quid ſuperſit, 3. §. 1. & 3. & huc reduci debet alimentorum
quantitas, vel a Patre, vel Prætore definita: 3. §. *f.* Si de ſuo
quid erogat tutor, datur illi tutelæ contraria: 2. *in f. C. de a-
lim. pup. præſt.* niſi modum exceſſerit. 2. §. 1.

b. in * proba educatione, 12.
§. 3. *de adm. tut.* 3. §. 5. & *l.* 4. *h.*

DE TUTELÆ ET RAT. DISTR. ET UTILI CURATIONIS CAUSA ACTIONE. XXVII. 3.

ACTIO TUTELÆ eſt perſonalis, civilis, qua inter pupil- D
lum & tutorem agitur de eo, quod ipſi ſibi invicem
propter adminiſtrationem præſtare tenentur: vocatur etiam H
interdum arbitrium tutelæ, quia eſt bonæ fidei, §. 28. *Inſt. de* N
act.

† *act.* Eſt perpetua. 1.§.23.*h.* 8.*C.arbitr.tut.* Eſt directa, vel contraria: illa datur pupillo, hæc tutori: (*vid.tit.ſeq.*) utraque utilis, vel directa: illæ dantur curatoribus & adoleſcentibus. Oriuntur ex quaſi contractu.

C S P Datur *DIRECTA* pupillo, ejusque ſucceſſoribus univerſalibus, 1.§.17. contra tutorem & heredes, 1.§.16.*h.*12.*C. arb.tut.* licet dolus intervenerit: 12.49.*de O.& A.v.*6.§.2.*de his, qui not. infam.* (datur etiam utilis Negotiorum geſtorum. 17.*C.arb.tut.*17.*C.de N.G.*) Hoc hic ſingulare eſt, quod propter levem culpam non detur in heredes: 1.*C.de her.tut.vel curat.* (nam alias ex perſona heredum actionis conditio non mutatur, 2.§.2.*de V.O. Carpz.*2.*c.*11.*d.*35.) niſi lis cum defuncto ſit conteſtata, aut defuncti dolus intervenerit. 1.*C.de her.tut. Hahn.h.n.*4. Si ſint plures conſtituti, ita, ut * quidam administrent, quidam non, conveniuntur etiam honorarii, ſi reliquos adminiſtrantes ſuſpectos non accuſarunt, 3.§.2.*de adm.tut.* ſc. reliquis excuſſis; *d.L.*3.§.2. * omnes adminiſtrent, ſi quidem * omnes adminiſtrationem neglexerint, ſinguli in ſolidum conveniuntur; 38.§.1.*de adm.tut.* habent tamen beneficium diviſionis, modò omnes ſolvendo ſint. 38.§.1.*de adm.tut.junct.pr.d.l.* A a. B

* quidam adminiſtraverint, quidam verò non, tùm ſinguli in ſolidum obligantur, 55.*pr.de adm.tut.* licet communi conſenſu aliqui tantum adminiſtraverint; *f.C.de divid.tut.* Si tamen agatur propter malam adminiſtrationem, tùm adminiſtrantes priùs ſunt excutiendi: *f.C.de div.tut.*6.*C.arbit.tut.*39.§.11.*de adm.& peric.tut.* ſin autem propter neglectam adminiſtrationem agatur, tùm, ceſſante beneficio excuſſionis, datur ex æquitate diviſionis. 39.§.11.*de adm.& peric.tut.Struv.Exerc.*31.*th.*39. b.

* omnes adminiſtraverint, b

* pro indiviſo, ſinguli in ſolidum tenentur, & pupillus eligit, quem primùm conveniat: 2.*C.de divid.tut.* habent tamen beneficium diviſionis, 1.§.11.12. modò omnes ſolvendo ſint. 1.§.11.12.*v.*1.*C.de div.tut.* C

* pro diviſo, ſcil. quod diviſio facta * à teſtatore vel prætore, tùm ſinguli ex ſua adminiſtratione tenentur, modo ſuſpectos maturè ac b. f. poſtularint, 2.*C.de div.tut.* * communi contutorum conſenſu, tùm ipſo jure ſinguli in ſolidum tenentur. 2.3.*in f.C.de div.tut.Carpz.*5.*Reſp.*92. ex æqui- c. D d.

æquitate tamen datur beneficium excussionis. *f. C. de div. tut. 6. C. arbitr. tut.*

E Præcipuè ad rationes reddendas, *9. C. arbitr. tut.* Jur. civ. finita tutela, *9. §. 4.* Jure Can. & hodiè quotannis. *Clem. 2. §. ut autem. de religios. domib. Rec. I. de anno* 1548. *&* 1577. *tit.* von den Pupillen ꝛc. *vid. Carpz. p. 2. c. 11. d. 2. 3.* Per rationes hic intelligitur, (*vid. 6. §. 3. de edend. 82. in med. de condit. & demonstr.*) (1.) Inventarii exhibitio: hic contra omittentem juratur in litem: *7. de adm. tut. Hahn. h.* (2.) Rationum computatio ac justificatio: 82. *de condit. & demonstr.* (3.) Residui restitutio: *d. L. 82. 111. eodem Carpz. 5. Resp. 69. n. 2. 3. 4.* interdum etiam usurarum præstatio, sc. post moram, 32. §. 2. *de usur.* aut propter versionem in proprios usus, 1. *C. de usur. pup. 7. §. 10. de adm. tut. 38. de N. G.* aut si pecuniam otiosam penes se reliquit. *vid. supr. ad tit. de adm. tut. in f.*

a. * Deinde etiam ad resarcienda damna dolo data, aut culpa lata, levi, & si se tutelæ obtulerit, aut præ contutoribus administrationem, oblata satisdatione, postulaverit, levissima: *53. §. 3. de furt. Hahn. h. n. 5. vid. Carpz. 2. c. 11. d. 24.* Contra dolosos & maximè negligentes juratur in litem; 2. 4. *C. de in lit. jur. Hahn. h.* non etiam contra heredes, nisi & ipsi sint dolosi, vel in culpa, aut lis cum defuncto contestata. 2. 4. *C. de in lit. jur. vid. supr. ad tit. de in lit. jur. P. p.* 192.

Instituitur necessariò in loco, ubi tutor administravit, 1. *C. ubi de ratiocin. 54. §. 1. de procur. 19. §. 1. 45. §. 1. de judic. propter L. 2. in f. C. ubi de ratiocin. Carpz. 2. Resp.* 33.

De subsequente infamia, *vid. §. 6. I. de suspect. tut.*

De actione hypothecaria, *vid. supr. p.* 405.

ACTIO de rationibus distrahendis est personalis, mixta, (*Obst. 1. §. 23. h.*) quâ pupillus contra tutorem agit ad duplum ejus, quod tutor ex bonis pupilli abstulit, & in rationes non retulit.

Oritur ex delicto: 1. §. 23. est perpetua: 1. §. 23. Datur pupillo & heredibus: 1. §. 23. adversus tutorem, non etiam heredes: 1. §. 23. ad duplum veri pretii rei ablatæ, 1. §. 20. quod continet etiam rei æstimationem, 2. §. 2. *h.* Instituitur finita demum tutela. 1. §. *f.* Hæc actio concurrit cum actione tutelæ electivè, quatenus rem etiam persequitur; cumulativè autem, quatenus pœnam continet, adeoque hactenus etiam post actionem tutelæ directam potest

in-

intentari, 7. §. 1. *commodati.* 53. *de O. & A.* Poteſt etiam cum hac concurrere cumulativè actio furti. 2. §. 1. *h. t. Hahn. h. inf.*

DE CONTRARIA TUTELÆ ET UTILI ACTIONE.

XXVII. 4.

D A Ctio tutelæ *CONTRARIA* eſt perſonalis, rei perſecutoria, qua tutor agit contra pupillum ad conſequendum illud, quod ipſi ob tutelæ adminiſtrationem abeſt.

C Oritur ex quaſi contractu, §. 2. *I. de obl. quæ quaſi ex con-* N *tract.* Eſt bonæ fidei, §. 28. *I. de act.* perpetua, 3. §. *f.* non fa- SS moſa; 6. §. *f. de his, qui not. infam.* Datur tutori & heredibus, O 3. §. *f.* adverſus pupillum & heredes, 3. §. *f.* Ad id, quod tutori ob adminiſtrationem tutelæ abeſt, 3. §. 1. *h.* §. 2. *I. de obl. quæ quaſi ex contract.* vel abfuturum eſt: *f. h. Carpz.* 2. *c.* 11. *d.* 40. *propter* 7. *quemadm. teſt. aper.* 61. §. 5. *de furt.* (modo expenſæ factæ ſint b. f. & utiliter, 3. *pr.* de quo cognoſcit Judex, pro ratione intentionis tutoris, non ratione eventus, 3. §. 7. *h.* 10. §. 1. *de N. G.*) cum uſuris, niſi ſibi anteà ex pecunia pupillari potuerit ſatisfacere. 3. §. 5. *h.* 9. §. 5. *de adm. tut.* *NON* etiam ad ſalarium; 33. *inf. de adm. tut.* 58. *eod.* 38. *de N. G. vid. Carpz.* 2. *c.* 11. *d.* 40. *Berl.* 1. *dec.* 234. *n.* 3. niſi juſta ex cauſa ſtatutum ſit à magiſtratu, vel teſtatore, 33. *inf. Carpz.* 2. *c.* 11. *d.* 40. aut tutor aliàs operam ſuam pro certo ſalario locare ſoleat, e. g. advocatus eſt tutor pupilli, & libellos facit &c. *Berl. d. l. inf.*

DE EO, QUI PRO TUTORE, PROVE CURATORE NEGOTIA GESSIT.

XXVII. 5.

D A Ctio protutelæ eſt actio perſonalis, qua agitur inter Protutorem & pupillum, ad id, quod ſibi invicem debent ex tutela. Hæc actio non eſt illa negotiorum geſtorum; 1. §. 6. *h.* D effectu tamen ab ea parum differt. Protutor dicitur, qui tutelam tanquàm tutor adminiſtrat, & quidem bonâ fide, vel etiam ſciens, ſe tutorem non eſſe, tamen abſque maligno animo. 1. §. 1. *h.* Quæ ſupra de tutoribus dicta, illa etiam huc ad protutorem pertinent: nam etiam hic uſuras centeſimas debet, 1. §. 8. *L.* 4. *h.* & de neglectis tenetur, modò negotia ſint connexa. 1. §. 9.

QUOD

QUOD FALSO TUT. AUCTORE GESTUM ESSE DICATUR. XXVII. 6.

A HIc prætor dat * *RESTITUTIONEM* in integrum læsis à falso tutore, 1. §. *f.* modo ignorantes cum eo contraxerint, 2. *h.* 1. §. *f. h.* aut minores sint: 4. *h.*

a. * *ACTIONEM*, quod falso tutore: Quæ est actio personalis, contra falsum tutorem ad interesse competens. D

Introducta à Prætore, 7. *pr.* propter delictum: nam requiritur dolus malus. 7. *pr.* 11. §. 1. Datur illis, qui falso tutore auctore cum pupillo contraxerunt, & heredibus, 9. §. 1. ac ipsis pupillis, ex hoc contractu læsis, *f. h.* contra falsos tutores, scil. qui dolo malo se tutores simulant ac auctoritatem interponunt; 7. *pr.* 11. §. 1. (non etiam contra heredes: 9. §. 1.) contra singulos in solidum: unius tamen præstatio reliquos liberat, 7. §. *f.* 8. Ad omne interesse, etiam sumtus restitutionis petitionis: 7. *pr.* §. 3. Ratione actoris est rei persecutoria, 7. §. 2. 4. *h.* annua. 9. §. 1. C S O d.

DE FIDEJUSS. ET NOMINAT. ET HERED. TUT. ET CURAT. XXVII. 7.

TEnentur actione ex stipulatu Fidejussores, 6. 7. etiam taciti, *vid.* 4. §. *f. h. Rittersh. ad L.* 23. *de R. J. c.* 11. *circ. fin.* & Nominatores, 2. & qui tutores idoneos affirmarunt: 4. §. *f. in f. v.* 45. *C. de decur.* Plures fidejussores ab uno tutore constituti non gaudent beneficio divisionis; *f. rem pup. salv. for.* â pluribus tutoribus dati, habent exceptionem divisionis ex persona tutorum. 6. 7. *h.* Pupillus eligit, an contra tutorem, an contra fidejussorem agat: 1. *C. h.* novo tamen jure habent fidejussores beneficium ordinis. *N.* 4. *c.* 1.

DE MAGISTRATIBUS CONVENIENDIS. XXVII. 8.

HÆc actio subsidiaria est personalis, pupillis contra magistratus, qui in tutelæ constitutione dolum vel culpam admiserunt, competens ad omne damnum resarciendum. Datur in subsidium. 4. 5. *C.* 5. *ff. h.* (*Obst.* 1. §. 15. *de tut. & rat. distr.* D

distr.) *vid. Hartm. Pistor. lib.* 1. *q.* 6. *n.* 23. Introducta SCto tempore Trajani facto. 5. *C.* Datur à lege, ob verum vel quasi delictum, [*Dn. Scheinemann. de act. subsid. th.* 6.] dum magistratus dolosus vel culposus est in dando tutore, & cautionis exactione. 1. §. 6. *h.* Magistratus probat suam diligentiam: 1. §. 13. *h.* sufficit idoneos esse tempore dationis. 1. §. 11. 12. *h.*
S Datur pupillis, & heredibus, 1. §. 4. contra magistratus, minores sc. & pro virili, si culposi fuerint. 7. *h.* Sin vero dolosi, singuli in solidum tenentur, & potest pupillus convenire quem vult: *d. L.* 7. Heredes non nisi ex dolo & lata culpa conve-
O niuntur, quod hic singulare est. 4. 6. *ff.* 2. *C. h.* Ad omne dam-
I.n num. 1. §. 6. Hodie adhuc observatur. *Carpz.* 2. *c.* 11. *d.* 41. *Hahn. h. D. Scheinemann. d. l.*

DE REBUS EORUM, QUI SUB TUT. VEL CURA SUNT, SINE DECRETO NON ALIEN.

XXVII. 9.

Res pupilli * mobiles, * quæ servando servari non possunt, tutor privata auctoritate vendat, ubi velit, modò justo pretio ac bona fide: *f.* §. *f. C. de adm. tut.* & si hic sit morosus, ejus periculo res perit. 7. §. 1. *de adm. tut. f.* §. *f. C. eodem.* * quæ servando servari possunt, A B b.
R ut & * immobiles, [*vid.* 22. *C. de adm. tut.*] tutor etiam alienat; sed requiritur ad id [1.] Justa ac necessaria causa, 6. 12. *C. de præd. & al. reb. min.* e. gr. æs alienum urgens, 5. §. 9. *in f. h.* dos, donatio propter nuptias, &c. 22. *C. de adm. tut.* 61. §. 1. *de jur. dot.* sumptus studiosorum, *Wesenb. h. vid. Carpz.* 2. *c.* 11. *d.* 24. [*Obst.* 12. *C. de præd. min.*] quæ probanda. 6. *C. de præd. min.* Non etiam sufficit causa utilis, 5. §. a.
R 14. *h.* licet causæ cognitio & decretum accedat. [2.] Causæ cognitio, 6. 12. *f. C. de præd. min.* sc. convocat prætor consanguineos, inspiciunt inventarium &c. 5. §. 9. 10. 11. 12. [3.] De-
R cretum judicis, 6. 12. *f. C. d. t.* rei sitæ, vel domicilii, utrum tutor elegerit. 5. §. 12. *h. l.* 16. *C. de præd. & al. reb. min. Berl. p.* 1. *d.* 29.

Deficiente alterutro ex his alienatio est ipso jure nulla, sc. quoad damnum pupilli: §. 2. *I. quib. alien. non lic.* 3. §. 13. *de susp. tut. l.* 2. 4. 6. 12. *C. de præd. min. Carpz.* 2. *c.* 11. *d.* 28. *vid.* 16. *C. d. t. Carpz.* 2. *c.* 11. *d.* 32. & *lib.* 1. & 5. *Resp.* 80. nisi [1.] defunctus permiserit rerum immobilium alienationem: 1. §. 2. *f. h.* 1. 3. *C. quando decreto opus non est.* [2.] Certæ rei alicujus alienatio ex ratione juris sit necessaria, exempli gratia propter pa-

ctum

ctum de retro vendendo antea interpositum; *3. §. 2. 3. h. arg. 1. de fund. dot. 13. famil. erc.* Aut [3.] decretum Principis interveniat. *19. C. de testam. 2. C. quand. decr. opus.* Convalescit tamen, si major factus alienationem ratihabuerit, *6. C. arb. tut. 2. C. si maj. fact. alien. rat.* [etiam invitô adversariô, *arg. 14. C. de procurat. 25. ff. 6. C. de LL.*] expressè vel tacitè, *2. C. si maj. fact.* scilicet si tacuerit post alienationem ex titulo * oneroso quinquennium, postquam major factus, *f. C. Si maj. fact. junct. 1. & f. C. si quis ignor. rem min. Carpz. 2. c. 11. d. 30. num. 9. 10.*

* lucroso, major factus X. vel XX. annos. *f. C. si maj. fact.*

FINITUR TUTELA.

A MOdis * Communibus omni tutelæ speciei, ex persona
B * Pupilli, * [1.] Pubertate, *pr. I. h. pr. I. de pup. subst.*
C scil. masculi annô XIV. fœminæ annô XII. [de Jur. Sax. vid. *Carpz. 2. c. 11. d. 9. Coler. p. 1. d. 6. n. 9.* In criminalibus fœminæ XIV. annorum sunt viri potentes. *Ord. Crim. art. 164. Carpz. q. 143. n. 26. 48.* In causa alimentorum puberes fiunt masculi annô XIIX. fœminæ annô XIV. *14. §. 1. de alim legat.*] etiam hodie. *Gail. 2. O. 96. Ruland. de commiss. p. 4. lib. 5. c. f. n. 101. Carpz. 2. c. 11. d. 10.* [*Diss. Rittersh. ad I. h. Ludvv. ad I. Exerc. 3. p. 49. lit. a. in fin. Gudelin. de jure noviss. Vinn. ad pr. I. h. n. 5. Richter. p. 1. dec. 43. n. 26. ¶. Mevius, ad I. L. lib. 1. tit. 7. art. 1. n. 16.*] potest tamen tutor, si velit, continuare officium, absque novo decreto: *Gail. d. l.* respiciendum igitur ad statuta & consuetudinem.

c. * [2.] Morte naturali & civili. *63. §. f. pro soc. §. 4. I. h.*

b. * Tutoris * ipso jure, morte naturali & civili. *§. 3. 4. I. h.*
D *vid. tamen 1. pr. 4. de fidejuss. tut. vid. supr. tit. de tutel. &*
d. *rat. distr. P.* * Officio judicis per excusationem & remotionem. *ut supr.*

a. * Propriis certæ tutelæ speciei; [1.] Conditionis existentiâ & adventu diei finitur testamentaria & dativa; *§. 2. & 5. I. h. 14. §. f. de tutel. §. 1. I. de Attil. tut.* [2.] Matrimonio finitur materna. *N. 94. cap. 2.* [3.] Minimæ capitis diminutionis hactenus hodie nullus effectus. *vid. tamen §. 4. I. h. junct. t. t. I. de legit. tut.*

DE

DE CURATORIBUS ET CURA.

XXVII. 10.

D DE curatore bonorum *vid. lib.* 42. *tit.* 7. *CURA* hîc eſt vis & poteſtas adminiſtrandi bona illorum, qui rebus ſuis præeſſe nequeunt, auctoritate publicâ conſtituta. 8. *C. de nupt.*

† Ratione cauſæ efficientis eſt vel Teſtamentaria, Legitima vel Dativa. Ratione objecti Minorum, Furioſorum, Prodigorum: 48. *de adm. & peric. tut.* Ratione finis Honoris, Notitiæ vel Adminiſtrationis cauſa conſtituti. 14. §. 1. *& 6. de ſolut.*

C * Legis diſpoſitio defert tutelam furioſorum, prodigorum, §. 2. *I. h.* 43. §. 3. *de procur.* 5. 7. §. 5. 6. *C. de curat. fur.* (non etiam minorum. *dd. LL.*) potiſſimum parentibus, 7. *pr. C. d. t.* deinde liberis. 1. §. 1. *L.* 4. *h. t.* 12. §. 1. *de tut. dat.* A

* A magiſtratu conſtituuntur in defectu teſtamentariorum & legitimorum. *vid. tit. de tut. dat. C.* a„

* Non etiam teſtamento curator dari poteſt: §. 1. *I. h.* 7. *C. de teſt. tut.* datus tamen confirmatur à magiſtratu, §. 1. *I. h.* 1. §. *f.* 2. §. 1. 6. *de confirm. tut. vid.* 16. §. 1. *de curat. furioſ.* præfertur omnibus legitimis abſque ſatisdatione. *dd. LL.* Hodie curatores teſtamento rectè conſtituuntur. *R. I. de anno* 1548. a.

C.i *&* 1577. *tit.* 32. *Schulz. ad I. h. lit. c.* Conſtituuntur prodigis & furioſis ex officio; 7. §. 6. *C. de curat. furioſ.* Minoribus ad implorationem, 3. §. 2. *de tut.* propriam ſc. 2. §. 4. *qui pet. tut.* 43. §. 3. *de procurat.* hodie illis etiam ex officio conſtituuntur. *R. I. de anno* 1548. *&* 1577. *tit.* 32.

S Conſtituuntur omnes, qui nec impediuntur, *ut in. tit. de tut. S.* nec prohibentur, ut generaliter omnes, qui tutores eſſe non poſſunt. *Fab. in C. lib.* 4. *tit.* 28. *d.* 1. *Wurmſ. lib.* 1. *tit.* 38. *O.* 3. *n.* 7. *Perez. ad tit. C. quand. mul. tut. off. fung.* In ſpecie excluditur maritus à cura uxoris ſuæ, 2. *C. qui dar. tut. L.* 14. *de curat. furioſ.* & ſcienter ſe immiſcens notatur infamiâ: 4. 17. *C. de excuſ. tut.* Hæc tamen prohibitio hodie non obſervatur, Principaliter bonis, 20. *de R. N.* 8. *C. de nupt.* Minus principaliter perſonis, *pr. I. de tut.* 12. *pr.* §. *f. de tut. & cur. dat.* illis ſc. qui ſui ſunt juris, (datur tamen interdum curator bonorum filiisfam. ſc. ſi filiusfamilias heres inſtitutus ſub conditione, ne patri uſusfructus acquiratur, & curator ei conſtituatur: *N.* 117. *c.* 1. Aut ſi

O

pater

pater sit prodigus, tum à prætore curator datur: Aut si filius, dissentiente patre, hereditatem adierit, & pater nolit administrare. *f.* §. 1. *C. de bon. quæ lib.*) ac rebus suis propter aliquem
B defectum præesse nequeunt, eumque * naturalem, ut in Minoribus. XXV. ann. 1. *pr. de min.* non tamen invitis; sed petentibus, §. 2. *I. h.* 13. §. *f. de tut. & cur. dat.* (*Obst.* 1. §. 3. *de min.* 2. *t. t. C. de his, qui ven. ætat.*) nisi (1.) in Judicio aliquid agant: 2. *C. qui legit. person. stand. in jud.* §. 2. *I. h. Gail.* 1. *O.* 108. (2.) Debitores ipsi solvere, 7. §. 2. *de min.* aut (3.) Tutores finitô officiô rationes reddere velint. 7. *C. qui pet. tut. vel cur.* Hodie omnes tenentur accipere. *R. I. de anno* 1548. §. 31. 1577. *tit.* 32. *vers.* **Und gebiethen.** *Carpz.* 5. *Resp.* 86.
b. * accidentalem, qui
C contingit modo * physico: ut in (1.) Furiosis, §. 8. *I. de inut. stip.* 2. §. 1. *de procurat.* 40. *de R. J.* 4. *de divort.* 2. §. *p. de Jure Codicill.* 1. §. 3. *de A. v. A. P.* 7. *de curat. furios. & ibi Wes. n.* 2. qui tales sunt ipsô factô: *Sande, ad L.* 40. *de R. I. Perez. ad d. t. n.* 3. *vid. Cala, de modo artic. gloss. un.* §. 2. *n.* 288. *Carpz.* 6. *Resp.* 112. *n.* 8. quomodo præcisè cognosci possit? *vid. Zach. quæst. med. leg. l.* 3. *q.* 5. Per tempus dilucidi intervalli officium curatoris quiescit. 6. *C. d. t.* (2.) Mente captis, 2. *C. d. t.* 9. *C. de impub. & al. subst.* 6. *de curat. furios.* sc. quibus mens, sed cum quiete est alienata; (3.) Surdis & mutis. §. 4. *I. h.* 12. *de tut.*
c. *dat.* * ethico: sc. in Prodigo, qui nec modum, D
nec finem scit expensarum: 1. *d. t.* 12. §. *f. de tut. & cur. dat.* Talis fit, quoad effectus juris, per judicis sententiam, declaratoriam sc. 18. *qui test. fac. Gail. de P. P. l.* 2. *c.* 3. *n.* 4. *Obst.* 1. *pr. inf. de cur. fur.* (post diligentem causæ cognitionem, vocatô ipsô, qui prodigus declarandus est. 47. *pr. de re jud.* 39. *de adopt.* & amicis, consanguineis & vicinis, omniumque circumstantiarum inspectionem:) Si pater in testamentô filium Prodigum dixerit, eique curatorem dederit, hunc judex simpliciter confirmat: 16. §. 1. *d. t. vid.* 16. §. 3. *d. t.* (*Diss. Fab.*) Prodigo declarato, ipso jure, administratio adimitur. 1. *pr. d. t.* Meretrici, qua tali, curator non datur (*Diss. Accurs. Cujac.*) C

D De * *ADMINISTRATIONE* Curatorum idem est, ut suprà de tutorum. *per dd. text.* Et requiritur decretum, ut in tut. & quicquid facere potest tutor, illud etiam facere potest curator. 33. 56. §. 4. *de furt.* Hoc singulare est, Curator furiosi potest hereditatem adire, *f.* §. 7. *C. de cur. fur.* E

5. *C. de jur. delib.* 90. *de A. v. O. H.* & furiosus sanæ mentis factus, agnitam à curatore admittere vel repudiare: *f.* §. 7. *C. de cur. fur.* si furiosus decessit, pro non agnita habetur, nec ad heredem ejus transmittitur, *f.* §. 8. *C. d. t.* nisi sit paterna. *Berl.* 1. *decis.* 147. Et contra: Quicquid Tutores facere prohibentur, illud & Curatores. *f. C. si maj. fact.*

D *CONSENSU, quem interponunt, minoribus principaliter contrahentibus, hic agendum. Est autem ille consensus approbatio ejus, quod cum minoribus vel similibus personis gestum est, (*v.* 5. *qui test. fac.*) à curatore facta; potest etiam negotio superveniens sufficere, *Hahnius. ad tit. de aut. tut. Vinn. ad Peck. de re naut. p.* 121. *Fr. ex.* 3. *q.* 4. per ratihabitionem. *f. C. de SCt. Maced. Fr. ex.* 3. *q.* 4. *Carpz.* 2. *c.* 15. *d.* 31. d.

O *In illis NEGOTIIS, ubi tutor auctoritatem interponit, ibi curator consentit: modò ex persona gerente propter denegatum consensum non sint omnino nulla; ut est in furioso: 5. 40. *de R. I.* nam hic nec conditionem suam meliorem facere potest, nec acquirere per traditionem, 55. *de O. & A.* aut possessionem acquirere, 1. §. 3. *de A. v. A. P.* nisi ex jure ad eum perveniant: e. gr. hereditas paterna. Prodigus rectè negotiatur, 5. §. 1. *de A. v. O. H.* modò conditionem suam meliorem faciat: 3. *de novat.* 6. *de V. O.* nam deteriorem faciens nec naturaliter obligatur. *arg.* 6. *de V. O. junct.* 8. §. 1. 16. §. 3. *de fidejuss.* Idem est in Minore: nam etiam hic, licet habeat velle, non tamen habet posse: ergo nec naturaliter obligatur; 3. *C. de integr. rest.* (*Obs.* 101. *de V. O.*) nisi locupletior factus, aut dolo versatus fuerit, aut de tertii præjudicio agatur. E

*PERSONAM sibi subditam curator regat consiliô, 7. quod tamen non est obligatorium: 20. *de R. N.* 8. *C. de nupt.* e. gr. in matrimonio, emancipationibus. Furiosum omninò diligenter tueatur, cujus personæ potiùs datus videtur, quod hic singulare est. 7. *pr. de cur. fur.* 13. §. 1. 14. *de off. præs.* 9. §. 2. *ad L. Pomp. de parric.* Et quidem secundum LL. XII. tab. proximi agnati, 14. *de off. præs. Carpz.* 4. *Resp.* 61. furiosum pauperem de suo alere tenentur; Proximi cognati Tutores, qua tales, de suo nihil præstare tenentur, *Carpz.* 4. *Resp.* 61. *n.* 15. sed in subsidium magistratus. *Carpz.* 4. *Resp.* 59. 61. c.

E Propter administratam curam datur tutelæ actio utilis, scilicet finitô officiô. 2. 14. *C. de adm. tut.* 1. §. 3. *de contr. tut.* Directa personis, quæ fuerunt in cura, 3. *C. arbitr. tut.* Contraria curatori. 1. §. 2. *de contr. tut.* Hic idem obtinet,

net, quod supr. ad tit. de tut. & rat. distr. & seq. dictum est. 47. §. 1. *de N. G.*

Concurrit cum hâc actio negot. gest. quæ etiam durante officio datur, 26. *de adm. tut.* 4. §. 3. *in f. de tut. & rat. distr.* & quidem de rebus singularibus. 16. §. 1. *de tut. & rat. distr.* Hodie contra Curatores actio hypothecaria, 20. *C. de adm. tut.* actio protutelæ utilis, *arg. rubr. de eo, qui pro tut.* actio subsidiaria contra magistratum. 1. §. 6. *de magistr. conv.* SS

F Finitur ex persona * curanda [1.] Sublatô illô defectu: *pr. I. de cur.* furiosus autem plenè debet restitui; nam intervalla suspendunt tantùm officium. 6. *C. de cur fur.* Prodigus ipso jure desinit esse in cura, si bonos mores recepit, 1. *pr. in f. de curat. fur.* sc. si per biennium aut ultra frugaliter vivat: *Masc. de prob. concl.* 1234. rectiùs sententiæ declaratoriæ hoc relinquitur. *Perez. ad d. t.* [2.] Morte naturali & civili; ut in tutoribus. [3.] Arrogatione. §. 4. *I. quib. mod. tut. fin. f. C. de auth. præst.* [4.] Pubertate, si sc. pupillo datus sit. 1. *C. quando tut. vel curat. esse desin.* D

f. * curatoris, ipsô jure, sc. Morte, tàm naturali, quàm civili: Officiô judicis, excusatione, vel remotione. *ut supr.*

QUI TESTAMENTA FACERE POSSUNT. XXVIII. 1.

TEstamentum hîc est voluntatis nostræ justa 4. sententia de eo, quod quis post mortem suam fieri vult. 1. *h.* D

Origine est Juris Gentium: Definitum Jure Rom. rectè C
A testantur omnes, nisi qui * *IMPEDIANTUR*: [habilitas requiritur tantùm tempore facti testamenti. 28. *Obs.* 1. §. 8. *de B. Poss. secund. tab. Carpz.* 5. *Resp.* 62. *n.* 19.] ut * [1.] *FURIOSUS*, S
B 40. *de R. J. vid. supr. de cura. p.* 481. *& MENTE CAPTUS.* 17. *h.* nisi tempore intervalli: 9. *C. h.* 6. *C. de cur. fur.* 20. §. 4. *h.* tùm enim validè testatur, licet redeat furor: 16. §. 2. *de R. N.* quod etiam in dubio factum censetur, si testatorem habuisse dilucida intervalla certum sit, ac testamentum legitimè factum; *vid. Richt. ad L.* 9. *C. qui test. fac. Ludvv. de ult. vol. p.* 1. *pag.* 20. *Mantic. de conject. ult. vol. lib,* 2. *tit.* 5. *num.* 6. nam furor non præsumitur, *Reusn. V.* 1. *p.* 2. *c.* 5. *n.* 6.

de testam. propter 5. *C. de codicill.* Summè *EBRIUS*, *Reusn. V.* 1. *p.* 2. *c.* 12. *n.* 3. ac *IRATUS.* 48. *de R. J.*
* [2.] *IMPUBES*, (quorum ætas de die in diem computatur, 5. *h.*) §. 1. *I. quib. non est permiss. fac. test.* licet tutoris auctoritas accesserit, 5. *de R. J.* 32. *de H. J.* aut miles sit, *f. C. de test. milit.* aut ad pias caussas reliquerit, *Reusn. V.* 1. *p.* 2. *c.* 5. *n.* 32. aut malitia suppleat ætatem, *Reusn. d. l.* aut pubes factus decesserit. 1. §. 8. *de B. P. secundùm tab. t. t. de reg. Caton.* Minores rectè testantur absque curatore. 4. *C. h.* 20. §. 1. *de liberat. legat.* b,,
* [3.] *SURDI* & *MUTI*, sc. simùl natura: Nam qui per accidens alternativè mutus vel surdus sit, jure antiquo à principe impetrabat testandi facultatem; 7. Novo jure rectè testatur. 10. *C. h. L. un. C. de thesaur. vid. Zach. lib.* 1. *tom.* 2. *c.* 2. *n.* 8. b,,
* [4.] De *COECO*, *vid. in seqq.* b.
* *PROHIBEANTUR*, a.
* (1.) Qui Cives Romani non sunt, 3. 16. *h.* 32. *de R. J. L. antepen. eod. l.* 17. §. 1. *de pœnis. vid. aut. Omnes peregrini. C. communia de success.* ut sunt Servi, 32. *de R. J.* ab hostibus capti, 8. *pr. h.* §. *f. I. h.* licet postliminio redeant: 8. *pr.* Testamentum antea factum valet, vel jure postliminii, vel Lege Cornelia; hoc hodie non observatur apud Christianos, nisi in bello contra Barbaros. Servi pœnæ, 8. §. *f.* Ultimo supplicio damnati, 1. *ad L. Falc.* quod nec hodie mutatum: *Bach. V.* 2. *D.* 10. *th.* 2. *lit. H. Carpz.* 3. *q.* 135. *n.* 20. 21. *Perez. h. n.* 4. (*Diss. Richt. p.* 1. *dec.* 75. *n.* 2. *Carpz.* 3. *q.* 135. ¶. *propter N.* 22. *c.* 8. *N.* 134. *c. f.*) Deportati, 17. §. 1. *de pœn.* 8. §. 1. & 2. 3. *h.* (secus est in Relegatis, 4. *de interd. & releg.*) quibus hodie similes sunt Banniti & proscripti à Camera vel Imperatore; *Carpz* 3. *q.* 10. *num.* 26. non etiam aliorum Statuum proscripti. *Carpz.* 3. *q.* 130. *n.* 52. *Reusn. V.* 2. *c.* 27. *num.* 7. *vid. Grot. de J. B. & P. lib.* 2. *c.* 6. *in f.* C
* (2.) Qui non sunt Patresfamil. ut filiusfamil. 6. 3. (nisi de Castrensi *pr. I. h.*) licet pater consentiat *dd. LL.* testanti de peculio adventitio irregulari, *p. C. h.* (*Obst.* 8. §. 5. *C. de bon. quæ lib. N.* 117. *c.* 1. §. 1. aut clausula codicillaris adjiciatur. 6. §. 3. *de J. Codicill.* 2. *de leg.* 1. Neque subsistit, ut donatio mortis caussâ; hæc enim tantùm fit per modum conventionis, & acceptationem, 38. *de m. c. donat.* c,,
* (3.) Prodigi: 18. *pr.* Ante prodigalitatem factum testamentum valet. 18. c,,
* (4.) Hæretici c,,

retici declarati: *L.*4. *§.* 5. *Aut.Credentes.C. de hæretic.* *(5.) Apostatæ. 3. *C. de apostat.* unde etiam Venefici. *Richt.p.* 1. *dec.* 57. *n.* 11. *(6.) Usurarii manifesti. *c.f. de usur. in 6.* *(7.) Intestabiles, qui propter carmen famosum damnati. 18. *§.f.* *(8.) Monachi: *Aut.Ingressi. C. de SS. Eccles.* nisi liberis suis ante ingressum diviserint patrimonium, quod sic faciendum, ut sibi reservent portionem filialem monasterio relinquendam. *N.*123. *c.* 38. *Aut. Si qua mulier. C. de SS. Eccles.* In dubio quilibet habilis ad testandum præsumitur, 5. *de probat. Reusn. p.* 2. *c.*2. *n.* 7. *Richt. ad tit. C. de testam. in proœm. num.* 14. 15. etiam in mortis articulo, *Carpz.* 3. *c.* 5. *d.* 1. modo articulatè loqui aut scribere sciat. *Carpz.* 3. *c.* 5. *d.*2. *L.*29. *C. h.* nec facultas testandi per conventionem potest impediri. 15. *C. de pact.*4. *de adim. leg.* 22. *de leg.* 3. *Richt. d.l.n.* 10. *Carpz.*2. *c.* 12. *d.* 26.

Fiunt Testamenta mentis declaratione per vocem & literas, non etiam nutu, (*Ord. Imp. de anno* 1512. **Von den Notarien.** *tit.* 32. *L.*29. *C. h. Carpz.*3. *d.*293. *n.*13.) cujuscunque linguæ, 15.21. *in f. C. de testam.* etiam per intermediam personam, modò testator sit præsens, & in omnia ejus verba consentiat, & hanc esse suam ultimam voluntatem dicat. *arg.* 8. *vers. & in C. h. Carpz.* 3. *c.* 3. *d.* 27. *&* 3. *dec.* 293. *per* 12. *C. h.*

Forma substantialis est heredis institutio, sive hereditatis delatio. *§.* 34. *I. de Legat. f. de jur. codicill.* 3. *de his, quæ in test. del.*

Quotuplex olim fuerit, *vid.* §. 1. *I. h.* Novô Jure est * vel *PUBLICUM*, quod sustinetur publica auctoritate ac fide: ut * (1.) Testamentum Principi oblatum, quod libello insertum principi offertur, ut scriniis inferatur, & publica ejus auctoritate sustineatur. 19. *C. h.* Requiritur hîc testatoris ipsius (non etiam per procuratorem, non obst. 19. *in f. C. de test.*) oblatio, *Carpz.* 3. *d.* 293. ¶. Et principis acceptatio: Sufficit simplex: 19. *C. d. t.* Hodie à tergo annotari solet, tantùm ad perpetuam rei memoriam, tempus insinuationis, & fieri potest apud omnes Electores, & Status inferiores. *Barry, de success. test. & intest. lib.* 1. *tit.* 2. *num.* 3. *Carpz. d. L. Reg. c.* 11. *sect.* 11.

* (2.) Testamentum actis publicis insinuatum sive judiciale, est ultima voluntas, qua testator apud acta Judicii heredem instituit, ita, ut illorum fide ac auctoritate sustineatur.

neatur. *vid.* 18. 19. *C. de testam. vid. Disput. de testam. judic.*
D * Vel *PRIVATUM:* quod privata fide sustinetur. Estque vel d.
† solenne, (de minus solenni *ad Lib.* 29. *tit.* 1.) * *SCRIPTUM,* F
D quod in scriptis solenniter perficitur: §. 3.4. *I. de test.* Nihil re-
fert, an testator, 29.*C.h.N.*119.*c.*9. *Aut. Et non observato.C.h.*
an alius, etiam servus scribat, 28. in quacunque materia, §. 12.
I.h. (*Obst.R.I. de anno* 1512. §. *Item* sollen sich die Notarien auch
hüten/ qui non loquitur de testam. sed de notarior. instru-
mentis) aut lingua: 15.21.§.*f.C.* Modò fiat literis consuetis;
6. §. 2. *de B.P.* numerus tamen per zifras rectè exprimitur.
Carpz. 3. *c.* 3. *d.* 4. Possunt unius Testamenti plures Codices
fieri. §. 13. *I. de test. v.*4. *de his, quæ in test. del.* Et plures in uno
testamento testari, *Peck. tr. de test. conjug. p.* 2. *c.* 19. *Fr.*2.*Res.*11.
¶. (*Diss. Rosol. Viglius, Hotomannus, Vinn. ad I. h.* §. 13.) So-
lennitates ejus sunt, ut fiat. * (I.) actu continuo. 21. §.*f.* Hinc G
interrumpitur contractu; 20. *de V.S.* 21.*pr. C. de test.* (*Diss.*
Carpz. 3.*c.* 5.*d.* 20.*propter* 26. *de pign.act.*) non etiam actu ne-
cessario. 28. *C.h.* * (II.) Coram Testibus (α.) Animo g„
& corpore videntibus & audientibus testatorem, 9. 21. *C. h.*
Carpz. 2. *c.*4. *d.*34. & (β.) Sponte præsentibus, 20. §. *f.*
(γ.) Intelligentibus testamentum fieri, licet linguam non
intelligant, 20. §. 9. *h.* (δ.) Rogatis, §. 3. *I. de test.* aut cer-
tioratis, si fortè aliàs præsentes sunt, quòd hic actus debeat
celebrari: 21. §. 2. (ε.) Numero septem, §. 3. *I.*12. *C.* Inter
quos etiam computatur Notarius: *R.I. de anno* 1512. Jur.Can.
II. vel III. sufficiunt, *c.*10. *x. de testam.* quod observatur in ter-
ris Ecclesiæ: Jus civ. hodie observatur. *R.I. de anno* 1512. Cu-
jusque loci consuetudo hic inspicienda: *Carpz.* 3. *c.* 6. *d.* 12.
arg. 6. *de evict.* (ζ.) Idoneis (tempore facti testamenti) §. 7.
I. sc. qui non * impediuntur, ut furiosus; §. 1. *I.* nisi habeat H
intervalla, 20. §. 4. impubes, §. 6. *I.* surdus, mutus, §. 6. *I.* cœ-
cus. 9.21. *C. de testam.* [*Diss. Rittersh.*]
* prohibentur * in genere, prodigi. 11. §. 1. *de dol.* h.
mal. 18.*pr.ff.h.* Servi, Mulier, §. 6. *I.* de Hermaphrodito *v.*15. I
de testib. qui in specie intestabiles dicuntur, ut ob carmen fa-
mosum damnati. 18. §. *f.* * in certis testamentis propter i.
* potestatem, (fictione unitatis) [1.] Filius in testamento pa- K
tris: §. 4. *I. de inut. stip.* §. 9. *I. h.* [2.] Pater in test. filii, §. 9. *I.*
sc. si post missionem testatur. §. 9. *I. vid.*20. §. 2. [3.] Frater in
test. fratris, qui est in eadem potestate: §. 9. *I.* non etiam pro-
hiben-

hibentur filius emancipatus, 20. *pr. h. R. I. de anno* 1512. ibi: **der Sohn / der in deß Vattern Gewalt.** *Bocer. Harppr. Struv. h. th.* 13. (*Obſt. 9. de teſtib.*) aut in teſtam. matris. *Vinn. add.* §. 9. aut pater in teſtam. filii emancipati, aut pater ſpiritualis, aut præceptor, aut maritus, aut famulus mercenarius, aut frater emancipatus, aut patronus, quia hic deficit ratio prohibitionis

k. * Negotium, quod geritur in teſtamento inter teſtatorem & teſtem: (1.) Heres ipſe, (2.) Qui in ejus ſunt poteſtate, (3.) Qui ipſum in poteſtate habet, (4.) Frater in eadem poteſtate: §. 10. *I. h.* Non etiam prohibetur Legatarius, §. 10. 11. *I.* Fideicommiſſarius particularis, *d.* §. 11. *I. h. junct.* 20. *h.* 1. 3. *de F. H. P.* aut heredis Conſanguinei extra vinculum poteſtatis. *arg.* §.

g,, 6. 10. *I. h.* (*Diſſ. Carpz.* 3. *c.* 3. *d.* 7. *n.* 10.) * (III.) Ut ſubſcribatur ab omnibus teſtibus, propriâ cujusque manu: 30. *v.* 22.

g,, §. 4. *L. p. h.* * (IV.) Subſignetur annulo, 22. §. 5. hodie quovis ſigno conſueto. *R. de an-*

g,, *no* 1512. * (V.) Subſcribat teſtator; 21. *C.* niſi totum teſtamentum ſcripſerit: 28. §. 1. *C.* Scribere ignorans adhibeat octavum teſtem. 21. *C.*

g. * (VI.) Ut teſtator vel octavus teſtis nomen heredis ſcribat: 29. *C.* quod remiſſum poſteà *per N.* 119. *c.* 9. *Aut. Et non obſervato. C. de teſtam.* Si aliqua ex his ſolennitatibus omiſſa, tùm ex tali imperfecto teſtamento nec naturalis obligatio oritur: Nam heres tantùm obligatur ex agnitione voluntatis defuncti. *vid. Vasquez. de teſt. c.* 3. *dub.* 1. *Struv. h. th.* 16. (*Diſſ. Arniſ. de Jur. Con-*

f. *nub. Ameſ. de caſ. conſc. Molin. de I. & I.*) * *NUNCUPATIVUM* eſt, quod ſolenniter fit per nuncupationem: Cujus D

L requiſita ſunt, ut fiat * (I.) Heredis manifeſtatio verbis ore prolatis, 21. §. 2. 26. *C.* palam, (1.) ut audiant, qui adſunt: 26. *C.* (2.) per ſolennem nuncupationem. 26. 29. *C. de teſtam. R. I. de An.* 1512. §. **Aber die Form.** & §. **die Form eines Teſtaments in Schrifften.** Hinc jure civili non valet teſtamentum implicitum; ſc. quod fit per relationem ad ſcripturam, quam teſtator producit, dicens, ſe heredem inſtituere, quem in hâc ſchedâ nominavit, & hanc eſſe ultimam ſuam voluntatem:) Hodie tamen valet. ¶. *Berl.* 3. *concl.* 4. *n.* 25. *Weſ.* 1. *conſil.* 29. *num.* 21. *Beſold. p.* 6. *conſ.* 267. *n.* 6. *Cz.* 3. *c.* 3. *d.* 28. *Richt. p.* 1. *conſ.* 30. *n.* 16. *Tabor. ad Weſ. h.* Quemadmodum etiam hodie ſufficit, ut teſtator nuncupativus declaret notario voluntatem, ut ille coram teſtibus eam reddat in ſchedam, & interro-

get teſtatorem, an hæc ſit ejus voluntas ultima: modo teſta-
tor hoc affirmaverit. Et hoc non fit ſcriptum teſtamentum,
ſed nuncupativum in ſcripturam redigitur, quæ probat, tan-
quam inſtrumentum à notario factum. 26. *C. h. Carpz.* 3. *c.* 3.
d. 34. Neque valet teſtamentum nuncupativum, actibus ex-
traneis interruptum: 21. §. 2. *C. h. Cpz.* 3. *c.* 3. *d.* 33. *n.* 7. 26. *C. h.*
* (II.) Coram teſtibus, 21. I.
§. 2. *C.* idoneis, *de quo ſupr. ad Teſt. ſcript.* (Hoc hic ſingula-
re eſt, quod teſtis eſſe poſſit, qui literas neſcit, non autem qui
linguam non intelligit, ſecus ac ſupra. 26. *C. h.*) qui ſponte
adſint, 20. §. *f. h.* 21. *C. h.* rogatis, 21. §. 2. teſtatorem videnti-
bus & audientibus. 9. 10. *C.* Reliquæ ſolennitates in hôc Te-
ſtamento remiſſæ. 26. *C. h.*

DE LIB. ET POSTHUM.
DE HERED. INSTITUEND.
XXVIII. 2. 5.

D HEredis inſtitutio eſt futuri heredis denominatio, à teſta-
tore directis verbis facta.

† Eſt vel Prima, vel Secunda, ſive ſubſtitutio propriè, *de qua*
D *tit.* 6. Prima inſtitutio in ſpecie ſic dicta, eſt vel * *NECESSA-* A
RIA, quæ fit ex Juris neceſſitate, illarum perſonarum, quæ ne-
D ceſſariò vel inſtitui, vel exheredari debent. *EXHEREDA-*
TIO eſt excluſio à futura hereditate, in teſtamento, verbis ex-
S preſſis facta; Eſtq; ratione modi, Legitima, vel Illegitima: Ra-
tione cauſæ Æqua, vel Iniqua. Sic neceſſariò inſtituendi vel
exheredandi ſunt liberi, quicunque: §. 3. 5. *I. de exh. lib. f. C.*
de lib. præter. Novo enim jure non differunt hactenus fœminæ,
remotiori gradu poſiti, poſthumi, & emancipati, à reliquis. 30.
de lib. & poſth. 4. *C. de lib. præterit. N.* 115. *c.* 3. *pr.* (Hi igitur,
ſi vel nominatim exheredantur, vel inſtituuntur, teſtamen-
tum ritè ac validè factum eſt; ſi vero cauſa ſit vel nulla, vel
iniqua, reſcinditur illud querelâ inoffic. teſt. *de qua ſupr.*) In
effectu illegitimæ exheredationis autem adhuc remanſit di-
verſitas: nam ſi ſui illegitimè exheredantur, teſtamentum
eſt ipſô jure nullum, 30. 7. *h.* & nihil ex eo valet: *dd. LL.* ſe-
cus, ſi emancipati: (*Obſ. N.* 115.) Si Emancipatus non ritè fue-
rit exheredatus, datur ei B. P. contra tab. §. 3. *I. de exher. lib.*
qui paragraphus non reperitur mutatus: Si mater filium, &c.
præterierit, datur querela inofficioſi. *de qua ſupr.* * *VOLUN-* a
TARIA

TARIA institutio fit libero testatoris arbitrio; Et institui pos-
B sunt omnes, nisi qui prohibentur: ut * in genere (1.) Servi poenæ, 3. *de his, quæ pro non script.* 17. *de poen.* (alii servi dominorum nomine instituuntur. 31. *de H. I. pr. & §§. sequentib. l. cod.*) (2.) Peregrini & Deportati. 6. §. 2. *de H. I.* 1. *C. eodem.* 13. §. 2. *de test. mil.* 1. §. 2. *de leg.* 3. Peregrinitas hodie non attenditur, *Aut. Omnes. C. comm. de success.* Deportatis succedunt Banniti. *Wehn. voc.* Acht. (3.) Heretici declarati omnes omnino. *Nov.* 144. *c.* 1. *l.* 4. §. 2. *l.* 5. *C. de haret.* (*Diss. Hahn. h. Bach. Vinn. Struv.*) (4.) Apostatæ: 3. *C. de Apost.* (Horum apud Canonist. sunt 3. classes: Perfidi, qui fidem Christianam deserunt, & hi tantùm hic intelliguntur: Inobedientes, qui Episcopo non obediunt: Irregulares, qui sacrum ordinem deserunt. *Lancellot.* §. *f. de haret.*) (5.) Filii reorum criminis perduellionis; 5. *C. ad L. Jul. maj. Bocer. de crim. læsæ maj. c.* 3. *n.* 60. non etiam filiæ. 5. §. 3. *C. d. t.* aut nepotes: 6. *de test. tut. p. de poen.* (6.) Collegia illicita, sc. quæ specialiter non probata: 8. *C.* (7.) Monachi pauperes, ut Franciscani: &c. *Clement. Exivi. vers. quia igitur de V. S.* hoc tamen hodie in Concil. Trident. limitatum, nisi quoad Capucinos & minoris obedientiæ.

b. * à certis personis institui non possunt, (1.) Liberi naturales, à patre, ultra unam unciam, 2. *C. de lib. naturalib.* scil. si adsint alii liberi, vel mater; *d. L.* 2. *N.* 89. *c.* 12. 15. *Aut. Licet. C. d. tit.* si vero nulli adsint liberi legitimi, aut parentes, quibus quarta debetur, possunt in totum institui: *d. Nov.* (2.) Incestuosi: 6. *C. de incest. nupt.* (3.) Princeps litis causa. §. *f. I. quib. mod. test. infirm.* (4.) Conjuges certo respectu. *vid. L. Hac Edictali.* 6. *C. de secundis nupt.*

Hæc habilitas adesse debet tempore conditi testamenti, propter regulam Catonianam mortis, nam tùm confirmatur, & adeundæ hereditatis, 49. §. 1. *de H. I.* §. 4. *I. de hered. qual.* nam si incapax hujusmodi institutus est, revertitur hereditas ad heredes ab intestato. 3. *de his, quæ pro non script.* 1. *C. de H. I.*

C Si * unus institutus vel in parte hereditatis, vel in certâ re, totam hereditatem potest acquirere; §. 4. 5. *I. de H. I.* 7. *de R. J. vid. Gudelin. l.* 3. *c.* 5. *Vinn. ad* §. 5. *I. h. Carpz.* 3. *c.* 9. *d.* 19. 1. §. 4. *h.* 41. *de Vulg. & P. S.* nisi à milite sit institutus: 6. *ff.* O
c. *de test. milit. vid. tamen* §. 3. *I. quib. mod. test.* 29. 17. *ad SCt.*
D *Treb.* * Plures instituti, *vid.* §. 4. *I.* 71. *princ. de leg.* 1. 14. *de*
E *cond. inst.* * Uniformiter, * Siquidem omnes simpliciter sine

partibus, tum inter omnes hereditas æqualiter dividitur; 19. §. *f. de leg.* 1.§.6. *I. h.*9.§.12.*de H. I.* nisi conjuncti cum disjunctis commixti sint, e. g. T. & S. Heredes sunto, C. quoque heres esto, hic enim T. & S. unam mediam accipiunt, ac C. alteram mediam: *L.* 34.*pr. de leg.* 1. 59. §. 2. *de H. I.* De effectu particulæ, æquè &c. *vid.* 13.*pr. de H. I. Carpz.* 3.*c.* 9.*d.* 15.

* Sin autem omnes ex certâ e.
* Re fuerint instituti, mentio rerum detrahitur, & hereditas F
æqualiter dividitur. Judex tamen sive arbiter in fam. ercisc. judicio, cuilibet rem suam, tanquam prælegatam, adjudicat, & reliquum ex æquo dividit: 9. §.13. *de H. I.* 35.*pr.*§. 1. 2. 3. *h.* Hinc etiam æs alienum æqualiter solvunt, licet in rebus quasi prælegatis maxima sit disparitas. 35. §. 1.

* Portione, tùm si partes assignatæ * æquant assem, singuli, f.
suum habeant: * superant assem, singulis G
pro portione hereditaria detrahitur, aut hereditas ad dupondium, g.,,
sive XXIV. uncias deducitur, & pro port. hered. accrescit. 13. §. 4. * non expleant assem, sin- g.
gulis pro portione accrescit. 13. §. 2.

* Difformiter, tum sunt alii ex certis rebus, d.
alii ex certis portionibus instituti; & qui rem habet simpli- H
citer, pro legatario est; hereditas tamen ipsi accrescit, si heredes eam nolint. 13. *C. de H. I.* * ex certis portio- h.
nibus, alii simpliciter instituti, atque tum etiam, si portiones assem * superant, res ad dupondium deducitur, & reli- I
quum simpliciter institutis assignatur;

* æquant, recurritur ad dupondium, & XII. un- i.
ciæ dantur, simpliciter instituto: 17. §. 4. *h.* §. 8. *I.* Si partes superant dupondium, ad tripondium recurritur. 13. 17. §. *f. h.* §. 6. 7. 8. *I. de H. I.*

fr. Institutio debet esse (1.) certa, 32. *vid. L. f. C. de H. I. &* directa: *Carpz.* 3. *c.* 9. *d.* 6. (2.) non captatoria, 70. 71. si nempe fiat verbis futuri temporis: *dd. LL.* (3.) debet exprimere certam heredis personam: 9. §. 9. *vid.* 62. §. 1. Error nominis nihil impedit; 33. *de condit. & demonstr.* 5. *C. de H. I.* 58. nisi personæ errorem quoque involvat: 3. 4. *C.* Potest etiam digito monstrare præsentem heredem. 58. *pr. h.* 6. *de R.C.* 9.§.8. *h.* Si quis instituit cognatos suos, proximiores excludunt remotiores: 69.§.3. *de leg.*2.*Carpz.*3.*c.*9.*d.*17. nisi adjecerit Tò Omnes tum enim in capita succedunt. *Carpz.* 3. *c.* 9. *d.* 16.

DE INJUSTO, RUPTO, IRRITO FACT. TEST.

&

DE HIS, QUÆ IN TESTAM. DELENT. XXVIII. 3.4.

A Testamentum est vel ab initio * *NULLUM*, quia testator inhabilis, 4. 5. *qui test. fac.* nec clausula codicillaris hic juvat, 8. §. 2. *de jure codicill.* quia omissa solennitas,
B * intrinseca, heredis institutio vel exheredatio, 30. *de lib. & posth.* 1. *h.* neque reconvalescit, licet filius ante patrem moriatur. 7. *de lib. & posth.* 12. *h.* Si tamen præteritus sponte abstineat à bonis paternis, ex æquitate sustinetur & datur inde B. P. secundum tabulas, *l.* 12. *h. t.* sine re tamen, nisi scripti sint legitimi heredes; his enim datur B. P. unde cognati cum re. 1. §. *f. unde lib. Bach. ad* §. *6. I. h.*
b. * extrinseca: *vide supr. qui test. fac. poss.* Contra hoc competit querela nullitatis, quæ proponitur vel per modum actionis, vel exceptionis, nec potest testator eam prohibere. 55. *de legat.* 1. (*Obst.* 88. §. *f. de leg.* 2.) E
a. * *VALIDUM*, * & *RUMPITUR*, scilicet quando ipsum jus vitiat testamentum : D
C * (I.) *AGNATIONE* sui heredis, sc. si post testamentum D
D factum natus sit suus heres, isque neque institutus, neque ex-
E heredatus : quod fit agnatione * Naturali, 3. *pr.* §. 1. 3. ubi requiritur (1.) ut natus sit, 3. §. 3. *h.* 3. *in f. C. de posth. her. Carpz.* 3. *c.* 17. *d.* 20. (2.) ut vivus natus, 3. *in f. C. de posth. her. Carpz. d. l.* (licet sit imperfectus, (*Obst.* 3. *C. de posth. her. inst.*) 12. §. 1. *de lib. & posth. Giphan. ad* 3. *h. Perez. in C. h. n.* 12. *Carpz.* 3. *c.* 17. *d.* 18. Septimestris, *dd. LL.* Octimestris; *Caranza, de part. c.* 11. *Perez. d. l.*) *vid. supr. tit. de stat. hom. p.* 15. (3.) ut non sit monstrosus: 3. *in f. C. h.* 14. *de stat. hom. Alb. Gent. ad tit. de V. S.* (4.) ut posthumus testamento non sit legitimè exheredatus, vel institutus. 3. *pr.* §. 3. Ruptum hoc modo testamentum reconvalescit æquitate prætoria, si posthumus, vivente patre, decedat.
e. 12. *pr.* * Civili, (1.) si mortuo patre nepos succedat, §. 2. *I. de exhered.* (2.) si naturales legitimentur, *N.* 89. *c.* 8. 9. (3.) si filium adoptet. 8. *hic v.* 10. *C. de adopt.* Ex testamen-

ſtamento ſic rupto nec legata &c.debentur; 1.*in f.C.de poſth. hæred.* licet teſtator ſciverit,uxorem eſſe prægnantem: *d.L.in f.C.* [*Diſſ.Gail.*2.*O.*113.*Carpz.*3.*c.*9.*d.*4.5.6.*propter Nov.*115.*c.*3.¶.] Suſtinetur tamen propter clauſulam Codicillarem in vim fideicommiſſi, ſi teſtator ſcivit, uxorem eſſe prægnantem. 29.§.1. *qui teſt.fac. f. C. de Codicill. arg.* 102. *de cond. & demonſtr.* 30. *C. de fideic. Gail.* 2. *O.* 144. *Bach. V.* 2. *D.* 10. *th.* 7. *lit. A.*

*(II.) *MUTATIONE* voluntatis: 19. *C. de teſt.* 4. *de adim. vel transf. leg.* 22. *de leg.* 3. (licet juraverit quis, ſe à ſententia nolle recedere: 22. *de leg.*3. (*Diſſ. Finckelth. O.*90. *n.* 10.) quæ locum habet etiam in teſtamentis conjugum mutuis; *Finck. d. l.* licet alteruter jam ſit mortuus, 4. *de adimend. leg.* 1. *C. de SS. Ecclef. Finck. d. l. n.* 14. aut clauſula de non mutando absque alterius voluntate ſit adjecta, *Finckelt. d. l. Berl.* 2. *concl.*29. *Fr.* 2. *reſol.*11.*n.*13. *Carpz.*3.*c.*7. *d.*21. *Peck. de teſt.conjug.*2.*c.*43. *n.*11. *v.*22. *de leg.*3.) quæ *DECLARATUR* *Verbis, modo tum etiam elabatur decennium, 27. *C. de teſtam.* 5. *de condit. inſt. Richt. de teſtam. ad d. L.*27.28. *C. de teſt.* §. 7. *l.h.arg.*36.§. 3. *de teſt.mil.v. Treutl. & ibi Bach.V.*2. *D.*10. *th.*1.*lit.B.* (*Obſ.* 1. §. 8. *unde liberi.*) quod currere incipit ſtatim facto teſtamento. *d. L.*27. *Carpz.*6. *Reſp.*17.*Richt. de teſt. ad d. l.*27.*n.*29. (*Diſſ. Gloſſ.*) In teſtamentis nuncupativis ſufficit revocatio verbalis: 35. *de R. I. DD. dd. ll.* quod hodie ad omnia extenditur, ſi revocetur coram VII. teſtibus. *Finckelth. O.* 93. *n.* 17. d. F

*Rebus vel factis: f.
vid. 48. §. 3. *de ædil. edict.* quod fit *Tabularum corruptione, inductione, cancellatione, laceratione, & ſigillorum turbatione: 30. *C. de teſt.*1. 2. *ff. de his, quæ in teſt. del.* 2. *C.* 22. §. 3. *ff. de teſt. vid. Carpz.*3. *c.*5. *a.*25. *Richt. d.tr. ad L.*30. *C.d.t.* [Non autem rumpitur, propter ſolam repetitionem teſtamenti judicialis, à judice, licet teſtator illud domi retineat, *Berl.* 3. *concl.* 4. *n.* 46. *Carpz.* 3. *c.*3. *d.*30. *Beſ. conſ.* 144. *Vol.*4. niſi aliunde de mutata voluntate conſtet.] Requiritur igitur, ut fiat deletio &c. (1.) ab ipſo teſtatore, vel alio ejus nomine, 30. *C. de teſt.* (2.) conſultò; *vid.Cz.*3.*c.*5.*d.*28. ſecus eſt, ſi fortuitò: 1. *de his, quæ in teſt. del.* in dubio, apud tertium repertum, caſu inciſum videtur: apud teſtatorem vero, conſilio, niſi forte mentis alienatio ſupervenerit: *f. ff.h. Richt. d.l.ad L.*30. *vid.* 7. §. 2. *de ſupellect.leg.* (3.) per totum teſtamentum: Inductio tamen in unius odium facta, reliquis non præjudicat, niſi ex circumſtantiis G

tiis aliud appareat. 2. *de his, quæ in test. vid. L. f. d. t.* Rumpitur etiam testamentum nuncupativum cancellatione instrumenti, super eo confecti, licet notarius illud in protocollo non deleverit. Hæc hæreditas igitur devenit ad heredes ab intestato. 30. *C. de testam.* 1. §. 8. *unde lib.* (*Obst.* 3. *de his, quæ in test. del.*)

g. * Testamenti posterioris confectione; licet in posteriori prioris nulla mentio facta: 27. *C. de test.* 4. *de adm. legat.* quod etiam procedit, etiamsi in priori clausula de non abrogando sit addita: 22. *de leg.* 3. 6. §. 2. *de jur. codicill. f. pr. de leg.* 2. *Carpz.* 3. *c.* 5. *d.* 19. (quo tamen casu hodie expressa prioris abrogatio requiritur: *Sande decis. Fris. l.* 9. *tit.* 1. *d.* 10. *Besold. V.* 2. *cons.* 49. *Faber. in Cod. l.* 6. *t.* 5. *d.* 19. *Richt. de test. ad L.* 17. *C.*) aut in posteriori heres sub conditione institutus fuerit, 16. *h. vid. tamen d. L.* 16. *& infr. de condit.* aut hereditatem non adierit: tum enim neutrum valet. 9. *de test. tut.* Modò posterius sit perfectum, §. 2. *I. h. L.* 8. 21. §. 3. *C. de test.* 18. *de leg.* 3. ratione voluntatis, 25. *qui test. fac.* & solennitatis, nisi posterius sit privilegiatum, 2. *h.* aut in eo heredes ab intestato instituantur: tum V. testes sufficiunt. E
2. *h.* 21. §. *f. C. de test.* Ex post facto interdum prius sustinetur tanquam fideicommissum, scil. si posteriori testator dicat, se velle, prius etiam valere: 29. *ad SCt. Treb.* Interdum propter solam æquitatem rursus convalescit, ut si testator posterius cancellaverit, eo animo, ut prius valeret: tum enim datur B.
c. P. secundum tabb. *p.* §. 2. *de B. P. secundum tab.* * *IRRITUM*
H fit: * Culpa personarum, Si * heres scriptus non adeat here-
I ditatem, quod in specie dicitur testamentum destitutum: 9. §. 2. *de lib. & posth.* nam ab aditione omnia pendent, 9. *de test. tut.* 1. *in f. h.* qua non facta, nec legata debentur, nisi clausula Codicillaris adjecta, *Carpz.* 3. *c.* 2. *d.* 21. quod nec Jure no-
i. vo secus est. *vid. N.* 1. *c.* 1. * Si testator status mutationem passus; §. 4. *I. h.* de Maxima est 6. §. 5. *h.* (sustinetur tamen ex æquitate testamentum ab hostibus capti, propter fictionem J. postlim. vel L. Corneliæ, §. *f. I. qu. non est perm. fac. test.* 6. §. 12. *h. vid. Stamm. L.* 3. *t.* 17. *n.* 5.) de Media est *L.* 6. §. 7. *h.* 17. §. 1. *de pœn.* (quod hodie etiam fit in bannitis ab Imperatore, & Camera: *Stamm. l.* 1. *t.* 3. *c.* 2. *n.* 11. *sq. Carpz.* 3. *q.* 140. *n.* 16. *vid. Cz.* 3. *q.* 130. *n.* 49. Reconvalescit tamen testamentum ita irritum factum, si deportatus à principe restituatur: 6. §. *p. h.* quod hodie etiam in bannito observatur. *arg.* 6. §. 2. *de H. I.* 1. §. 8. *de B. P. secundum*

cundum tab.) Propter minimam capitis diminutionem irrita fiunt * arrogatione: *§. 6. I. quib. mod. test. infirm.* K
revivifcit tamen fubfecuta rurfus emancipatione; modo voluntas de novo declaretur. *p. §. 2. de B. P. secund. tab.*

* Emancipatione: fcil. fi filiusfamil. de rebus k.
caftrenf. & quafi caftrenfibus teftetur &c. ita tamen, ut fuftineatur per novam voluntatis declarationem, *p. §. 2. de B. P. secundum tab.* fc. in paganis; 22. *de test. mil.* In milite non requiritur fpecialis voluntatis novæ declaratio. 22. 33. *ff. §. 5. I. de milit. test. vid. Bach. ad §. 5. I. de milit. test.*

* officio judicis, fc. refciffione tanquam inoffi- h.
ciofi, *de quo supra p.* 106. vel dando Bon. Poff. contra Tab. *de quibus infr. p.* 535.

DE HIS, QUÆ IN TEST. DEL.
XXVIII. 4.

DE hoc tit. actum ad tit. præcedentem.

DE HEREDIBUS INSTIT.
XXVIII. 5.

DE hoc tit. actum ad tit. 2. hujus libri.

DE VULGARI ET PUPILL. SUBSTITUT.
XXVIII. 6.

D SUbftitutio propriè eft fecunda heredis inftitutio directa, in locum deficientis facta. *L.* 2. *§.* 6. 43. §. 2. *h. v.* 28. *de H. I.* Eft vel fideicommiffaria, *de qua lib.* 36. *tit.* 1. vel directa five civilis, quæ propriè Subftitutio vocatur. 7. 15. *h.* 5. 7. *C. de impub. subst. vid. Gothofr. in not. ad d. L.* Hæc dividitur, 1. §. 1. in * Simplicem, quæ fit in cafum deficientis he- A
redis, & dicitur vulgaris: vel fi heres erit, & poft deceſſerit: Quæ iterum eft

* vel reftricta ad ætatem pupillarem, & dicitur pu- B
pillaris: vel ad certum aliquem ftatum, propter quem quis non poteft teftari, & dicitur quafi pupillaris, five exemplaris,

* vel libera, five abfoluta, & dicitur militaris, five b.
privilegiaria: quæ fit fine ulla reftrictione:

* Duplicem five mixtam, quæ fit in utrumque cafum: a.
fc. fi heres non erit, vel erit &c. quod fit tacitè, vel expreffè &c.

D *VULGARIS* fubftitutio eft, quæ fit à quocunque teftatore

ſtatore cuivis heredi, eum in caſum, ſi heres non erit: Eſtque vel Expreſſa, vel Tacita, quæ continetur ſub expreſſa pupillari. 4. Fit voluntate teſtatoris, in teſtamento declarata: §. *p. I. de Codic.* 36. *h.* Subſtitutio tamen in codicillis facta ſuſtinetur in vim fideicommiſſi: 76. *ad SCt. Trebell.* 127. *de legat.* 1. C

Subſtituunt, qui teſtamenta faciunt: Eos, qui heredes eſſe poſſunt; Subſtitutio coheredum dicitur reciproca ſive mutua. 4. §. 1. *h.* 64. *de leg.* 2. Subſtitutus ſubſtituto eſt etiam ſubſtitutus inſtituto. 27. 41. *Obſt.* 47. S P

Hereditas: Si ſingulis ſinguli ſubſtituti, cenſentur in ſubſtitutione partes repetitæ, quæ fuerant in inſtitutione. §. 2. *I. h.* In caſum, ſi inſtitutus (quod ſignificat in extraneo, qui ſui juris, ſi ipſe heres non erit, nec ſtatu mutato, alium fecerit heredem: *v.* §. *fin. Inſt. h.*) heres non erit, ſc. ex teſtamento, 3. *C. de impub. ſubſt.* 60. *de A. v. O. H.* idque quia non poteſt, aut quia non vult: *arg.* 56. *ſol. matr.* atque caſus impotentiæ caſum noluntatis regulariter non includit. *Bach. Ludvv. Fachin. Donellus, propter* 21. *h.* 10. *de lib & poſth.* (*Diſſ. Perez. in C. h. n.* 3. *propter* 3. *C. h. f. de lib. & poſth.*) O fr.

Extinguitur ſubſtitutio, ſi extraneus hereditatem adierit, 5. *C.* vel ex L. Theodoſiana, in caſu *L. un. C. de his, qui ante apert. tab.* vel ſi ſuus ſe bonis immiſcuit, aut, antequam abſtineat, deceſſerit. *L. un.* §. 13. *C. de caduc. toll.* Ↄ

PUPILLARIS ſubſtitutio eſt, quæ fit à parentibus, liberis impuberibus, in patria poteſtate exiſtentibus, & in alterius poteſtatem non recaſuris, in eum caſum, ſi heredes erunt, & impuberes deceſſerint. Eſt expreſſa, vel tacita: nam expreſſæ vulgari ineſt tacita pupillaris, niſi contraria teſtatoris voluntas appareat. 4. *pr.* & §. 2. *h. vid.* 4. *C. de imp. & al. ſubſt.* 45. *pr. h. Vinn. ad pr. I. h. n.* 6. D †

Moribus introducta. 2. *pr.* Voluntas patris, ſibi etiam facientis teſtamentum, §. 5. *I.* prius; 2. §. 4. *junct.* 5. 6. *h. vid.* 10. §. 1. 16. §. 1. 20. *pr. h.* (avi, proavi, paterni, qui liberos habet in poteſtate. §. *f. I. h.* 45. *h.* §. 10. *I. de adopt. Carpz.* 3. *c.* 8. *d.* 18. Non etiam pater emancipator, adoptans extraneum; mater, (*Obſt.* 33.) *dd. LL.* etiam hodie. *Carpz.* 3. *c.* 8. *d.* 18. Suſtinetur tamen matris ſubſtitutio pupillaris, propter clauſulam codicillarem, in vim fideicommiſſi. 76. *ad SCt. Trebell. Richter.* 1. *dec.* 44. *n.* 8. *Carpz.* 3. *c.* 8. *d.* 17. ¶. *Berlich. dec.* 111.) C

*(1.) Li-

S *(1.) Liberis, primi aut ulterioris gradus, maſculis vel fœminis: §. 8. *I.* C

*(2.) Impuberibus: 7. 8. 14. §. *f. I.* nam puberibus facta neque in vim fideicommiſſi valet; niſi propter clauſulam codicillarem: *dd. LL. Carpz.* 3. *c.* 8. *d.* 19. *c. Raynutius. x. de teſtam. arg.* 76. *ad SCt. Trebell. Richt. p.* 1. *dec.* 46. c,,

*(3.) In patria poteſtate conſtitutis; 10. §. *6.* arrogato tamen tantùm ſubſtituit in bonis, quæ occaſione arrogatoris accepit: c,,

*(4.) In alterius poteſtatem non recaſuris. c

fr. Fit eum in caſum, ſi heres erit, & intra pubertatem deceſſerit: Hinc ſubſtitutio exheredato facta propriè pupillaris non eſt. §. 4. *I.*

E Exiſtente conditione ſubſtitutus conſequitur bona patris & filii, 10. §. 2. & utriusque creditoribus ſatisfacere debet; nam unam hereditatem absque altera adire non poteſt: 28. *de reb. aut. jud. poſſ. vid. Fr. ex.* 6. *q.* 8. 9. neque matri conceditur querela inofficioſi, 8. §. 5. *de inoff. teſt.* 9. *C. de impub. ſubſtit.* (nam pater fecit filii teſtamentum) neque condictio ex L. (*Obſt.* 32. *C. de inoff. teſtam. N.* 115. *c.* 4. *Finckelt.* O. 29. *N.* 1. *c.* 2. *N.* 18. *c.* 1.) *vid. Carpz.* 3. *c.* 8. *d.* 1. Licet ſubſtitutio tacitè ſit pupillaris; 32. *de LL. f. C. h. arg.* 2. *h. arg.* 2. 4. *C. vid. Fr. ex.* 6. *q.* 7. de hoc tamen caſu in praxi aliud obſervatur. *Berl.* 3. *concl.* 10. *n.* 25. *Carpz.* 3. *c.* 5. *d.* 2. *Richt. p.* 1. *dec.* 45.

D Extinguitur hæc (1.) Pubertate, 43. §. 1. *l.* 14. *h.* §. *p. I. h.* & elapſo eo tempore, in quod eſt ſubſtitutum: e.g. VI. VII. annis: 38. §. 2. *h.* quod tempus non de momento in momentum computatur: 5. *qui teſt. fac.* 43. *pr. Vinn. ad* §. *p. I. h. n.* 1. (2.) Infirmato teſtamento patris; §. 5. *I. h. vid.* 2. *pr h.* 8. §. 5. *de inoff. teſt.* Hodie hoc (*in L.* 8. §. 5. *d. t.* diſpoſitum) mutatum *N.* 115. *c.* 3. *in f. v. Fr. ex.* 6. *q.* 8. 9. (3.) Mortuo filio ante patrem: hoc tamen in caſu conſequitur ſubſtitutus hereditatem vi tacitæ vulgaris: (4.) Si filius exierit e patria poteſtate. *arg.* 49. *de H. I.* 41. §. 2. *h.* (5.) Mortuo ante inſtitutum ſubſtituto, &c. *Plura vide apud Hunn. in Encycl. jur. p.* 3. & 4. *tit.* 19. *c.* 22.

C *EXEMPLARIS* ſeu quaſi pupillaris fit autore Juſtiniano, 9. *C. h.* §. 1. *I. h. vid.* 43. *h.* à parentibus, (h. e. omnibus aſcendentibus, cujuscunque gradus, aut ſexus: 9. *C. in med. verſ. ſi filia &c.* licet mater ad ſecunda vota tranſierit; *propter generalitatem d. L.* 9. ¶. *Carpz.* 3. *c.* 8. *d.* 13. *Diſſ. Ludw. propter L.* 22. *in fin. C. de adm. & peric. tut.*) Si uterque & pater & mater

ter substituerint, in paternis bonis præfertur substitutus paternus, in maternis maternus, in communibus æqualiter admittuntur. ¶¶¶. *Trentac. h.p.* 3. *c.* 3. *num.* 10. testantibus, (non etiam aliter voluntatem suam declarantibus.)

Liberis legitimis, 10. §. 6. mater etiam naturalibus, 29. §. 1. P
de inoffic. test. (non etiam ex damnato coitu natis. *N.* 89. *c.f.* *N.* 74. *c. f.*) cujuscunque sexûs aut gradûs, §. 1. *I.* [etiam impuberibus. §. 1. *I. h.* 9. *C. h. Carpzov.* 3. *c.* 8. *d.* 13. *Bachov. V.* 2. *Disp.* 11. *th.* 10. *lit. B.* & recasuris in aliam potestatem: *Struv. h. th.* 36.] qui versantur in eo statu, in quo non possunt testari: [ut furiosus, prodigus, &c. *vid. supr. ad tit. qui test. fac. S. p.* 483. & hic unus casus expressus continet alios tacitè, *Struv. h. th.* 33. *inf.*] quique à parentibus sunt hæredes instituti: *N.* 115. *c.* 3. *L.* 9. *C.* interdum etiam justè exhæredatis: *arg.* §. 4. *I. h. Struv. h. th.* 36.

In casum, si hæredes erunt, & in eodem statu decesserint: fr.
Ita, ut substituantur liberi eorum, aut Fratres, & Sorores, 35. *pr. de pact.* 93. §. 3. *de leg.* 3. aut Parentes: His deficientibus potest testator substituere, quem velit, etiam mater vitricum. *Carpz.* 3. *c.* 8. *d.* 18.

Extinguitur, (1.) Si liberi parentibus hæredes non extiterint; hæc tamen expressa continet etiam tacitè vulgarem: *arg.* O
4. *h.* (2.) Infirmatô patris testamentô. §. 5. *I.* (3.) Si post substitutionem filio furioso nascatur filius: 43. *h.* (4.) Reconvalescentia: 43. modo sic maneat ad mortem usque testatoris. 41. §. 2. *h. l.* 6. §. 2. *de H. I.* §. 4. *I. de hæred. qualit.*

MILITARIS, sive compendiosa, sive privilegiata, fit C
permissu Imperatoris, 15. *h. vid.* 8. *C. h.* à milite, licet sibi testamentum non faciat, aut extra testamentum substituat: 2. §. 1. *h.* 15. §. 5. 41. *in f. de testam. milit.* Liberis, etiam pu- P
beribus, 8. *C. h.* & omni hæredi. *Struv. h. th.* 38. In ca- fr.
sum, quo utcunque defecerit hæres. 8. *C. h.* Reliquas sub- E
stitutiones omnes continet, 8. *C. h.* scil. si substitutus probet, Testatorem etiam de hoc casu sensisse. 6. *C. de testam. milit.*

DE CONDITION. INSTITUT. XXVIII. 7.

DE conditione, die, &c. *vid. sup. tit. de pact. p.* 50. *sq.* Extraneo potest adjici omnis conditio, & casualis potest semper impleri, potestativa vero post mortem testatoris: 2. 10. 12. 21. *h.*

Suus autem heres, & quidem filiusfamilias, non poteſt ſub alia, quam poteſtativa, inſtitui: 4. 86. *de H. I.* 15. 28. quæ ipſa detrahitur, ſi noceat legitimæ: 32. 36. *C. de inoff. teſtam.* [aliæ conditiones vitiant inſtitutionem ipſo jure, 5. *de H. I. f. h.* 4. *C. de inſtit. & ſubſt.*] niſi filiusfamil. ſub contraria conditione fuerit exheredatus: 4. *C. de inſt. & ſubſt.* 86. *de hered. inſt.* Quod etiam hodie obtinet, (*Obſ.* 32. *C. de inoff. teſt.*) ſine diſtinctione, an ſint ſui, an emancipati, maſculi, an fœminæ, filii, an ulterioris gradus, §. 5. *I. de exhæred. lib.* 4. *C. de lib. præt.* quod olim ſecus erat. *vid. ſupr. de lib. & poſth. p.* 488. Impoſſibilis natura & jure detrahitur, 1. 6. 14. 15. licet per accidens tantùm talis ſit. 6. Vitiatur autem ipſa inſtitutio propter perplexitatem, 16. *h.* & ſi aliæ præter poteſtativam adjectæ filio. *ut ſupr. h.* *DIES* etiam poteſt adjici inſtitutioni, §. 9. *I. de H. I.* modò non ſit certus, (nam nemo poteſt etiam ratione temporis teſtatus & inteſtatus decedere; 7. *de R. I.* 88. *de H. I. Struv. h. th.* 41. Excipe teſtamentum militis: 15. §. 4. 41.) ſed incertus, an extiturus ſit: 22. *quando dies legat.* cujusmodi etiam eſt ex. gr. Titius heres eſto, cum Cajus morietur, [ſc. quoad ultimas voluntates.] 1. §. 2. *de cond. & demonſtr.* 75. *eodem. vid. infr. ad tit. de condit. & demonſtr. p.* 526.

DE JURE DELIBERANDI.
XXVIII. 8.

D JUs deliberandi eſt facultas heredi conceſſa, ut intra certum tempus in vires hereditatis inquirat, & deliberet, an hereditatem habere, an verò aliis relinquere velit.

C S Concedit Princeps vel magiſtratus, *L. ult.* §. 13. *C. h.* Heredibus extraneis, & de Jure prætorio (ſecundum quod abſtinere poſſunt) ſuis, 8. *h. L. f.* §. 2. & 12. *C.* & horum heredum heredibus, ſuis & extraneis, ſcil. intra annum à tempore primæ ſcientiæ primi hæredis. 19. *C. h.*

O Objectum eſt hereditas, in extraneo acquirenda, in ſuis acquiſita; Non autem, in quam quis ſe immiſcuit, 4. *C. de repud. hered.* niſi ſit impubes, 57. *pr. de A. v. O. H.* aut minor: *d. L.* 57. §. 1. *L.* 7. §. 5. *de min.* Spatium olim erat arbitrarium; 1. §. 2. *h.*

Q Hodie Princeps concedit annum; Magiſtratus IX. menſes, 22. §. 13. *C.* Quamdiu nemo urget, poteſt ſemper deliberare: Si verò intra hoc ſpatium voluntatem non declaraverit, tum creditoribus urgentibus habetur, ac ſi adiiſſet, *f.* §. 14. *C.* Subſtituto

to autem petente hæreditatem, habetur, ac si repudiasset. *69. de A. vel O. H.* Concedenda sunt deliberanti instrumenta, *5.* qui prævia causæ cognitione facit omnia, quæ necessitas postulat. *5. §. 1. L. 6. h.*

BENEFICIUM INVENTARII.

HOc Inventarium est omnium rerum hæreditariarum ab hærede legitimè confecta designatio, hæredem ab omni onere hæreditario liberans. D

Introductum à Justiniano: *§. 5. I. de hæred. qual. & diff. L. f. C. de jur. delib.* Fit voluntate hæredis: *f. §. 14. C.* (In quibusdam locis necessarium est. *Rittersh. ad Nov. p. 6. c. 8. n. 28.* tàm suis, quàm extraneis, *f. §. 12. C. h.*) per notarium. *f. §. 2. C. h.* C

Consignentur omnes res: *f. §. 2. C.* Si præsumatur, non omnia esse inserta, defertur hæredi juramentum purgationis, O
A *Carpz. 3. c. 33. d. 11.* qui omissâ * fraude duplicatâ restituat, *f. §. 10. C.* hodie extra ordinem puniendus. *Richt. p. 2. dec. 59.*
a. *n. 18.* * Bonâ fide, simpliciter adscribit. *d. L.*

Debet autem hoc Inventarium (1.) Inchoari intra primum mensem, & intra alios duos perfici, qui currunt à tempore scientiæ, quod testator mortuus sit. *f. §. 2. C. h. Carpz. 3. c. 33. d. 13.* Si tamen res remotioribus locis sitæ sint, annus conceditur, *d. L. f. §. 3. C. h.* qui currit à tempore mortis: *Ludvv. ad §. 4. I. de H. Q. & D.* interdum etiam à Judice dilatatur. (2.) Fieri in præsentia legatariorum, &c. qui citantur per Edictalem, vel privatam, quod si non veniant, tres testes adhibendi: *N. 1. c. 1. & 2. §. 1.* (3.) Subscribi ab hærede; hic si scribere nesciat, Notarius scribat, præfixo signo † ab ipso hærede, *f. §. 2. C.* quod signum hodie in desuetudinem abiit. fr.

B * Inventarium *CONFICIENS* intra suum tempus non debet inquietari à creditoribus hæreditariis: *f. §. 11. C. h.* alias hæres statim post IX. dies potest conveniri. *N. 115. cap. 5. Carpzov. 3. c. 14. d. 15. 16.*

b. * Inventario *CONFECTO* (1.) Heres ultra vires hæreditatis non obligatur: *f. §. 13. 14. C. h. N. 1. c. 2. §. 1.* conventus opponit exceptionem Inventarii: *f. §. 4. C.* inde res perit creditoribus. *f. §. 4. C.* (2.) Potest creditoribus res hæreditarias in solutum dare, si hæreditas non sit solvendo, *f. §. 4. C.* neque necessario inquirit, quis ex creditoribus potius Jus ha- E

 beat,

beat: *d.* §. 4. *C.* (3.) Actiones inter defunctum & heredem salvæ manent: (4.) Expensas in hereditatem factas deducit: *d. l.* §. 9. *C.* (5.) Deducit Trebellianicam. *d. l.* §. 4. 14. *C.*

Si vero inventarium non fecerit, etiam hodie, in solidum obligatur. *f.* §. 14. *C. h. N.* 1. *c.* 2. §. 2. *vid. Carpz.* 3. *c.* 33. *d.* 18. *Berlich. p.* 1. *concl.* 48. *n.* 20. b.

DE TESTAMENTO MILITIS.

XXIX. I.

D TEstamentum militis est, quod à milite, in expeditione constituto, sine omni solennitate factum.

C Constitutionibus Impp. introductum: 1. *pr. h.* (1.) Re-
R quiritur Miles, seu persona, ab eo, qui jus belligerandi habet, ad justum bellum lecta, in numerum relata, & sacramento obstricta: *Enenck. de priv. milit. l.* 1. *c.* 4. *num.* 8. *L. antep. de test. mil.* 13. §. 3. *de re milit.* 3. *de castr. pec.* 42. *h.* exceptio est in *L. un.* §. *f. ff. de B. P. ex test. milit.* Non etiam milites vagi, die Frey-Beuter. *vid. R. I. de anno* 1555. *tit.* von den Einspännern. nec illi, qui facti testamenti tempore non fuere milites, 25. nisi milites facti hanc voluntatem approbent, 25. *Obst.* 15. §. 2. nec omnes, in quorum provincia bellum geritur: *Carpz.* 3. *c.* 4. *d.* 4. Ex æquitate tamen sic testantur in hostico deprehensi, *f. h. Finckelth.* O. 46. & bellici consiliarii,
R medici, clerici, mercatores, Marcketenter. (2.) In expeditione constitutus; 1. 17. *C.* non etiam in hybernis, *dd. LL. Carpz.* 3. *c.* 4. *d.* 28. *R. I. de anno* 1512. *tit.* von den Notarien. §. ferner sollen auch. nec milites Limitanei, Stationarii, 1. §. 12. *de off. præfecti urb.* 10. *de B. P. Finckelth.* O. 46. *Richt. p.* 1. *dec.* 38. Præsidiarii, *Gail.* 2. O. 118. *num.* 13. *Carpz.* 3. *c.* 4. *d.* 28. nisi sint hostium incursionibus obnoxii. *Bach. V.* 2.
R *D.* 10. *th.* 6. *lit. d.* (3.) Qui habet testamenti factionem: *f. pr. &* §. 1. *C. de inoff. test. pr. I. quibus non est præmiss. L. p. f. C. qui. test. fac.* (*Diss. Wesenb. h. Bocer. propter* §. 5. *I. h.* 22. *h.* 6. *C. de bon. quæ lib.*) Singulare enim est, quod possit testari (α.) Miles ad mortem damnatus, modo sententiâ condemnatoriâ hoc permissum, 32. §. 8. *de donat. inter vir. & ux.* & condemnatus sit ex delicto militari, (non communi) 11. *pr.* quod fidem sacramenti non rumpit; 11. *pr. in f.* de bonis castrensibus. 11. *h.* (β.) Mutus & surdus sine speciali concessione. §. 2. *I. h. vid. L.* 4.

Here-

Heredis inſtitutio hic fieri poteſt ſine omni ſolennitate, 1. 15. §. 1. 40. *pr. h.* 1. *in f. C. h.* modo de voluntate conſtet, 40. *pr.* ex qualicunque ſcriptura, 15. *C.* aut nuncupatione, quæ probatur duobus teſtibus, 40. *pr. junct.* 12. *de teſt.* etiam non rogatis: *pr. l. h.* Et miles teſtator poteſt inſtituere aliàs incapacem, ut deportatum, peregrinum, 13. §. 2. *h.* 5. *C.* [niſi quos Lex ſpecialiter prohibuerit; ut ſervum pœnæ, 13. §. 2. 31. *pr. depoſiti.* meretricem, in quam cadit turpis ſuſpicio, 41. §. 1. concubinam militis: 14. *de his, quæ ut indign.* Sufficit heredem eſſe capacem tempore mortis, licet tempore conditi teſtamenti fuerit incapax. 13. §. 2. *h.* 49. *de H.I.*) inſtituere heredem ex certo tempore & ad certum tempus, 8. *C.* ſibi non diſponens filio facere teſtamentum, 15. §. 5. *l.* 41. §. *f. h.* etiam extraneo pro lubitu ſubſtituere, 5. *h.* [Captatoria tamen inſtitutio locum non habet, 11. *C. h.*] Liberos præterire, [nec poſthumus rumpit] modo ſciat uxorem eſſe prægnantem. 7. *ff. l.* 9. *C. h.*

Teſtatur de omnibus bonis, & parte eorum, pro lubitu. 6. *h.* O

Valet, ut ſolenne, poſt miſſionem tamen intra annum: 21. 26. *pr.* 31. 38. *h.* modo fecerit verus miles, *L. un. pr. de B. P. ex teſt. mil.* & ex cauſa non ignominioſa miſſus ſit. 13. §. 3. *de re milit.* 26. *pr.* E

Infirmatur [1.] Nudâ contrariâ voluntate: 15. *h. arg.* 35. *de R. I.* [2.] Non etiam per Teſtamentum poſterius; 19. *pr.* ſi expreſsè dixerit, ſe velle cum utroque decedere: 19. [3.] Neque Agnatione ſui heredis. 7. 8. *ff.* 9. 10. *C. h.* [4.] Falcidia in eo non habet locum: 17. *ad L. Falc.* 3. §. 1. *ad SCt. Trebell.* [5.] Non poteſt impugnari Querelâ inofficioſi: 9. 24. *C. de inoff. T.* [6.] nec locum habet Jus accreſcendi, & pars deficiens defertur heredibus ab inteſtato: 37. *h.* hoc tamen hodie quodammodo mutatum. *Conſt. Imper. de anno* 1512. **von Notarien.** *Tit.* **von den Teſtamenten.** D

Teſtamentum *PATERNUM*, eſt teſtamentum minus ſolenne à parentibus inter liberos factum. Scriptum, vel Nuncupativum. SS D †

Introductum conſtitutionibus Imperatoriis: 16. *f. C. famil. erc.* 21. §. 1. *C. de teſt. Nov.* 107. *c.* 1. Fit voluntate parentum, [h. e. omnium aſcendentium, cujuscunque gradus aut ſexus, 51. *de V. S.* 4. §. 1. *de in jus voc.* 21. §. 1. *C. de teſt. N.* 107. *in præfat. Carpz.* 3. *c.* 4. *d.* 15.] qui habent teſtamenti C

factionem, hic enim nihil remissum: Etiam mater, quæ ad secunda vota transiit, *arg.* 8. *de publ. in rem act.* aut quæ nobilis est & inter spurios, quos solos habet, ita testatur *Gail.* 2. *Obs.* 112. (*Obst.* 5. *C. ad SCt. Orfic.*)

S Inter solos liberos, 21. §. 1. *C. de testam. f. C. famil. ercisc. N.* 107. *in præf. & c.* 1. h. e. descendentes, omnis gradûs & sexûs, 220. *de V. S.* etiam posthumos, 7. *de stat. hom.* & nepotes, licet filius adhuc vivat: 21. §. 1. *C. de testam. Carpz.* 3. *c.* 4. *d.* 16. (*Obst. f. C. fam. erc. Harppr. ad* §. 3. & 4. *I. de test. n.* 104.) modo sint naturales (nam quoad adoptivos non valet. *Enenk. de priv. parent. præf. n.* 27. 8. *de in jus voc. junct. f. C. de his, qui ven. ætat.*) vel ex concubina nati, *Carpz.* 3. *c.* 4. *d.* 24. ¶. *L.* 5. 6. *de in jus voc. Diss. Gail.* 2. *O.* 112. *n.* 18. ¶¶. sive spurii, sc. respectu matris, non illustris, aliosque liberos non habentis: *t. t. C. ad SCt. Orfic.* 5. *C. eod.* Non etiam valet inter eos, qui ex damnato coitu nati. *N.* 89. *c. f.* Si aliquid relictum extraneo, ut uxori, parentibus, &c. illud accrescit liberis, *f. C. fam. ercisc.* 21. §. 1. *C. de testam.* nisi duo testes sint adhibiti. *Carpz.* 3. *c.* 4. *d.* 19. 20. *Obst. f. C. de codicill.*

fr. Instituantur hæredes minus solenniter: *vid. Carpz.* 3. *c.* 4. *d.* 22. 23. necessario tamen instituendi, sive exheredandi nominatim, 30. *de lib. & posth.* & quidem, si pater in * Scriptura A testetur, debet vel propriâ manu testamentum scribere, ac tum testes non sunt necessarii, *arg.* 21. §. 1. & *auth. seq. C. de testam. Carpzov.* 3. *c.* 4. *d.* 17. vel subscribere, 8. §. 15. *quib. mod. pign. solv. Richt. ad Aut. Quod sine. C. de testam. n.* 9. 10. 11. ac quidem de Jure Civ. specialiter, ita: Quod in præcedentibus ultima sua voluntas contineatur: *N.* 107. *c.* 1. *in med.* hodie tamen communis subscriptio nominis sufficit, *Carpz.* 3. *c.* 4. *d.* 18. ¶¶. *Richter. d. l. n.* 11. Sola subsigillatio non valet; *H. Pistor. p.* 1. *q.* 1. *n.* 8. *Carpz.* 3. *c.* 4. *d.* 18. *Richt. d. l. n.* 6. nisi testibus probetur, quod pater ipse vel ejus jussu alius signaverit. *Richt. d. l.* Ut igitur subscriptio valeat, requiritur (1.) ut omnia integris literis scribantur: *N.* 107. *c.* 1. *Carpz.* 3. *c.* 4. *d.* 17. (2.) ut omnia liberorum nomina apponantur: *Nov.* 107. (3.) ut tempus adjiciatur, dies scil. *Carpz. d. l.* * Per nuncupationem testari velit, sufficit, si coram duobus testibus se a. declaret: *Carpz.* 3. *c.* 4. *d.* 15. & possunt hic esse testes fœminæ, (qui probationis gratiâ tantum adhibentur. 20. §. 6. *qui test. fac. Carpz. d. l. Gail.* 2. *O.* 102. *n.* 5.) & qui fortuito intervenerunt. *Gail.* 2. *O.* 112.

Infirma-

Infirmatur vel ipso jure, per agnationem heredis, & mutationem voluntatis, e. g. cancellatione, deletione, &c. *p. C. de testam. Diss. Gail.* 2. O. 112. Novi testamenti confectione, modo secundum factum sit solenniter, *N.* 107. *c.* 2. & contineat clausulam, quod per hoc pater velit priori derogatum, *N.* 107. *c.* 2. si in eo extraneam personam adjecerit. *DD. ad Aut. Hoc inter liberos. C. de testam. &c. vid. supr. ad tit. de injust. rupt. irrit. fact. &c.* ↄ

Testamentum tempore *PESTIS* factum est etiam privilegiatum: 8. *C. de test.* §. 37. *de LL. Diss. Bach. V.* 2. *D.* 10. *th.* 6. *lit. I.* Ut locum habeat, requiritur morbus contagiosus, 8. *C. de testam.* sive infectio, de persona in personam transiens, *Zachias, p.* 2. *l.* 2. *quæst.* 8. *num.* 18. *Sennertus, Inst. med. lib.* 2. *p.* 2. *c.* 12. *p.* 273. quæ deterret testes, *d. l.* 8. ut Pestis, Febris, Petechialis, Das Fleckenfieber/ *Sennertus,* 4. *de febr. c.* 7. *Finckelth. O.* 67. §. Dysenteria, *Carpz.* 3. *c.* 4. *d.* 2. *Finckelth. d. l. Richt. p.* 2. *dec.* 28. *num.* 24. (nisi levis sit, quæ metum incolis non inferat) Pleuritis: *Besold. ad J. W. part.* 3. *th.* 37. In persona vel domo testantis; *Finckelth. O.* 61. non etiam sufficit esse in provincia hunc morbum, (*Diss. Berl. p.* 3. *conclus.* 5. *n.* 23.) *Carpz.* 3. *c.* 4. *d.* 4. *Besold. d. l. th.* 35. *Reusn. de testam. l.* 2. 3. 4. *c.* 17. *n.* 11. nisi tanta sit pestis, ut numerus septenarius haberi non possit. SS

Remissum hic de jure civili nihil est, quam junctio testium, 8. *C. de testam.* non etiam numerus: Hodie sufficiunt II. vel III. *Gail.* 2. *O.* 118. *n.* 18. *Carpz.* 3. *c.* 4. *d.* 8. etiam rogati. *Carpz. d. l.* fœminæ, *Carpz.* 3. *c.* 4. *d.* 6. modo sint animo & corpore præsentes, ac testatorem audiant & videant. *Carpz.* 3. *c.* 4. *d.* 10. *vid. Reusn. l.* 3. *p.* 3. *d. l. Ripa, tr. de tempore nocturno, c.* 141. fr.

Valet tanquam solenne, etiam post morbum, in perpetuum, 1. *C. de test. Carpz.* 3. *c.* 4. *d.* 5. & aliis in locis, 6. *de evict.* E

Testamentum *RUSTICUM*, quod fit approbante Justiniano, *in L. f. C. de test. &* R. *I. de anno* 1512. *ibi:* Und in dem Gäw/ da die Baursleut/ ꝛc. propter simplicitatem ac testium raritatem, *d. l. f. C. de test.* à rusticis, (non etiam civibus ruri degentibus, *Reusn. p.* 4. *c.* 15. *d.* 1. 2.) in rure testantibus; nam sic non potest testari in urbe; *Reusn. d. l.* aut suburbanis. *Carpz.* 3. *c.* 4. *d.* 30. *n.* 5. SS

Hic remissus est numerus testium, ac sufficiunt V. *f. C. h. R. I. de anno* 1512. non etiam pauciores. *arg. dd. ll. vide Richt. p.* 1. *D.* 28. *Coler. p.* 1. *D.* 35. *n.* 4. fr.

SS Quinta species testamenti minùs solennis est Testamentum ad *PIAS CAUSAS*: quod Jure Can. valet, modo coram II. aut III. testib. factum sit. *c.* 11. *x. de testam. Tiraq. de priv. piæ causæ. Carpz.* 3. *c.* 4. *d.* 33. 34. *vid. Richt. p.* 1. *d.* 28.

DE ADQUIR. VEL OMITT. XXIX. 2. HEREDIT.

D Hereditas est universitas rerum à defuncto relicta, omnia jura, commoda & incommoda, comprehendens. 20. §. 10. *de H. P.* 37. *h.* 196. *de R. J.* Circa quam consideranda

D * *DELATIO*, qua hereditas alicui defertur, simulque jus conceditur, hereditatem oblatam acquirendi: 151. *de V. S.* 21. §. 2. *h.* quod fit jure prætorio: *de qua ad lib.* 37. vel Jure civili ab intestato, *de qua infr. p.* 543. vel ex testamento: idque vel directè, & dicitur hereditas, vel indirectè, ut fideicommissum &c. A

* *ACQUISITIO*: quæ diversô fit modô, pro diversitate heredum: nam * *NECESSARII* tantùm, (*vid.* 25. 16. ut servus à Domino suo institutus, 25. §. 4. *&* 5. *h.* quique mortis tempore in ejus potestate est, §. 3. *I. de hered. qualit.*) acquirunt ipso jure, §. 1. *I. de hered. inst.* 63. *h.* & abstinere non possunt. 57. §. *f.* a. B

* *SUI ET NECESSARII* (ut liberi, qui fuerunt b,,

D tempore * mortis in potestate patris testatoris; §. 2. *I. h.* licet tempore conditi testamenti non fuerint: 23. §. 1. *de lib. & posth.* 18. *de injust. rupt.* C

E * delatæ hereditatis proximi in familia, §. 2. *I. de her. qual. & differ. vid.* 11. *de lib. & posth.* aliquando etiam non proximi, *vid.* §. 7. *I. de hæred. quæ ab intest. Struv. h. th.* 14.) etiam nolentes patribus hæredes existunt, §. 3. *I. de hær. quæ ab intest.* 14. *de suis & legit.* nec abstinere possunt, nisi pater eis permiserit: quod facere videtur, si eos instituat sub conditione potestativa, 12. *de condit. instit.* 86. *de H. I.* vel etiam per vulgarem substitutionem: Prætor tamen posteà concessit beneficium abstinendi, §. 2. *I. de hær. qual.* 57. *pr. h.* 89. *de leg.* 1. post quod actu primo quidem statim sunt hæredes; non etiam actu secundo, & quoad effectum, antequam se immiscuerint, quod probandum à Creditore, 57. *h.* & præsumitur, sive factô, vel verbis declaret, se retinere velle hæreditatem: 71. *h. vid.* 88. *de H. I.* 30. §. 10. *de fideicommiss. libertat.* Lapsi restituuntur. 57. *h.* c.

* VO-

b. * *VOLUNTARII,* (ut ſunt, qui mortis tempore non fuerunt in poteſtate teſtatoris dominica vel paterna, ut emancipati, &c. *N.* 118. *c.* 1. aut liberi reſpectu matris, 4. §. 2. *de B. P. contra tab.* §. 3. *I. de her. qual.*) acquirunt agnitione & acceptione, quæ dicitur *ADITIO*: & eſt declaratio voluntatis de hereditate ſibi delata ſuſcipienda. D

Fit libera voluntate, 16. *C. de jur. delib.* 55. *de O. & A.* (excipe heredem fiduciarium. §. 7. *I. de fideicomm. hered.*) declarata verbis quibuscunque, vel facto, ſc. ſi faciat, quod ſine jure heredis fieri non poteſt, e. g. *L.* 20. §. 1. 2. 3. 4. *in f.* §. *f. I. de her. qual.* dummodo non conſtet de alio ejus animo: Et ſciat heres teſtatorem eſſe defunctum, 13. §. 1. *L.* 19. §. 1. *de H. vel A. V.* 27. *h.* ſibique hereditatem delatam, §. *f. I. de her. qual.* ex cauſa teſtati, &c. 22. purè, vel ſub conditione: 32. §. 1. *h.* *NON* etiam ſub conditione, 51. §. *f.* nam eſt actus legitimus. 77. *de R. I.* C

In acquirente requiritur (1.) ut capax ſit tempore aditionis, mortis, & teſtam. facti. 49. §. 1. *de H. I.* (2.) ut voluntatem ſuam declaret: quod facere non poteſt ratione deſtitutus, 40. *de R. I.* 63. *h.* ex æquitate tamen furioſi curator poteſt acquirere; *f.* §. 3. *C. de curat. furioſ. v. tit. de cur. fur. p.* 481. *in f.*) nec Infans; §. 9. 10. *I. de inut. ſtip.* ex æquitate tamen ejus pater, cujus in poteſtate eſt, adire poteſt, vel tutor ejus: 18. §. 1 2. *C. de jur. delib.* [3.] poſſit ſe obligare: Unde excluditur (α.) Pupillus, 9. §. 3. *de aut. tut.* §. 1. *I. eod.* ſed requiritur tutoris autoritas: Impubes infantiâ major poteſt adire conſenſu patris. 18. §. *f. C. de jur. delib.* ſi pater nolit, tùm prætor aditur, cujus decreto juvatur minor. 18. §. *f. C. de jur. delib.* (β.) Minor, qui curatorem habet: 3. *C. de in integ. reſt.* (γ.) Prodigus: 5. §. 1. *h.* Reliqui omnes adire poſſunt: Novo jure poteſt filius adire, citra patris conſenſum, & tùm cedit adventitio irregulari; ſi vero conſentit pater, fit regulare: ſi ſolus pater invito filio adeat, tùm omne patri acquiritur. *f. C. de bon. quæ lib.* Per procuratorem & aliam perſonam adire non poteſt: *N.* 48. *pr. L.* 90. *h.* nam, dum quis mandat hoc ſpecialiter, (quod omnino neceſſarium eſſet, 25. §. 5. *h.*) eo ipſo voluntatem ſuam ſatis declarat. 26. *Perez. in C. de jur. delib. n.* 22. Heredis heres regulariter non poteſt adire, *L. un.* §. 5. *C. de caduc. toll.* 7. *C. de jur. delib.* niſi ſit ſuus heres, [ſic tamen propriè loquendo non adit] 9. §. 1. 4. *de reb. dub.* 19. §. 2. *de caſtr. pec.* 8. *C. de ſuis &* S

legit. Gail. 2. *O.* 131. *Carpz.* 3. *c.* 14. *d.* 23. aut transmittat ex jure deliberandi, 19. *C. de jur. delib.* modò, qui ſcivit, ſibi delatam, *d. l.* 19. *Carpz.* 3. *c.* 14. *d.* 24. intra annum deceſſerit, *d. l.* 19.) aut per transmiſſionem Theodoſianam ex jure ſanguinis ſc. quando deſcendens moritur, hereditate aſcendentis delatâ, nondum autem acquiſita: *L. un.* §. 5. *C. de caduc. toll. L. un. C. de his, qui ante apert. tab.* aut heres juſtè impeditus hereditatem non adierit ante mortem: tum enim ejus heres in integrum reſtituitur. 3. §. 30. 4. *ad SCt. Silan.* 84. 86. *h.* 11. 12. *de Carbon. Edict. Carpz.* 3. *c.* 4. *d.* 19.

O Hereditas, *v.* 1. *de H. vel A. V.* 27. *h.* delata, 17. §. 1. 21. §. 2. *L.* 3. *h.* non repudiata. 4. *C. de repud. hered.* Si partem agnoſcunt, totam hereditatem agnoſcere videntur: 1. *h.* 80. §. 1. *h.* 20. *C. de jur. delib.* idem eſt, ſi legitimam, (quæ hodie inſtitutionis titulo relinquenda,) *Perez. de repud. hered. n.* 7. aut feudum patris: *c. un.* 2. *F.* 45. *Finckelth. Ex.* 6. *q.* 22. *Carpz.* 3. *c.* 14. *d.* 1. Non etiam, ſi e. g. dote ſint contentæ, & repudient reliquam hereditatem, nam nec tùm conferre tenentur, *f. de dot. collat.* modò reliquis liberis ſalva ſit legitima. *N.* 92. *c.* 1. *Aut Unde. C. de inoff. teſt.*

Q Adiri poteſt ſtatim ac delata eſt; heres tamen non debet actionibus inquietari ante IX. diem. *Aut. Sed neque. C. de ſepulchr. viol. N.* 115: *c.* 5. *Carpz.* 3. *c.* 14. *d.* 16.

E [1.] Heres habetur cum defuncto pro eadem perſona, *N.* 48. *præf.* à tempore mortis: 54. *h.* 193. *de R. J.* [2.] Acquirit jus hereditarium, *de quo ad tit. de hered. petit. p.* 111. [3.] Omnia jura, in hereditate reperta, quæ defunctus habuit, 37. & ejus morte non ſunt extincta: 196. *de R. J.* non etiam poſſeſſionem rerum hereditariarum, ſine apprehenſione, (quia facti eſt;) 23. *de A. v. A. P.* poteſt tamen propria authoritate vacuam poſſeſſionem apprehendere; Titulo vero poſſidens, jure expellendus: *vid. ſupr. de hered. petit.* Hodie in quibusdam locis etiam poſſeſſio h. m. ipſo jure acquiritur: *Gudelin. de I. nov. l.* 2. *c.* 18. *n.* 15. *Zœſ. h. n.* 12. *Cz.* 3. *c.* 9. *d.* 27. [4.] Obligatur creditoribus hereditariis, ex omnibus cauſis, ex quibus obligatus fuit defunctus; 8. *h.* 10. *C. de jur. delib.* 12. & 49. *de O. & A.* [5.] Legatariis noviter obligatur ex quaſi contractu, §. 5. *I. de obl. quæ quaſi ex contract.* Hinc deſcendit actio ex teſtamento.

D C *REPUDIATIO* eſt declaratio voluntatis ab herede facta, de non agnoſcenda hereditate ſibi delata, 60. Perficitur voluntatis declaratione, quæ fit verbis, 95. *h. vid. ſupr. h.* & facto

cto: (ex. gr. ſi hæres teſtamentarius agnoſcit legitimam. 70. 77. *inf. de A. vel O. H.*) Ab eo, qui adire poteſt, 18. non etiam furioſo, *arg.* 47. pupillo ſine tutore, 5. *C. de repud. hæred.* 11. *de aut. tut.* filio aut patre absque conſenſu mutuo: 13. *h.* 8. §. 2. *C. de bon. quæ lib.* Repudiatur hæreditas, 94. delata. 94. O
nondum acquiſita: 4. *C. de repud. hæred.* ſc. ex eadem cauſa. 17. E
§. 1. 77. *h.*

ABSTINERE eſt voluntatem declarare, quòd quis nolit D
hæreditatem retinere, quam ſolâ ſuitate acquiſivit. *vid. ſupr. h.*

TESTAM. QUEMADMODUM. APERIANTUR, INSPICIANTUR ET DESCRIBANTUR. XXIX. 3.

A DE *APERTURA* tabularum *vid. L. un.* §. 5. *C. de caduc. toll.* D
6. *de transact.* Eſt vel * Simplex, quæ fit ſine omni ſolennitate, ut hæres vel alii cognoſcant, quis ex tabb. hæres ſit inſtitutus, & quæ ibi ſcripta, cognitionis gratiâ: *Carpz.* 3. *c.* 5. *d.* 24. *inf.* fieri tamen ſolet coram Viris honeſtis, qui tabb. inſpectas iterum de novo ſignant, in futuram ſolen-
a. nem publicationem. * Solennis fit coram Judice competente, convocatis hominibus, & omnibus, quorum intereſt, ut & teſtibus, qui ſigna ac ſubſcriptiones recognoſcunt. 4. 6. 7. *in pr. & in fin. h.* 2. *C. h.*

Petunt eam hæres, legatarius, & alii quivis, quorum inter- C
eſt: 1. *pr. v.* 2. *pr.* modo præſtent juramentum calumniæ, 3. *C.*
– quo facto Judex compellit poſſeſſorem ad tabb. exhibitionem ac aperturam, qui ſi neget, recurritur ad interdictum de tabb. exhibb. 1. §. 1. *de tabb. exhib.* 2. §. *f. h.* Si vero hoc neget hæredi, tùm agitur actione ad exhibendum, vel rei vindicatione. 3. §. 8. *ad exhib.*

Omnia ſunt aperienda & legenda, quæ in tabb. inveniun- O
tur, (niſi pars, quam teſtator intra certum tempus prohibuit, 3. *v.* 8. aut quæ continet alterius injuriam, 3. *C.* aut diem & conſulem, 2. §. 6. *h.* 3. *C.*) tabulæ authenticæ, *f. h.* ex pluribus exemplaribus authenticis, ſufficit apertio unius. 10. *pr.*

Aperturam ſequitur *PUBLICATIO*, ſive relatio ad Archivum, 18. *C. de teſt.* quæ neceſſaria eſt in teſtamento privata

vata fide facto: *Pistor. O.* 199. *Carpzov.* 3. *c.* 5. *d.* 24. quod hodie vix obſervatur, cum plerumque fiant teſtamenta coram judice, vel notario, & in publicum redigantur inſtrumentum, quod per ſe ſatis probat. *Carpz.* 3. *c.* 5. *d.* 25.

SI QUIS OMISSA CAUSA TESTAMENT. AB INTEST. VEL ALIO MODO XXIX. 4. POSS. HERED.

SI heres ſcriptus ſit, qui poteſt adire hereditatem ex teſtamento, 2. *C.* & is doloſè ab inteſtato velit ſuccedere, in fraudem legatariorum, &c. 1. §. 4. 9. *junct.* 6. §. 1. 2. 3. *h.* vel pecuniam accipiat, ne adeat, 1. *C. h.* 47. *pr. de leg.* 1. tum Prætor dat utiles actiones legatariis & fideicommiſſariis, contra heredem ſcriptum, & alios heredes, qui pecuniam dederunt ſcripto, ut abſtineat. 1. §. *f.* 2. 4. *pr.* Scriptus tamen habet beneficium excuſſionis. 2. §. 1. *h.*

DE SENATUSCONSULTO SILANIANO ET CLAUD. QUORUM TE- XXIX. 5. STAM. NE APERIANTUR.

HOc SCto prohibetur Apertura tabb. & aditio hereditatis, 4. *ff. h.* teſtatoris vi occiſi, 1. *pr. &* §§. *ſeqq. h.* antequam de familia quæratur, & ſupplicium de noxiis ſumtum: 1. *pr.* 3. §. 17. 5. §. 2. *h. f. C.* Si contra fiat dolo, amittitur relictum in teſtamento illo, & fiſco vindicatur: 5. §. 2. *h.* contra eum, cui nihil relictum, datur actio popularis in 100. aureos, quorum 50. fiſco, 50. actori adjudicantur, contra regulam *l.* 12. *de V. S.* 25. §. 2. *h.* Ab hac pœna tamen liberantur [1.] Minores, 6. *C.* [2.] Heres, qui ignorat occiſionem, 3. §. 21. [3.] Quem alius prævenit in accuſatione. 10. *C. v.* 15. *h. Carpz.* 1. *q.* 34. *n.* 73. Hodie hoc non obſervatur. *arg. Ord. Crim. art.* 124. *Carpz.* 2. *q.* 34. *n.* 73. *Clarus, lib.* 5. *recept. ſent. q.* 79. *Diſſ. Heig.* 2. *q.* 34.

SI QUIS ALIQUEM TESTARI XXIX. 6. PROHIB. VEL COEG.

SI teſtamentum fieri, vel factum corrumpi, dolo vel metu A
*prohibuit *heres ab inteſtato, vel in illo teſtamen- B
to

to ſcriptus, ejus portio fiſco cedit, 1. *pr. h.* 9. *de H. I.* qui deducta Trebell. legata & fideicommiſſa ſolvit: 1. §. 1. *L.* 2. §. 2. uterque etiam tenetur ad intereſſe, actione de dolo, 88. §. 4. *de leg.* 2. vel in factum §. *f. l. ad L. Aquil. Carpz.* 3. *c.* 5. *d.* 10. Hoc autem coheredibus nihil nocet. 2. §. 1. *h.*

b. * tertius, tum heredibus nihil nocet: 1. §. *f.* 2. §. 1. *f.* §. 1. *h.* 1. 2. *C.* 22. *C. de pœn. vid. tamen* 1. §. 1.

a. * coëgit aliquis, teſtamentum eſt ipſo jure nullum, ſive dolo effectum. *argum.* 15. *de jurisd.* 1. §. 3. *de ſerv. corrupt. Carpz.* 3. *c.* 1. *d.* 8. *Bach. ad W. h.* [*Diſſ. Menoch. de A. I. Q. caſ.* 395. *cent.* 4. ¶¶. *L.* 1. 2. *h.*] ſive metu & vi coactum ſit: 32. *de H. I.* 1. *C. de SS. Eccleſ.* 20. §. *f. Qui teſt. fac.* 22. *C. de pœnit.* 10. *de jur. fiſci. Carpzov.* 3. *c.* 5. *d.* 9. & 16. *Bach. & Hahn. ad W. h.* ¶¶. *Obſt.* 21. §. *p.* & *f. ff. quod. met. cauſ.* 15. *pr. de SCt. Silan.* modo dolus & metus probetur, 9. *C. quod vi met. cauſa.* 6. *C. de dol. mal.* 6. *de probat.* quod etiam fit præſumtionibus: *Berlich.* 3. *concluſ.* 7. *Menoch. de A. J. Q. c.* 4. 90. 395. & *lib.* 4. *præſumt.* 11. 14. *vid. Carpz.* 3. *c.* 5. *d.* 12. quo in caſu judex quandoque imponit juramentum purgationis: *Carpz.* 3. *c.* 5. *d.* 15.

Poteſt etiam contra ſcriptum heredem, qui metum intulit, criminaliter ad extraordinariam pœnam agi. 1. *C.*

Legata dolo aut metu exacta ſunt nulla, modo hoc probetur. *Carpz.* 3. *c.* 5. *d.* 17. *Berlich.* 3. *concl.* 7. *n.* 42. B

DE JURE CODICILLORUM. XXIX. 7.

CODICILLUS (*v.* 19.) eſt ultima teſtatio, minus ſolennis, D ſine heredis inſtitutione directa, de eo, quod quis poſt mortem ſuam fieri velit, facta.

Sunt vel Scripti, vel Nuncupativi: 3. *C. de bon. libert. f. in* † *f. C. h.* Ab inteſtato, qui per ſe ſubſiſtunt, 16. vel cum Teſtamento, qui ſunt ſequela teſtamenti illius ante vel poſt facti. 16. 3. §. *f.*

Cauſa efficiens eſt Jus civ. *pr. l. h.* Voluntas codicillos C conficiendi, 1. 13. §. 1. *h. f.* §. 1. *C. h.* 29. *qui teſt. fac.* 76. *ad SCt. Trebell.* ejus, qui teſtari poteſt: 6. §. 3. 8. §. 2. *h.* an vero quis voluerit teſtamentum, aut codicillum facere, judex cognoſcit. 13. §. 1.

A *SOLENNITATES* * ſcriptorum ſunt [1.] Præſentia V. fr.

teſtium,

teſtium, *f.* §. *f. C. h.* (2.) Unitas actus, (3.) Subſcriptio teſtium, *f. C. in f. h.* non etiam rogatio & ſignatura: §. *f. I. Carpz.* 2. *dec.* 152. * Nuncupativorum ſunt [1.] Præſentia V. teſtium, & [2.] Unitas actus; *f. in f. C. h. R. I. de anno* 1512. **Von den Testamenten.** niſi fiant coram actis, 19. *C. de teſt.* aut roget teſtator heredem ſuum, ut hæreditatem, vel certam rem huic vel illi reſtituat; tùm enim ejusmodi fideicommiſſarius, etiam absque omni teſte, poteſt hæredi deferre juramentum, quô aſſerat, nihil à ſe rogatum eſſe: *f. C. de fideic.* modo prius de calumnia juret. ¶. *Carpz.* 2. *dec.* 40. *vid. Carpz.* 2. *d.* 41. Teſtes hîc non eſſe poſſunt Legatarii; *Zepp. de Cod. cap.* 8. *n.* 29. *Richt. ad L.* 22. *n.* 21. *C. de teſtam. Brunnem. ad L.* 20. *n.* 9. *qui teſt. fac. poſſ. Reuſn. de Cod. c.* 16. *n. ult.* Non obſt. 22. *C. de teſt. Carpz.* 2. *dec.* 152. *ob* §. 11. *I. de T. O. v. L.* 22. *C. de teſt.* benè tamen mulieres. 1. *pr. de teſt.* 20. §. 6. *qui teſt. fac. poſſ. Carpz. d. dec.* 152. & 3. *c.* 1. *d.* 30. *C. J. A. h. th.* 15. a.

O Sic relinquitur Legatum, & Fideicommiſſum, particulare & univerſale: §. 10. *I. de fideic. hæred.* §. 2. *I. h.* In Codicillo teſtamento confirmato poteſt tutor dari. 3. *pr. de teſt. tut.* Scriptus hæres indignus declarari, 4. *C. de his, quib. ut indign.* non etiam directo hereditas dari aut adimi. §. 2. *I. h. vid.* 13. §. 1. *h.* 76. *ad SCt. Trebell.* 27. §. *f. de cond. inſt. L.* 36. *pr. de teſt. milit.*

E Petitur ſic relictum fideicommiſſum univerſale, officio Judicis; particulare, actione ex teſtamento.

Ↄ Vitiantur propter defectum ſolennitatis, *ut ſupr.* Reſolvuntur * voluntate contrariâ poſteriori, 6. §. 2. *L.* 14. 16. *h.* 3. *C. h.* * declarata teſtamento, codicillis coram Judice, vel V. teſtibus. §. 1. *I. h. ibi Vinn. Diſſ. Harppr. ad* §. *f. I. h. vid. Struv. h. th.* 69. Et (ſiquidem teſtamento cohæſerint) everſo teſtamento. 14. 16. 3. §. *p.* & *f.* B b.

CLAUSULA CODICILLARIS.

D EST clauſula declaratoria ulterioris teſtatoris voluntatis, teſtamento adjecta, ut diſpoſitio, ſi Jure directo non valeat fideicommiſſaria fiat. 88. §. *f. de leg.* 2. 29. §. 1. *qui teſt. fac.* Adjicitur ab eo, qui teſtari poteſt, 6. §. 3. 8. §. 2. *Cz.* 3. *c.* 4. *d.* 28. & 2. *d.* 155. Licet Notarius tantum adjecerit: *Carpz.* 6. ℞. 7. ¶. *arg.* 31. §. 20. *de ædil. edict.* (*Diſſ. Richt. part.* 1. *dec.* 61.) modo adjecta ſit verbis vel facto; nam in dubio non præſumitur, *Carpz.* 6. *Reſp.* 7. niſi in teſtamento paterno, *Cz.* 2. *dec.* 155. ¶¶. aut ad pias cauſas. *Carpz. d. l.* Suſtinet teſtamentum, aliàs vitioſum, [modò

E requiſita Codicilli ſint obſervata] in vim fideicommiſſi. *Carpz.* 6. *Reſp.*

6. Resp. 6. 7. Reusn. de codicill. c. 23. Richter. p. 1. dec. 63. Carpz. 3. c. 4. d. 38. 39. & 2. dec. 155.

DE LEGATIS ET FIDEICOMMISSIS.

XXX. XXXI. XXXII.

A LEGATUM [latè 80. 120. *de V. S.*] ſtrictè §. 1. *I. h.* H
pro * re legata, eſt Donatio quædam, verbis directis, à D
defuncto facta, ab herede præſtanda. (*Obſt.* 64. *de furt.* 22. *de leg.* 2.) *d.* §. 1. *I. h.*

a. pro * ipſa ultima voluntate, eſt ultima conteſtatio, qua ali- D
cui res, titulô particulari, verbis directis relinquitur. Olim erant †
quadruplicis generis; §. 2. *I. h. Ulp. tit.* 24. §. 1. & *ſeqq.* hodie C
una omnium eſt natura: §. 3. *I.* 21. *C. h.* Fiunt voluntate ejus, qui teſtamentum facere poteſt, 2. *de leg.* 1. 1. §. 2. *de leg.* 3. declarata teſtamento, §. 10. *I. de fideic. hered.* 36. *de leg.* 2. & Jure novo codicillis, Epiſtola ab inteſtato, &c. *arg.* 22. *C. de fideic. junct.* 2. *C. communia de legat. Carpz.* 3. *c.* 4. *d.* 31.

B Relinquuntur * omnibus, qui habent teſtamenti factionem: S
§. 24. *I. de leg.* [tempore conditi teſtamenti, & legantis morte, 49. §. 1. *de hered. inſt.*] etiam quoad faciem ignoto, 11. *C. de H. I.* fictis perſonis ſive collegiis, (22. *de fidejuſſ.*) 32. §. 2. 73. §. 1. 117. 122. *pr. de leg.* 1. *vid. tamen Ulp. t.* 22. §. 5. & *t.* 24. §. 28. modo ſint licita, *vid.* 8. *C. de H. I.* 1. *C. de Judæis.* ſingulis Judæis: *Carpz.* 3. *c.* 13. *d.* 26. (*Obſt.* 1. *C. de jud.*) *arg.* 28. §. 2. *ex quibus cauſis maj.* 8. *C. de jud. vid. not. ad* 1. *C. de jud.* Univerſitati relictum ſingulis non debetur: 7. §. 1. *quod cujusque univerſit. nomine.* 10. §. 4. *de in jus voc.* 20. *de reb. dub.* ¶. (*Obſt.* 19. *de reb. dub.* 2. *C. de incert. perſon.*) *Richter. p.* 1. *dec.* 37. *num.* 48. 49. Incertæ perſonæ, &c. §. 25. 27. *I. vid. Ulp. t.* 22. §. 4. *vid.* 24. 28. 49. *pr.* §. 1. *C. de Epiſc. & Cler.* [Pauperibus ſimpliciter relictum, debetur illis, qui ſunt, ubi legans domicilium habuit, 49. §. 3. *C. de Epiſc. & Cler.* poteſt tamen judicis arbitrio illud uni concedi, qui miſerrimus omnium eſt: *Bach. vol.* 2. *Diſp.* 13. *th.* 2. *lit. C. D.* (*Obſt.* 12. *de teſtib. c. plural.* 40. *de R. I. in* 6. ¶¶.) Annua quantitas, ex. gr. tribus pauperibus relicta, debetur pauperrimis: 49. §. 5. *C. de Epiſc. & Cler.* Pauperibus cognatis relictum, debetur illis, qui nec immobilia, nec mobilia poſſident, ſed manu victum quærunt. *Carpz.* 3. *c.* 13. *d.* 31. *v.* 49. §. 6. *C. de Epiſc. & Cler.*) Modo ex poſt facto appareat, cui præ-

præſtari debeat, nam aliàs eſt ipſo jure nullum. 4. *de reb. dub.* 18. *de uſu & uſufr. leg.* Error nominis nihil vitiat. §. 29. *I. h. vid.* 58. *de H. I. arg.* 6. *de R. C.*

* non etiam aliis, qui teſtamenti factionem paſſivam non habent, præter cauſam alimentorum. 11. *de alim. & cib.* 3. *de his, quæ pro non ſcript.* b.

Ab hæredibus teſtamentariis, §. 1. *I.* & Novô Jure omnibus illis, ad quos aliquid pervenit ex morte legantis, 1. §. 6. *de leg.* 3. 9. *C. de fideic.* hæredibus hæredis. 5. §. 1. *de leg.* 3. (Quæ ab inſtituto legantur, legata cenſentur etiam à ſubſtituto, 34. §. 2. 35. *de vulg. & pup. ſubſt.* niſi contraria Teſtatoris voluntas appareat: 74. *pr. de leg.* 1. *vid. d. l.* 74. §. 1. *& ſeqq.* legatario & fideicommiſſariô, donatariô mortis causâ, 77. §. 1. *de leg.* 2. ab hæredibus ab inteſtato, 92. §. *f. de leg.* 1. à bonorum poſſeſſore: 92. §. *f. de leg.* 1. *NON* etiam ab eo, qui non eſt honoratus, 9. *C. de fideic.* 1. §. 17. *ad SCt. Treb.* 114. §. 3. *de leg.* 1. ut etiam à ſubſtituto Filio exheredato. 24. *C. h.* 126. *pr. de leg.* 1. *f. de leg.* 3. *vid. tamen* 70. §. 1. *de leg.* 2.

Legata non ſunt, niſi deducto ære alieno. *L. f.* §. 5. *C. de jur. delib.* Si legata res, quæ * non eſt in rerum natura, neque actu, neque potentiâ, tùm nec æſtimatio debetur. 7. §. 1. *de tritic. vin. ol. leg.* 108. §. 10. *de leg.* 1. C

* eſt in rerum natura; ſed c.
* ſpe tantùm, valet. §. 7. *I. h.* 24. *pr. de leg.* 1. 17. *de leg.* 3. Et D
Legatum purum eſt quoad transmiſſionem; 6. §. 1. 25. §. 1. *quando dies legat.* 99. *de condit. & demonſtr.* quoad obligationem vero conditionale eſt: 5. *de trit. vin. ol.* 8. §. 2. *de leg.* 2. 1. §. *f. de condit. & demonſtr.* Si tamen fundus demonſtrationis gratiâ tantùm ſit adjectus, tum totum debetur, licet ibi nihil fuerit natum. 27. §. 2. *de leg.* 3. 12. *de aliment. leg.*
*ipſo actu; *ſed extra commercium * Simpliciter, tùm etiam d.
nec æſtimatio debetur: §. 4. *I. h.* 39. §. 8. 9. 10. *de leg.* 1. E
* Certo tantùm reſpectu, F
ſc. ſi reſpectu *Hæredis tantùm, tùm debetur res, vel ejus æſti- f.
matio: 49. §. 3. *de leg.* 2. G
* Legatarii, tum æſtimatio debetur. 40. *de leg.* 1. g.
114. §. 5. *ibid.* (*Obſt.* 49. §. 2. *de leg.* 2. 34. *de V. O.*) Sic legari poteſt Feudum, ſcil. ad eum effectum, ut æſtimatio debeatur: *arg.* 39. §. 7. *de leg.* 1. *Riemer. dec.* 7. *quæſt.* 1. *Bach. V.* 2. *D.* 13. *theſ.* 5. *lit. G. Carpzov. D. Feud.* 5. *theſ.* 18. *Ludvv. exerc. de leg.* 3. *lit. F.* (*Diſſ. Schulz. Finckelth. exerc.* 6. *th.* 7.

propter

propter 2. *F.* 9. *L.* 39. §. *f. de leg.* 1.) Res litigiosa, quam testator
H * talem scivit, & tùm præstatur tantùm dubius eventus, sumptibus hæredis; *N.* 112. *c.* 1. [*vid.* 3. *f. C. de litig.*] cui tamen Legatarius assistere potest; *N.* 112. *c.* 1. ipse autem Legatarius causam suscipere non potest. *propter* 55. *de leg.* 1. *Carpz.* 6. *Resp.* 26. *num.* 16. 17. Si vero res hæredi adjudicatur, tùm statim ipso jure Legatario acquiritur, & retrotrahitur tempus ad mortem legantis. *Nov.* 112. *c.* 1.
h. * Credidit * alienam, tùm sive vicerit hæres, sive victus
I fuerit, æstimatio, aut ipsa res debetur. §. 11. *I. h.*
i. * suam, tùm res dependet ab eventu, & siquidem hæres eam vicerit, Legatario cedit, non verò, si minus.
c. *per d. Nov.* 112. *c.* 1. * Et in commercio, quæ si est
K * testatoris, tùm legatum subsistit, etiamsi alienam crediderit, 67. §. 8. *de leg.* 2. aut Legatarii: §. 10. 11. *I. h. vid. tn. d.* §. 10. Si res cum aliis communis, aut in qua testator tantùm habuit, utile dominium, legata, tùm in dubio tantùm videtur id legatum, quod testator habet; *Bach. ad* §. 4. *I. h. arg.* 67. §. 8. *de leg.* 2. & 30. §. 4. *de leg.* 3. 71. §. *f. de leg.* 1. (*Diss. Accurs.*) 68. *pr. de leg.* 3. Si vero posteà totam acquisierit testator, tota debetur: 8. *pr. de leg.* 1. Si legata sit res testatoris oppignorata, valet legatum, 57. *de leg.* 1. & luere eam debet hæres, si testator sciverit; Legatarius verò, si testator id ignoraverit. 57. *de leg.* 1. Limita tamen *ex dictâ Lege* 57. *de leg.* 1.
k. * aliena, * & apud hostem, ac * aliquando fuit nostra, &
L habet postliminium, tùm Legatum valet. 9. 98. *de leg.* 1.
M * nunquam fuit nostra, nec
m. commercio comparari potest, ut fundus hostium, tùm non valet; 103. *de V. O.* valet tamen, si commercio comparari potest. 104. §. 2. *de leg.* 1.
l. * sed in imperio & commercio nostro, tùm est
N vel personæ * Oneratæ, & legatum omninò valet; §. 4. *I.* licet testator eam suam putaverit. 67. §. 8. *de leg.* 2. (*Diss. Carpzov. lib.* 6. *Resp.* 28. *num.* 5.)
n,, * Honoratæ jam ante propria, & tùm regulariter nec æstimatio debetur, §. 10. *I.* 3. §. 4. *de A. vel A.P.* 13. *C. h.* licet Legatarius eam posteà alienet; *propter reg. Caton.* Limitatur tamen, (1.) si res revocabiliter tantùm pertinet ad Legatarium. 82. §. 1. *de leg.* 1. 22. *de A. v. A. P.* (2.) si tertius etiam jus in ea re habet: eam enim hæres liberare tenetur: 86. *de leg.* 1. 71. §. 5. 43. §. *f. de leg.* 1. sic potest alicui sua propria persona

legari. 43. §. *f. de leg.* 1. 15. *de capt. & postlim. rev.* Si post testamentum factum res demum comparata titulo oneroso, tùm æstimatio debetur. §. *6. I. h.* Sin lucrativô, tùm nihil debetur. n.
d. §. 6. I. h. *Tertii, tùm si *scivit testator, esse alienam, valet Legatum, ut heres eam comparet, vel æstimationem præstet. §. 4. *I.* 14. §. *f. de leg.* 3. 71. §. 3. *de leg.* 1.

*ignoravit testator, esse alienam, tùm nec æstimatio debetur, §. 4. *I. h. propter* 67. §. 8. *de leg.* 2. nisi cognatis legata. 10. *C. h. Carpz.* 6. *Resp.* 28. Probat hic legatarius scientiam. §. 4. *I. h.* 2. 21. *de probat.*

Legari potest * res [1.] corporalis & incorporalis : §. 21. O
I. h. 41. *de leg.* 1. Legato nomine liberatur heres, cedendo actiones, licet inidoneas, 44. §. 6. 75. §. 2. 105. *de leg.* 1. 88. §. 8. *de leg.* 2. Legatarius enim ante cessionem habet tantùm ex Edicto D. Pii utiles actiones. 18. *C. de Legat.* [2.] Res in specie & genere, modò habeant certam determinationem, à natura, 13. 37. *de leg.* 1. §. 22. *I. h.* vel ab homine, & testator ejusmodi res, ex. gr. ædes, habeat, 71. *pr. de leg.* 1. quod Vinnius etiam ad fundum extendit; *arg.* 71. *de leg.* 1. *junct.* 24. §. 3. *eodem.* sed communiter DD. aliter sentiunt, propter summam fundi incertitudinem. 60. *pr. de V. S.* 69. §. 4. *de jur. dot.* Legato genere legatarius eligit, [nisi aliud voluerit testator: §. 22. *I. h.* 2. §. 1. *de opt. legat.* quod præsumitur, si verba ad heredem direxerit, quod fit in legato damnationis & sinendi modo. 43. §. 3. *de leg.* 2.] ita tamen, ut nec optimum, nec pessimum eligat: *arg.* 67. §. 8. *de leg.* 2. 37. *de leg.* 1. & 110. *eodem.* Quantitate in genere legatâ, electio est heredis: 4. *de trit. vin. ol. vid. Carpz. dec.* 300. [3.] Res singularis & universalis. e. g. certa bonorum vel hereditatis pars; 23. 26. §. 2. *de leg.* 1. 8. §. *f.* 9. *de leg.* 2. 22. §. *f. ad SCt. Trebell.* 39. *pr. de V. & P. S.* hoc in casu interveniunt stipulationes inter hunc legatarium & heredem de lucro & damno communicando, *vid.* §. 5. 6. *I. de fideicomm. hered.* atque eligit heres, an dividere velit hereditatem, an verò æstimationem patris præstare, modò divisionem commodè recipiat; aliàs enim præcisè ad æstimationem obligatur. 26. §. 2. *de leg.* 1.

Et factum, §. 21. *I.* Licitum o.
E Effectus * proximus est, si legatum * simpliciter est P
*factum : quod heres, si velit, possit interesse præstare: Q
13. §. *f. de re jud. vid. B. D. D. Harpprecht. C.* 74. *n.* 107. *cum seqq.*
*Res * futura; quod suspendatur obligatio, donec res nascatur. 1. §. *f. de condit. & demonstr. vid. supr. h.* O.

*præ-

* præſens, & quidem ſi * quantitas aut genus, tùm legatario tantùm jus ad rem acquiritur:

Si * certa ſpecies * aliena, tum heres tenetur rem vel æſtimationem præſtare, 80. *de leg.* 2.

* propria, tum ipſô jure tranſit in legatarium; Si jus in re legatum, tùm hoc transit: Si jus ad rem legatum, tùm heres obligatur ad actionem cedendam. 18. *C. de legat.* Legatariis etiam tacita hypotheca
q. competit. 1. *C. comm. de leg.* * ſub conditione, modô, die, &c. ſit relictum, *de eo vid. infr. ad tit. de condit. &*
p. *demonſtr.* * ſecundus ſunt Actiones, quibus poſſeſſio legati petitur: *vid.* 1. §. 2. *quod legat. Carpz.* 3. *c.* 13. *d.* 30. ut ſunt
R (1.) Actio in rem, ſc. ſi legatum eſt jus in re, nam illud jus Legatario, etiam ignoranti, ſtatim acquiritur, 77. §. 3. *de leg.* 2. in momento mortis domini, 80. *de leg.* 2. 64. *de furt.* 9. §. 5. *de pecul.* ſc. quoad transmiſſionem; veritate enim demum acquiritur aditâ hereditate: 86. §. 2. *de leg.* 1. 44. §. 1. *eod.* quod ſi illam rem repudiat, videtur nunquam dominus fuiſſe: 44. §. 1. *de leg.* 1. *vid.* 15. *de reb. dub.* Partem accipere, partem repudiare non poteſt: 38. *pr. de leg.* 1. 4. *de leg.* 2. unam rem tamen agnoſcere, alteram repudiare poteſt. 5. *pr. de leg.* 2. Limita tamen *ex* 5. *&* 6. *de leg.* 2. *&c.*

c. denda. *dd. LL.*) (3.) Contineat causæ decisionem, 1. *h. vid. Vultej. l.* 3. *c.* 11. *n.* 67. & debet esse certa. *§.* 32. *I. de act.* 3. *& t. t. C. de sent. quæ sine cert. quant.* * per se, sc. ex cujus verbis constat, quid, quale, quantum debeatur, 74. *de V. O.* * per relationem, v. gr. ad testamentum, instrumentum, 5. *§.* 1. libellum, 59. *§.* 1. *vid.* 21. *§.* 3. *de Receptis.* 3. *C. de sent. quæ sine certa quant.* De sententia conditionali, ex. gr. si juraverit: *v.* 11. *Carpz.* 1. *c.* 26. *d.* 9. 10. 11. Incerta tamen subsistit, si natura negotiî certam non permittat.

Sententia lata non tollit obligationem, 60. *de condict. ind.* E eam tamen definitivam Judex non potest retractare, 14. 42. 55. Interlocutoriam retrahere potest, 14. (nec ab ea J. Civ. appellatur) non tamen temerè: *f. §. f. C. de modo mulct.* plura habet *Bach. V.* 2. *D.* 23. *th.* 1. *lit. E.* Post X. dies fit *RES JUDICATA*, quæ pro veritate habetur, 25. *de stat. hom.* 3. *pr. de agn. & alend. lib.* nec rescindi potest, licet nova instrumenta sint reperta: 4. *C. h. NISI* [1.] sententia lata contra utilitatem publicam; 35. *v.* 3. *C. de jure rei publ.* [2.] Instrumenta

reperta probent anteà ſententiam latam eſſe, contrariam huic: 1. *C. quando prov. non eſt neceſſ.* (3.) Ex probationibus privilegiariis, e. g. juramento ſuppletorio ſententia lata: 31. *de jurejur.* (4.) Inſtrumenta anteà ab adverſario dolo malo fuerint occultata. *arg.* 19. *C. de transact.* *v.* 46. §. 5. *in f. de admin. tut.*

D Sententiâ non reſciſſâ datur exceptio vel actio rei judicatæ: quæ eſt perſonalis, competens actori, adverſus condemnatum, ejusque ſucceſſorem, etiam particularem, *L.* 3. §. 1. *de pignorib.* ad præſtandum id, ad quod condemnatus eſt: Oritur ex quaſi contractu; 3. §. 11. *de pecul.* 6. §. *f. h.* eſt perpetua, 6. §. *f. h.* etiam ad uſuras centeſimas *p. C. depoſ. Bach. V.* 2. *D.* 23. *th.* 5. *C. L. fin. C. de uſur. rei jud.* Hodiè executio petitur imploratione officii judicis. *Gail.* 2. *O.* 113.

C Contraria ſententiæ ſunt Appellatio, Reviſio. *de quib. ad lib.* 49.

XLII. 2. DE CONFESSIS.

D Confeſſio eſt qualiscunque contra ſe facta pronunciatio: (reſpectu tertii eſt teſtificatio tantùm. *de qua vid. tit. de probat.*)

† Vera, verbis vel literis declaratur: Ficta ex facto elicitur: 4. §. *f.* & *ſeq. de his, qui not. infam.* 5. 6. *d. t.* 11. §. 4. & 7. *de interrog.* fuga quidem facit locum torturæ; *Carpz. q.* 20. *n.* 41. non tamen confeſſum. *Diſſ. Weſenb.*

E * Civilis judicialis, quæ fit in * jure, habetur pro ſententia A
& confeſſus pro judicato: 6. §. *f. h.* 21. *de jud.* ¶. *Diſſ. Carpz.* B
2. *c.* 3. *d.* 8. *n.* 10. modò (1.) Perſona ſit habilis, *arg.* 6. §. 5. C
qualis etiam eſt pupillus infantiâ major, cum tutoris auctoritate: 6. §. 5. minor cum curatoris conſenſu, *arg. L.* 54. *de re jud.* 2. *C. qui legit. perſ. ſtandi in jud.* (læſi tamen in integrum reſtituuntur) ſine curatore hîc nihil agit. 3. *C. de in integr. reſt.* curatorem non habens validè confitetur, modò cauſa talis ſit, ut poſſit in judicio ſtare; læſus tamen etiam reſtituitur. (2.) Confeſſio facta præſente adverſario: 6. §. 3. (3.) Coram competente Judice: (4.) Certum aliquid confeſſus ſit: 6. *pr.* (5.) Spontè, absque errore: 7. *C. de jur. & fact. ign.* facti ſc. alieni; nam obligatur, qui confitetur ex errore juris, 2. *h.* (niſi agatur de rebus propriis amittendis. 8. *de jur. & fact. ign.*) & facti proprii: *arg. f. in f. pro ſuo.* hæc tamen aliquando toleratur. * judicio, habet vim probationis: 74. *de judic.* His comparantur hodiè confeſſa poſt litem conteſtatam.

* Ex-

b. * Extrajudicialis: quæ fit inter privatos, extra jus & judicium, & hæc plena est probatio, modo fiat adversario præsente ac acceptante, *Cz. 2. c. 16. d. 21.* aut aliàs plenè probari possit, (e.g. scripturâ, *26. §. f. depos.* vel testibus: *13. C. de non num. pecun. N. 90. c. 2. arg. 15. C. de fid. instr.*) & causa debendi exprimatur. *25. §. f. de probat. c. 14. x. de fid. instr.*

a. * Criminalis * judicialis plenè probat, modo sit libera: De
D extortâ per torturam, *vid. Carpz. q. 126.* & si de corpore delicti
E * constat, potest ad ultimum supplicium perveniri; *5. de custod. reorum. 1. §. 24. ad SCt. Silan. 1. §. 17. & §. f. de quæstion. Carpz. q. 16. 26.* in delictis facti transeuntis, e. g. adulterio &c. sufficiunt indicia. *Carpz. q. 108. n. 33.*

o. * non constat, ultra relegationem aut fustigationem procedi non potest. *Carpz. q. 108. n. 29.*

d, * extrajudicialis facit indicium ad torturam. *Carpz. q. 121. n. 41. &c.*

DE CESSIONE BONORUM. XLII. 3.

CEssio hic est actus, quo debitor ære alienô, sine dolo malo, obæratus, omnia sua bona creditori sponte relinquit, ut ipsi exinde, quantum fieri possit, satisfiat, ipseque à carcere liberetur. *1. C. h.* D

Hoc flebile beneficium; *7. 8. C.* à Julio Cæsare introductum, *vid. Gell. 10. c. 1.* Competit ex voluntate debitoris, utcunque declarata; *v. 6. C.* Hodiè per nuntium, epistolam, vel procuratorem fieri posse negant. *Coras. Wissenb. h.* C

Cedere potest debitor, *8. h. vid. Bach. V. 2. D. 24. th. 4. v. dummodo.* masculus & fœmina, *7. C. v. N. 134. c. 9. Aut. Hodiè C. de cust. reorum.* etiam Ecclesia, *Bach. V. 2. D. 24. th. 4. C.* Filiusf. *7. C.* modò sit sine fraude obæratus. *37. de minor. p. de jur. dot. f. de in jus voc. 7. §. 3. de jurisdict. 1. §. f. de pœn. Obst. f. §. 4. C. de custod. reorum,* Creditori, etiam invito. *55. de O. & A.* S P

Omnia bona, *Carpz. in Asylo debit. c. 1. §. 43.* etiam commoditatem ex usufructu, emphyteusi, feudo, ad dies vitæ debitoris: *arg. 8. §. f. de peric. & comm. rei vend.* nec jure stricto obolus relinquendus: *arg. 6. h.* (*Diss. Treutl. h. propter 6. h.*) ex æquitate tamen vestis quotidiana relinquenda est, & quibusdam in locis der Handwercks;eug. *v. Tholosan.* O

Forma est, ut in D. quidam etiam de Jure Can. requi- fr.

 runt

runt cautionem, (juratoriam five promissoriam) de reliquis debitis tandem solvendis, si ad meliorem fortunam devenerit cedens. *c. Odoardus. 3. x. de solut.*

E Facta cessione, (cui renunciari validè non potest, 71. §. 2. *de condit. & demonstr. Perez. h. num.* 20. 21. *v. p. C. de pact.*) * debitor quidem semper manet obligatus, ratione reliqui, in casum pinguioris fortunæ; 3. *C. de bon. aut. jud. poss. §. f. I. de act.* non potest tamen incarcerari, 1. *C.* & in bonis posteà acquisitis habet beneficium competentiæ, 4. *h. §. f. I. de act.* scil. quoad priores creditores. *d. L. 3. C.* Fidejussores nihil juvantur, *per §. f. I. de replic. Obst. 43. de solut.* solvitur societas: *§. p. I. de soc. 65. §. 1. pro soc.* Cedens infamiâ non notatur: 11. *C. ex quib. caus. infam. arg.* 1. *C. eodem. v. f. in f. C. h.* hodie tamen quibusdam in locis actum ignominiosum facere debet, *Perez. h. n.* 22. A

* Creditores petant missionem à Judice, & curator bonorum constituitur, qui bona administrat, vendit, ac creditoribus exinde solvit: Non autem propria auctoritate bona possunt occupare. 4. *C.* a.

Ↄ Cessionem resolvit Pœnitentia, ante rei venditionem facta: 2. 3. *C.* Impedit Dolus. 37. *de minor.*

I.n Hoc privilegium multis in locis abrogatum est. *Carpz.* 2. *c. 22. d. 2. Mev. ad J. L. lib. 1. tit. 3. art. 1. n. 85. &c.*

QUIBUS EX CAUS. IN POSSESSIO-
XLII. 4. NEM EATUR.

(1) D Missio ex *PRIMO* decreto est actus, quo Creditores decreto prætoris in possessionem bonorum debitoris, per apparitores, ad res custodiendas, & pignoris jure servandas introducuntur, ut reus tædio affectus veniat, responsurus sive pariturus. 1. 12. *inf. h.* 5. *pr. ut in poss. legat. serv.* Germ. Der Einsatz auß erster Erkänntniß.

C Mittit magistratus competens: qui (1.) in genere potest in possessionem mittere, ut, quando hæc missio est * Jurisdictionis, [(α.) *ex L. f. C. de Edict. D. Hadr. toll.* (β.) Si venter alimentorum nomine in possessionem mittitur, 7. §. 1. *de ventr. in poss. mitt.*] qui eam Jurisdictionem perfectam habet. A B

* Mixti imperii, (quando scil. fit ex causa judicati, vel rei non ob temperantis coërcendi gratia, illi, qui hoc habent: non etiam magistratus municipales. 26. *pr.* & §. 1. *ad municip. Obst.* 4. §. 3. b.

de

de damn. infect. niſi ipſi hoc mandatum, 1. *de damno infect.* nam mandata Jurisdictione hoc tranſit. *f.* §. 1. *de offic. ejus, cui mand. eſt jurisdict.* Hodiè, qui habent jurisdict. baſſam.

* (2.) Bona, in quæ miſſio fieri debet, in ſuo territorio habet. 12. §. 1. *de reb. aut. jud. f. de jurisdict. Hartmann. l.* 1. *O.* 6. *in f. Beſold. ad Jus Würt. p.* 1. *tit.* 13. *th.* 21. Ad petitionem Actoris, 4. §. 8. *de damn. infect.* & accuſationem contumaciæ, 68. *de judic. Carpzov.* 1. *c.* 9. *d.* 15. propter juſtam cauſam, 1. *h. N.* 53. *c.* 4. §. 1. de qua Judex ſummariè cognoſcit. *dd. ll.*

Mittitur Creditor, cui ex qualicunque cauſa aliquid debetur, 10. *de V. S.* etiam ex actione reali, 7. §. 16. *h. c. f. ut lit. non conteſt.* aut quæ per exceptionem dilatoriam ſuſpendi poteſt. 10. *de verb. ſignif. arg.* 6. *h.* Item Creditor conditionalis, 10. *de V. S.* 26. *de ſtipul. ſerv.* 6. *pr. Obſt.* 14. §. 2. Legatarius conditionalis, nam etiam his cautio interim præſtanda. *v.* 11. *h.* Hinc excluduntur, qui habent tantum naturalem obligationem, *arg.* 10. *de V. S.* aut actionem, aut peremptoriâ exceptione eliditur. 7. §. 14. *in f. h.*

In debitoris, [cujuscunque, licet furioſi, *L.* 3. §. 1. *L.* 4. *pr. L.* 5. *pr.* & §. 1.] etiam ſine dolo latentis, *dd. LL.* [*Obſt.* 6. §. 1. 7. §. 1.] bona omnia, [in ſola cauſa damni infecti miſſio fit in rem ſingularem, 1. *h.*] etiam in quibus jus tantum habet, ut emphyteuticaria, oppignorata: 5. §. 7. *ut in poſſ. leg. arg.* 31. *de pign.* Non etiam in illa, in quibus debitor jus non habet, ut commodata, depoſita, &c. 5. §. 10. *ut in poſſ. leg. Bach. V.* 2. *D.* 24. *th.* 2. *lit. B. Vultej.* 4. *c.* 6. *n.* 114. *&c.* Si in bona pupilli mittatur, ex illis interea pupillo ſunt alimenta præſtanda. 33. *pr. f. pr. de privil. credit.*

Hodiè Creditores mittuntur, [*Diſſ. Cujac.*] tantum in partem bonorum, pro quantitate debiti: *N.* 53. *c.* 4. §. 1. §§§. *c. f. in f. ut lit. non conteſt.* & primùm quidem in res mobiles &c. *ſecundùm L.* 15. §. 2. *de re jud.* & *c. f. in f. x. ut lit. non conteſt.*

Miſſus rem detinet tantùm, non poſſidet, neque naturaliter, neque civiliter; 3. §. *f.* 10. §. 1. *de A. vel A. P.* 12. *h.* 15. §. 20. 21. & 30. *de damn. infect. v.* 8. *C. Quomodo & quando Judex.* 2. *C. Ubi in rem act.* 13. §. 3. *C. de jud.* licet propter realem actionem miſſus ſit: *dd. LL.* & *c. f.* §. *In aliis. x. ut lit. non conteſt.* Indeque conſequitur jus in re, ſive pignus prætorium. 26. *de pign. act. t. t. C. de pign. prætor.* Veteri Jure miſſio unius omnibus proderat, & nemo alteri præferebatur. 12. *de reb. aut. jud. poſſ.* Hodiè quilibet ex ſua miſſione rem habet: *Dd. ex N.* 53.

e. 4. §. 1. fructus tamen consumere non potest, licet sorti illos velit imputare: 5. §. 22. *ut in poss. leg. serv. v.* 7. *in f. h.* Alii casus sunt *in L. p. ut in poss. leg.* 5. §. 3. *de Carbon. Edicto.* Adversus impedientem hanc missionem actio datur, ne vis fiat, &c. *de qua in lib.* 43.

O Tollitur hoc decretum, si ante secundum decretum debitor contumax (1.) compareat, (2.) præstet cautionem fidejussoriam, *N.* 53. *c.* 4. §. 1. 8. §. 3. *C. de præscr.* 30. *ann. c. f.* §. *in aliis, x. ut lite non contest.* vel in subsidium juratoriam, vel pignoratitiam, ¶. *Aut. Generaliter. C. de Episc. & Cler. Diss. Bach.* (3.) Expensas restituat misso, 8. §. 3. *C. de præscr.* 30. *ann.* 9. §. 2. 4. *de reb. aut. jud.* quas consequitur, si rem jam ante restituit, actione in factum. 9. §. 4. *de reb. aut. jud.* Missus etiam damnum dolo & latâ culpâ datum refundit. 9. §. 5. *de reb. aut. jud. possid.*

DE REB. AUCTORIT. JUD. POSS. XLII. 5. VEL VENDENDIS.

(2) D SECUNDUM Decretum est alter magistratus jussus, quo, ob rei fraudulosam & continuatam contumaciam & latitationem, ex primo decreto missus, verus efficitur possessor. 15. §. 21. *de damn. infect.*

C Hoc decretum interponit idem, qui primum: propter lati-
C tationem (1.) fraudulosam, 7. §. 2. 3. *quib. ex caus. in poss.* (2.) quam præcessit citatio peremptoria, vel tres dilatoriæ, *arg.* 8. *C. Quomodo & quando jud.* (3.) continuatam Jure * Can. & ¶. per annum. *c. f.* §. *In aliis verò casibus. x. ut lit. non contest.* * Civili, si actio sit * realis per annum, 8. §. 3. *C. de præscript. XXX. annor.* * personalis, per tempus arbitrarium; *arg.* 1. §. 2. *de jur. delib. vid. N.* 53. *c.* 4. §. 1. *L.* 15. §. 21. *de damn. infect.* igitur hæc missio non fit sine causæ cognitione. *c. f. x. ut lit. non contest.* 9. *C. de bon. aut. jud. poss.*

S Mittuntur creditores ex primo decreto missi omnes (etiam propter actionem realem missi, *c. f.* §. *In aliis. x. ut lit. non contest.*) qui non excipiuntur, ut (1.) Missi in bona pupilli, minoris, furiosi, mente capti, prodigi: *propter* 7. §. 9. 10. 11. *quib. ex caus. in poss.* (2.) Creditores conditionales: 7. §. 14. *L.* 14. §. *f. quibus ex caus. in poss.* (3.) Quibus obstat exceptio dilatoria. 7. §. 14. *d. t.*

O In bona debitoris latentis: *ut supra C. h. t. & O. præced. tit.*

Missus

Missus rem verè possidet, & quidem plenissimè, ita, ut actor dominus fiat in missione de damno infecto; 15. §. 16. *& 33. de damn. infect.* in aliis causis * realibus, ita possessio transfertur, ut petitorium saltem reservetur debitori, *c. f. §. In aliis. x. ut lit. non contest.* * personalibus, quibus petitur * quantitas, possessio ita transfertur, ut actor habeat potestatem rem vendendi, ut ex pretio illi satisfiat: 7. §. 1. *& seqq. quib. ex caus. in poss.*
* certa species, possessio ita transfertur, ut possit eam actor retinere. Quid de his missionibus hodie in Saxon. *vid. Berlich.* 1. *c.* 17. *& Carpz.* 1. *c.* 9. *d.* 14. 15. *& seqq.*

DE PRIVILEGIIS CREDITORUM.

A PRæferuntur ex creditoribus alii aliis * *EXTRA* concur-
B sum, jure separationis: * Jure ordinario, quarum dominus est actor, quamque NB. debitor adhuc in bonis habet: 1. *C. de priv. fisc.* 5. §. 18. *de tribut. act.* 38. *pr. de pecul.* 14. 31. *pr. de R.C. N.* 91. *c.* 1. *arg. t. t. Cod. Ne filius pro patre. t. t. C. Ne uxor pro marit.* ut (1.) Deponens, 17. §. 1. *ff.* 8. *C. depos.* etiam in deposito irregulari, 31. *locati.* 24. §. 2. *de reb. aut. jud.* (*Diss. Fr. ad tit. qui pot. in pign. n.* 55. *&c. propter* 24. §. 2. *de reb. aut. jud.*) modò res adhuc extet in bonis debitoris: *d. L.* 24. §. 2. *L.* 7. §. 2. *depos.* (2.) Qui commodavit, sive actione commodati, sive rei vindicatione experiatur: *propter* 8. *& seqq. commod.* (3.) Qui rem precario concessit: 1. §. *f. de precar.* (4.) Locator: 39. *locat.* (5.) Debitor, soluto debito, pignus: *arg.* 35. §. 1. *ff.* 9. *C. de pign. act.* (6.) Liberi res adventitias, castrenses: &c. *Carpz.* 1. *c.* 28. *d.* 14. (7.) Repetentes res dotales & paraphernales, adhuc apud maritum existentes: 1. *C. de priv. fisci. Carpz.* 1. *c.* 28. *d.* 13. *v. N.* 91. *c.* 1. *L.* 12. §. 2. *C. qui pot. in pign.* (8.) Venditor in casu, quo dominium nondum transiit: *arg.* 19. *de C. E. V.* 5. §. 18. *de tribut. act. Cz.* 1. *c.* 28. *d.* 21. (9.) Qui rem furtivam aut vi possessam repetunt, sive rei vindicatione, sive condictione furtiva: §. *f. I. de obl. quæ ex delict.* (10.) Pupilli, res suas adhuc apud tutorem existentes: (11.) Qui hæreditatis petitione a-
b. gunt. * Extraordinario prætoris Bene-
a. ficio, *de quo hoc tit.* 6. * In concursu, sive
C processu Edictali vocantur, * [I.] qui *SINGULARE* prælationis jus habent: ut (1.) ex consuetudine Sumptus in confectionem Inventarii judicialis, die Gandt-Kosten/ (2.) Sumptus funeris, 14. §. 1. 45. *de religios. arg.* 68. *de leg.* 3. *f.* §. 9. *C. de*

jur. delib. ¶¶¶. *Berl.p.*1.*c.* 64.*n.* 86.*Carpz.*1.*c.*28.*d.*39. (*Diff. Treutl.V.*2.*D.*24.*th.f.lit.B.Donell. lib.* 14.*comm. c.* 7.*in f. propt.* 17.*de reb.aut.jud.*) qui ſc. facti ſunt in ſepulturam, curam, &c. ultimi morbi, 4.*C.de hær. pet.*3.*C. de relig. Carpz.*1.*c.* 28. *d.* 45. ipſius defuncti debitoris, vel ejus uxoris, liberorum, &c. quos neceſſario funerare debuit: 17.*pr.de reb.aut.jud.v.Cz.*1.*c.*28.*d.* 40.*Beſold.ad J.Würt.p.*1.*tit.*75.*th.*145.(3.) Mercedes famulorum, ex conſuetudine; *Mev.ad J.Lub.lib.*1.*art.*11.*n.*65.*Hartm. Piſtor. lib.*1.*q.* 8.*n.* 2. *Beuther. lib.* 2. *de prælat. Cred. c.* 10. *vid. tamen Carpz.p.*1.*c.* 28.*d.* 24. non etiam ex Jure Civ. *DD. dd. LL.* (4.) Fiſcus ratione debiti primipilaris: *v.* 1.*C. de priv. fiſc.* 3.*C. de primipil. v.Cujac. ad* 3.§.2. *de minor. & Perez. ad tit. C. de primipil.* (5.) Fiſcus quoad tributa & collectas, 1.*C. ſi propter publ. penſit.* etiam extraordinaria, *Cz.* 4.*R.* 77. & quoad mulctas in Würt. ſecus de J. Civ. 10. 17. 37. *de jur. fiſci.* (6.) Onera realia ſimpliciter rebus inhærentia. *arg.* 15. *qui pot. in pignor. Carpz.* 1.*c.* 28.*d.* 54. 55. Cujus loci ordo hîc obſervetur. *vid. ſupr. ad materiam de ſucceſſ. ab inteſt. in f. p.* 547.

Poſt hos vocantur * (II.) qui habent *HYPOTHECAM PRIVILEGIARIAM* cum *PRRSONALI PRIVILEGIO* conjunctam; nam hi etiam anterioribus hypothecariis præferuntur: 7.*C. qui pot.in pignor.N.*97.*c.*3.*pr.* ut [1.] qui credidit in militiam emendam, & de hypotheca ſibi ſpecialiter proſpexit: *Nov.*97.*c.*4.*v. N.*53.*c.*5.*L.*27.*C.de pignor.f.C. de Silentiariis, & ibi Perez.* Hoc hodiè minùs rectè extenditur: §. 6. *I. de J. N. G. & C.* (*Diff. Beuther. lib.*2. *de prælat.Cred.c.*6. *in f.Hahn.h.n.*4.¶.) (2.) Uxor vera, non etiam putativa, *Obſt. L.*22. §.*f. ſolut. matr. Perez. d. l. n.* 21. & liberi ejus ex eodem matrimonio nati, 12. §. 1. *verſ. Exceptis.C. qui pot. in pign.* [ſc. contra novercas, *Nov.* 91.*pr. & c.* 1. non autem jure hæreditario. *N.* 91.*pr.L.un.C.de privil. dot.* 68. 196. *de R. I. Carpz.* 1.*c.* 28. *d.* 95. 98. (*Diff. Berl.p.*1. *c.*65.*n.*111.*Carpz.*1.*c.*28.*d.*99.) nec ſponſa, licet de præſenti: *v.t.in quib.cauſ.pign.tac.n.*6.] quoad repetendam dotem, *L. un.* §. 1.*C. de R. V.A.L.*12.*C. qui pot. in pign.N.*97.*c.*2.3.4.*junct.*7. *C. qui pot. in pign. Bach. V.* 2. *D.* 24. *th.*7.*lit.B.Berl.p.*1.*c.*65.*n.* 6.*Cz.*1.*c.*28.*d.*65.*Perez. ad d. t. C. de jur. dot. n.* 17.*Mynſ.* 4. *O.* 13.¶. (*Diff. Gail.* 2. *O.* 25.*n.*10.¶.*Cz.p.* 1.*c.* 28.) numeratam, *d.L.*12.§.1.*L.*1.*C.de dot.caut.* quod uxori probandum: *v.Cz.*1. *c.*28.*d.*72.*&c.*& ejus augmentum; *N.*97.*c.*2. Quoad Paraphernalia autem & donationem propter nuptias, &c. tacitam tantùm habet hypothecam. *f. C. de pact. convent.* 12. §. 2. *C. qui pot.*

pot. in pign. (3.) Qui in re pecuniâ suâ comparatâ vel refectâ, hypothecam sunt consecuti: 7. *C. qui pot. in pign. N.* 97. *c.* 3. Legis dispositione, si scil. credidit in refectionem ædium, 1 *quib. in caus. pign. tac.* vel expressâ conventione, 7. *C. qui pot. in pign.* 17. *C. de pign.* (in aliis sc. causis,) nam aliàs tantum habet personale privilegium; 26. 34. *de reb. aut. jud.* (*Obs.* 5. 6. *qui pot. in pign.*) *Carpz.* 1. *c.* 28. *d.* 107. *Bach. V.* 2. *D.* 24. *th.* 7. hoc Dd. extendunt ad casum, quo quis in re vendita sibi tacitam hypothecam reservavit, donec de pretio satisfiat; *Carpz.* 1. *c.* 28. *d.* 20. *num.* 4. *Gail.* 2. *O.* 15. *n.* 7. *Berl. p.* 1. *c.* 64. *n.* 32. (4.) Pupilli, quorum pecunia res comparata est: 7. *qui pot. in pign. p. C. de serv. pign. dat. v. tit. in quib. causis pign. tac. n.* 2. (5.) Fiscus; 28. *de jure fisci.* nisi debitum sit ex delicto, tùm enim post Chirographarios vocatur. 17. 37. *de jure fisc.* (*Diss. Carpz.* 1. *c.* 28. *def.* 104. *propter* 46. §. 3. *de jure fisci.* Hi invicem concurrentes collocantur ex tempore: 2. 8. *C. qui pot. in pign. c.* 45. *de R. I. in* 6. nam privilegiatus contra privilegiatum non gaudet suo privilegio. 11. §. *p. de min.* 8. *pr. de excus.* 12. §. 1. *in f. C. qui pot. in pign. N.* 91. *c.* 1. *ferè in med. Carpz.* 1. *c.* 28. *d.* 63. *num.* 5. *exc. N.* 97. *c.* 4. (*Obs. N.* 97. *c.* 3.) *Accurs. ad d. N. Bach. V.* 2. *D.* 24. *th.* 7. *lit. B. Perez. in C. qui pot. in pign. n.* 18. *& ad tit. de jur. dot. n.* 24. Dos ex tempore promissionis æsti-

c„ matur. 1. *qui pot. in pign. Carpz.* 2. *c.* 24. *d.* 1. * (III.) Simplices *HYPOTHECARII: de quibus vid. lib.* 20. *tit.* 4.

c„ * (IV.) *PRIVILEGIARII*, qui tantùm personale privilegium habent: 9. *C. qui pot. in pign.* ut (1.) Deponens, cujus depositum non est amplius in bonis Depositarii, 7. §. 2. *depos.* 24. §. 2. *de reb. aut. jud. poss. Cz.* 1. *c.* 28. *d.* 159. ¶. *Berl.* 1. *c.* 70. *n.* 2. nisi usuras propterea percepit; tum enim ab aliis Creditoribus non separatur. *dd. LL.* Si tamen usuras non percepit, & usum pecuniæ depositæ depo-

D sitario * concessit, etiam tacitè, 31. *locat.* tùm nudis tantùm Chirographariis præfertur, postponitur autem privilegiariis simpliciter: 24. §. 2. *de reb. aut. jud.* nam tùm proximè ad mutuum accedit, hinc privilegium non habet totum.

d. * non concessit, sed expressè conventum, ut res in specie restituatur, tùm omnibus privilegium personale habentibus præfertur. 7. §. 2. *deposit. Fr. ad tit. qui pot. in pign. n.* 48. (2.) Respublica creditrix, 38. §. 1. (*Obs.* 8. *qui pot. in pign.*) *Bach. V.* 2. *D.* 24. *th.* 7. *in f.* etiam civitas, sc. respectu privatorum; 38. §. 1. nam respectu Romæ hæc privata est. 16. *de V. S.*

(3.)

(3.) Qui ad certam rem comparandam vel reficiendam credidit, nec de pignore sibi prospexit. 17. *C. de pign.* 26. 34. *de reb. aut. jud. possid.* Hi si sint ejusdem tituli, e. g. plures deponentes, omnes concurrunt secundùm proportionem geometricam; 7. §. *f. deposit.* si sint diversi tituli, collocantur ex causa favorabiliori. *(V.) Reliqui *CREDITORES SIMPLICES* concurrunt omnes secundùm proportionem geometricam. 6. *C. de bon. aut. jud. possid.* c.

De Jure civili, in quo ordine quis est ratione sortis, in eo etiam est ratione usurarum. 18. *qui pot. in pign. Carpz.* 1. *c.* 28. *d.* 160. De Processu in hoc concursu *vid. Carpz.* 1. *c.* 28. *d.* 1. *&c.*

DE SEPARATIONIBUS.

XLII. 6.

DE his ex parte proximè actum: De cætero *vid. Disp. inaug. Holstii.*

DE CURATORE BONIS DANDO.

XLII. 7.

D Curator bonorum est, qui ad bona debitoris mortui, vel absentis, administranda constituitur. 48. *de adm. & peric.*
f. Hic procurator dicitur in *L.* 23. §. 2. 3. *de hered. inst.* Constitui-
C tur à *Magistratu, Prætore, vel Præside: hodiè à quovis magistratu competente, civilem Jurisdictionem habente, ad petitionem creditorum, 2. *h.* interdum etiam ex officio. *Gail.* 2. *O.* 130. *n.* 3. A

*Creditoribus [1.] ex primo decreto missis: 15. *pr.* 8. §. *f. de reb. aut. jud.* 8. 9. *quibus ex caus. in poss.* hic tamen nec agere nec excipere potest. *arg.* 14. *de reb. aut jud.* [2.] ex secundo decreto missis: *f. h.* 9. *de curat. furios.* hoc verò curatore constitutô, creditores non possunt amplius ipsi administrare, & contra. *dd. LL.* a.

S Ejusmodi curatores esse possunt, qui non prohibentur, ut mulier, 9. *de curat. furios. f. de tutel.* minor; 9. *de cur. furios. f. C. de legit. tutel. v. tit. de curat. p.* 480. nam in dubio valet argumentum ab illo curatore ad hunc, nisi ratio vel juris dispositio obstet, quod fit, e. gr. quod Creditorum aliquis hic possit esse curator, 2. §. 4. *h.* 9. *ex quib. caus.* & quod hic invitus non cogatur; 2. §. 3. *h.* 4. *C. de bon. aut. jud.* licet hæres sit defuncti debitoris. 9. *de cur. fur.*

O Omnia bona debitoris absentis vel mortui. 8. *quib. ex caus.*

cauſ. 5. §. 1. *de Carb. Edict.* 23. §. 2. 3. *de hered. inſt.* 22. §. 1. *de reb. auct. jud. poſſid.*

Antequam adminiſtret, debet conficere Inventarium, 15. *de reb. aut. jud.* ſatisdare, 3. *C. de poſtlim. reverſ.* & jurare de fideli adminiſtratione: 27. *C. de Epiſcopal. audient.* Et quidem E
B * conſtitutus poſt decretum * Primum bona cuſtodiat, 48. *de*
C *adm. & peric. tut.* 5. §. 22. *in f. ut in poſſ. legat.* quæ ſervando ſervari non poſſunt, diſtrahat, 48. *in f. de adm. tut. v. Coler. de proceſſ. executiv. p.* 1. *c.* 2. *n.* 156. aut etiam, ſi aliter creditorum utilitas hoc poſtulet: 23. §. 3. *de hered. inſt.* 7. §. 11. 12. *ex quib. cauſ. in poſſ.* (Et ſi à prætore ſit conſtitutus, utiles actiones activè & paſſivè exercet, 5. §. 1. *de Carb. Edict.* 2. §. 1. *h.* 11. *C. de procurat.* præprimis ſi perituræ ſunt tempore, 14. *de reb. aut. jud. v.* 1. §. *f.* 2. §. 1. *h. arg.* 7. §. 11. 12. *quib. ex cauſ. in poſſ.*) etiam per alium, ut ante litem conteſtatam, per actorem; poſt vero per procuratorem. 2. §. 1. *h.* 11. *C. de procurat.* Nemo horum cavet de rato, 2. §. 1. *h.* 9. *rem rat. hab.* & ſinguli curatores in ſolidum agunt & conveniuntur. 2. §. 2. *L.* 3. *h.*)

c. * Secundum, immediatè poteſt bona vendere, ac creditoribus ſatisfacere. *f. h.* Poſt adminiſtrationem curator tenetur (1.) ad rationes. *L. un. C. de ratiocin. op. publ.* 1. §. 3. *de tutel. & rat. diſtr.* (2.) ad reſiduum. 40. *de oper. libert.* 8. §. 5. *de liber. leg.* 45. §. 12. *de jur. fiſc.* (3.) ad damnum latâ culpâ datum, (*vid.* 7. *C. arb. tut.*) 9. §. 5. *de reb. aut. jud.* hìc tamen creditores non etiam habent tacitam hypothecam in bonis illorum: 22. §. 1. *de reb. aut. jud. poſſ.*

b. * Curatores tenentur & hæredes, 9. §. 7. *de reb. aut. jud.* ſi
D conſtituit * prætor præſentes, actione mandati: abſentes, negotiorum geſtorum; 22. §. 10. *mandat.* 6. *de N. G.* 6. §. 2. *L.* 18. *mand.* 60. *de R. J.*

d. * privatorum conſenſus, actione mandati: 22. §. 10. *mand.* qui non mandaverunt, planè non tenentur. *ibidem.*

Finitur curatoris morte, 9. *de curat. furioſ.* ſuſpecti remotione, 3. §. 11. *de ſuſpect. tut.* & negotio finitô, vel diei, &c. ad quem datus, exiſtentia. D

QUÆ IN FRAUD. CRED. FACTA SUNT, UT RESTITUANTUR. XLII. 8.

Actio *PAULIANA* eſt Prætoria realis, quâ res in fraudem creditorum alienatæ, à creditoribus in poſſeſſionem, D

nem missis, revocantur, 38. §. 4. *de usur.* 1. *pr.* & §. 1. *h.* §. 6. *I. de act. v. DD. ad hunc* §. 6.

C Autore Paulo, Prætore, 38. §. 4. *de usur.* 1. §. 1. *h.* Oritur ex ficto dominio & prætextu, ac si res nunquam alienata esset, §. 6. *I. de act.* [ubi etiam media inter actiones reales ponitur.] *junct.* §. 8. *I. de act : inprimis verbis. (Diss. Donell. Hunn. Ludvv. ad d.* §. 6.) *v. Fr. Ex.* 13. *q.* 4. *Aliter rem explicat*

Ci *Hahn. h.* (1.) Si aliquid gestum sit, *v.* 1. §. 1. *L.* 2. 3. 4. 5. vel non gestum: 3. §. 1. *h.* §. *f. l. de V. O.* [2.] fraudulosè, animo & eventu, 1. *pr.* 6. §. 8. 9. *h.* 10. §. 1. *v.* 1. *C. h.* tum enim in causa * lucrativa, licet solus tradens dolosè egerit, accipiens tenetur, in quantum locupletior factus est, 6. §. 11. A

* onerosa, modò tradens & accipiens dolosè egerint, 6. §. 8. *h.* 5. *C. h.* hic in solidum tenetur: 6. §. 11. actor igitur probet fraudem: *v.* 10. §. 2. 17. §. 1. *h. Carpz.* 1. *Resp.* 83. *Perez. in C. h.* [3.] quo aliquid in bonis debitoris esse desiit, 1. *in f.* 3. §. *f.* acquisitionis omissio hic non sufficit, 6. *pr.* & §§. *seqq. h.* a.

S Datur creditoribus, *v.* 4. *C. h.* defraudatis, *ut in Ci. v.* 10. §. 1. heredibus, & curatori bonorum, 1. *pr.*

P Contra possessores, *ut in Ci.* & successores, quatenus possident: 10. §. *f.* 11. *h.* ad revocationem omnis alienationis, *ut in D. & Ci.* non etiam ad usuras: *arg.* 19. *de jur. fisc.* de fructibus. *vid. L. f.* §. 4. *h.*

E Omnia revocantur in pristinum statum, & perinde est, ac si alienatio facta non esset, 10. §. 22. & pretium in bonis debitoris existens restituatur, consumtum vero non. 7. *h.*

O Intra annum utilem post venditionem bonorum in judicium deducenda est; 1. *C. h.* agere tamen non valenti, non currit præscriptio: *arg.* 1. *pr.* 10. §. 18. post annum verò in tantum competit, in quantum ad possessorem pervenit. 10. §.

SS 24. *h. Carpz.* 1. *Resp.* 83. *n.* 19. Ad cognata refer actionem Favianam, & Calvisianam, ac ratione causæ efficientis Rescissoriam.

DE INTERDICT. SIVE EXTRA-ORD. ACTION. ET QUÆ PRO HIS COMPET.

XLIII. 1.

INterdicta sunt actiones, *f. C.* maximè, §. 1. *I. h. v.* 2. §. 2. *h.* 14. §. *f. de except. rei jud.* de possessione vel quasi compete-

petentes, *f. de servit.* 8. *si serv. vind.* 3. *§. p. uti possid.* nunquam famosa. 13. *de vi & vi armata.*

Sunt (1.) à causa efficiente Realia, in quibus actor se fundat in possessione, ex. gr. utrubi, uti possidetis, &c. 1. §. *f. h.* 2. *uti possid.* Et personalia, quæ ex delictis oriuntur. *Bach. ad Treutl. h. Hahn. h. Diss. Wes. h. n.* 7. *Treutl. Vol.* 2. *D.* 25. *th.* 1. *lit. c. Aliter Cujac. lib.* 1. *O.* 17. *propter* 1. *§.* 3. *h. aliter Perez. in C. h. n.* 8. *aliter Gœhaus. in sua admon. necess. per L.* 68. *de R. V.* (2.) à subjecto in Simplicia, in quibus alter actor, alter reus est: & Duplicia, ubi uterque actor est, & reus: ut interdicta retinendæ possessionis, 2. *h. §. p. l. h.* eaque sola; 2. *h.* 37. *§.* 1. *de O. & A. Obst.* 2. *§. f. h.* (3.) ab objecto, Personalia, quæ versantur circa Jus Personæ, ex. gr. de liber. exhib. & Realia, circa Jus rerum, divini vel humani Juris, publici & privati. (4.) à forma, Prohibitoria, Restitutoria, Exhibitoria, & Mixta: 1. §. 1. *h.* 3. *§.* 2. *ne vis fiat ei, &c.* (5.) à fine sunt illa, quæ ad rem familiarem pertinent, *v.* 2. *§.* 3. *h.* vel Adipiscendæ possessionis, quibus agimus ad adipiscendam possessionem quam nunquam habuimus; vel Recuperandæ, quibus agimus ad recuperandam possessionem amissam vel Retinendæ, quibus agitur ad retinendam possessionem, vel Mixtæ, quæ partim ad acquirendam, partim ad retinendam possessionem pertinent; 37. §. 1. *de O. & A.* 2. §. *f. h.* 1. §. 3. *ne vis fiat ei. Bachov. Vol.* 2. *Disput.* 25. *th.* 1. *lit. F. Diss. Cujac. lib.* 4. *observ.* 11. (6.) Ratione processûs ordinaria, in quibus observatur ordinarius processus, & Extraordinaria, sive Summaria, in quibus Judex etiam sine libello procedit, videns tantùm, quis sit in possessione, non quis possideat. *Clem. Sæpè. de V. S. Gail.* 1. *O.* 7. *Grav.* 1. *concl.* 7. *n.* 1. *Carpz.* 1. *R.* 9. *n.* 9. 10. 12. ¶. *Vult. Diss. Frider. de interd. Bach. ad Treutl. h.* (7.) Ratione durationis, Perpetua, quæ rei persecutionem habent, & Annua, quæ ex delicto sunt. 35. *de O. & A. vid. tamen* 7. §. 5. *comm. divid.*

REGULÆ: (1.) Petitorium absorbet possessorium. *c.* 5. *x. de causa possess. & propriet. v.* 14. *§. f. de exc. rei jud. Vultej. lib.* 1. *c.* 2. *n.* 35. (2.) Commodius est agere possessorio, ubi sufficiunt leves probationes, quàm petitorio: 24. *de R. V.* nisi dominii probationes in promptu sint. *Vultej. d. l.* (3.) Solo possessorio instituto, Judex de proprietate judicare non potest; licet ex actis de justa petitorii causa constet: 18. *comm. divid. f. C. de fideicomm. libert. Carpz.* 1. *Resp.* 33. nisi saluta-

lutaris clausula libello sit adjecta. *Gail.* 1. *O.* 61. *n.* 12. *Mynf.* 6. *O.* 93. *Carpz.* 1. *Resp.* 73. *n.* 14. *&c.* (4.) Solo petitorio instituto, Judex de possessorio judicare nequit, licet de illo constet ex actis. *c. f. x. de causa poss. & propr. vid. Carpz.* 1. *Resp.* 72. [5.] Instituto petitorio, actor, eô omissô, ante causæ conclusionem & sententiam, potest instituere possessorium : 12. §. 1. *de A. vel A. P. v. Fr. ex.* 14. *q.* 3. *Carpz.* 1. *R.* 42. *n.* 8. [6.] Possessorium & petitorium coram eodem Judice institui, tractari, & finiri debent. 1. §. *f. de aq. quotid.* 36. *de R. V.* 35. *de A. vel A. P.* 62. *de judic.* 7. §. *f. de liberali causa.* [7.] Causa possessorii prior, petitorii posterior est : 35. *de A. v. A. P.* 36. *de R. V.* 13. *C. eod.* 3. *C. h.* 3. *fam. ercisc.* & hoc ordine inversô, adversarius potest appellare, 1. *C. de appell. Carpz.* 1. *Resp.* 71. [8.] Possessorium retinendæ possessionis non potest cumulari cum petitorio. 1. *C. de furt.* 16. *C. de inoff. test.* 188. *de R. I. c. sollic.* 54. *x. de appell. L. un. C. de alien. jud. mut. Fr. ex.* 14. *q.* 1. ¶. [9.] Possessoria acquirendæ ac recuperandæ possessionis non possunt cumulari cum petitorio : 1. *C. de appellat. Fr. ex.* 14. *q.* 2. *Vinn. lib.* 2. *q.* 39. *Obst.* 18. §. 1. *de vi & vi arm.* De Jure Can. & ¶. cumulari possunt : *c.* 3. *& seqq. x. de causa. poss. & propriet. Vultej. lib.* 1. *c.* 2. Judex tamen pro arbitrio mandare potest, ut partes hoc vel illud agant. *C. querelam* 24. *x. de elect. c.* 2. *x. de caus. poss. & propriet. Carpz.* 1. *Resp.* 71. *num.* 23.

QUORUM BONORUM.

XLIII. 2.

D ESt interdictum adipiscendæ possessionis, quod bonorum possessor adversus illum, qui pro possessore vel hærede possidet, ad possessionem rerum hæreditariarum consequendam, intentat.

N · Non est actio realis, neque personalis : nec ordinaria, sed extraordinaria persecutio ; à prætore concessa. Est ratione subjecti, simplex, rat. objecti, privatum & universale ; 1. §. 1. (*Obst.* 2. *h.* 29. *de furt.*) rat. finis, adipiscendæ possessionis. 1. §. 1. *v.* 1. *pr.* Faciliori negotio hic consequimur possessionem, quàm in possessoria hæreditatis petitione ; nam hæc est remedium petitorium, illud possessorium. *vid. tit. de interdict. Requis.* 2.

Datur directum bonorum possessoribus, 1. *pr.* utile hæredi ab intestato, suo & extraneo, 23. *de A. v. A. P. Gail.* 2. *O.* 129. & ex testamento. *arg.* 1. *pr. ff.* 1. *C. h.* (*Diss. Mind. propter* 2. 3. *C. h.*) sive

b.) ſive inſtitutus ſit ex aſſe, ſive ex certa portione; *arg. t. t. ſi pars hæred. pet.* non etiam, qui ex certa re, 13. *C. de hær. inſt.* niſi cohæredem non habeat. *vid. tit. de hæred. inſt.* O. Contra poſſeſſores pro hærede, vel pro poſſeſſore: 1. *pr. vid. tit. de hæred. pet. P. n.* 3. modò rem corporalem poſſideant. 2. *ff. f. C.*

Ad res hæreditarias, principaliter univerſales, 1. *pr.* corporales, 2. utile interdictum ad incorporales, quæ corporalibus inhærent.

Præſcribitur 30. annis. *arg.* 3. *C. de* 30. *vel* 40. *ann. præſcr.* Eliditur exceptione dominii: nam qui ſe dominum dicit, ille non poſſidet pro hærede, aut poſſeſſore. *Hotom. v.* 1. *Reſp.* 9. *num.* 36. ¶¶.

REMEDIUM L. FIN. C. DE EDICT. D. HADR. TOLL.

EST remedium poſſeſſorium, quo hæres ſcriptus à Judice competente, vi teſtamenti exhibiti, vitio viſibili carentis, ſe in poſſeſſionem rerum hæreditariarum mitti petit. *vid. Carpz.* 6. *Reſp.* 19. Eſt remedium poſſeſſorium adipiſcendæ poſſeſſionis. *L. f. C. h. Bach. ad Tr. h. v.* 2. *p.* 656. *Carpz.* 6. *Reſp.* 19. *n.* 7. [*Diſſ. Richt. tr. de teſtam. diſſert. ult.*] Datur hæredi, etiam partiario, & utile, in certa re inſtituto, primi & ulterioris gradûs, 65. *de V. S.* 41. §. 4. *de vulg. & pup. ſubſt.* & hujus hæredi, 194. *R. I.* 65. 70. *de V. S.* modo teſtamentum exhibere poſſit, *ut in D. Carpz.* 6. *Reſp.* 19. *n.* 3. *Richt. d. l. n.* 118. ¶. etiam nuncupativum, à Notario in ſcripturam redactum. *Bach. V.* 2. *D.* 25. *th.* 1. *lit. L. Carpz.* 6. *Reſp.* 20. *n.* 2. Ad omnes res hæreditarias, ab alio nondum occupatas. Quæ altioris ſunt indaginis, ordinario judicio, non hic peragenda ſunt. *Carpz.* 2. *c.* 2. *d.* 12. *&* 6. *Reſp.* 12. *n.* 9. Ita miſſus verè poſſidet. Excludunt hoc remedium (1.) vitium viſibile, (2.) legitima contradicendi cauſa, *Finck. O.* 121. *inf.* (3.) præſcriptio 30. ann. 3. *C. de præſcr.* 30. *vel* 40. *ann.*

QUOD LEGATORUM. XLIII. 3.

EST interdictum adipiſcendæ poſſeſſionis, 1. §. 1. quod hæredi competit, ad adipiſcendam poſſeſſionem rerum hæreditariarum, ab aliis legati, vel fideicommiſſi nomine, privatâ auctoritate occupatarum. (*vid. L. un. C. ne quis in propr. cauſa. L.* 13. *quod met. cauſ.*) Modo (1.) relictum ali-

quid ſit ab hærede, (ex. gr. legatum, fideicommiſſum; *L. un. C. quod legat.* licet ſit univerſale: *Mind. de interdict. tit.* 17. *n.* 35. *L. un. C. h.* 1. §. 2.) 2.) à perſona honorata illud privatâ auctoritate ſit occupatum; 1. §. 2. (antequam hæres illud poſſederit: 1. §. 1. nam aliàs non hoc; ſed remedium *L.* 7. *C. unde vi.* competit. 5. *C. de legat. v.* 1. §. 1. Hanc *L.* 7. *C. unde vi*, ut & 13. *ff. quod met. cauſ.* hodiè obſervari dicit *Harpprecht. ad* §. 1. *I. de vi bon. rapt. n.* 4. Econtrà negant *Carpz.* 4. *c.* 25. *d.* 11. *n.* 7. *Perez. in C. ad L. Jul. de vi. n.* 21. *Bicc. aur. p.* 587.) Hinc non datur in mortis cauſa donatione, ſi donator rem ipſe præſtitit donatario. 1. §. 5. *h. Diſſ. Hahn. h. propter L.* 26. *ff. & p. C. ad L. Falcid.* (3.) Citra voluntatem hæredis poſt aditionem hæreditatis. 1. §. 2. 11. *h.*

S Datur hæredi & bon. poſſeſſori, ex teſtamento, & ab in-
P teſtato, 1. §. 11. *ff. L. un. C.* & eorum hæredibus, 1. §. 3. *ff. L. un. C.* contra occupantes, ut in *D. & Ci.* eorum hæredes, & alios ſucceſſores, etiam particulares: 1. §. 10. 13. Ad omnes res, ut in *D. & Ci.* etiam incorporales. 1. §. 8.

E Reſtituantur res occupatæ, caveat tamen priùs perſona honorata de re reſtituendâ, detractâ quartâ Falcidiâ. 1. §. 16. *&c. L.* 2. §. 1. *h.* (*Obſt.* 13. *quod vi met. cauſ. junct.* 7. *C. unde vi.*) Contumax damnatur ad omne intereſſe hæredis. 2. §. 2. *h.*)

NE VIS FIAT EI, QUI IN POSS. XLIII. 4. MISSUS ERIT.

N HOc interdictum eſt prohibitorium, mixtum. 3. §. 2. *h.*
D Inde datur hodiè actio in factum, pœnalis, quæ miſſo ex primo decreto, & hæredi, 1. §. 8. competit, adverſus omnes, qui dolo malo faciunt, quo minùs miſſus quietè poſſit eſſe in poſſeſſione, ad hoc, ut quanti res eſt, in quam miſſio
C facta eſt, præſtetur. 1. *pr.* §. 5. Si ex primo decreto miſſus in poſſeſſionem non admittatur, 1. *pr.* §. 1. *L.* 3. *pr. h.* aut turbetur, 1. §. 1. aut dejectus ſit, 1. §. 3. dolo malo: 1. *pr. h.* Itaque
S ex delicto oritur. *dd. LL.* §. 18. *I. de action.* 1. §. 8. *h.* 4. *h.* Datur miſſo, ut in *D.* 1. §. 2. licet alieno nomine, 2. §. 1. & hæredibus, 1. §. 8. non etiam contra hæredes, 1. §. *f. h.* 22. *C. de pœn.* niſi ex cauſa legatorum & fideicommiſſorum ſervan-
O dorum miſſus impediatur: 1. §. *f.* Ad intereſſe, ut in *D. & C.* & rem principalem petere poteſt actor, licet intereſſe ab alio

acce-

acceperit. 3. §. 15. *de tab. exhib. arg.* 1. §. 8. *h. junct.* 7. §. 1. *de condict. furtiv.* Regulariter est annua; 1. §. *f. h.* 35. *de O. & A.* Ex causa Legatorum verò & Fideicommissorum misso, per- d.
petuò patet. 1. §. *f.*

DE TABULIS EXHIBENDIS. XLIII. 5.

HOc interdictum est exhibitorium: 3. §. 7. Inde competit D
actio in factum, quæ datur omnibus, quorum interest, adversus illos, qui tabulas ultimæ voluntatis defuncti se exhibere posse vel debere negant, ad hoc, ut tabulas exhibeant,
vel interesse præstent. Causa efficiens Prætor, 1. *pr.* propter 2. C
pr. testam. quemadmodum aperiantur. 3. §. 8. *ad exhib.* & delictum; *ut in D. vid.* 4. *h.* alias enim exhibitio peteretur extraordinariâ persecutione. 2. §. *f. testam. quemadmodum aper.* 1. §. 1.
de tab. exhib. Datur omnibus, quorum interest, 3. §. 10. 13. 14. S
f. ut in D. etiam heredi in illis scripto, sc. antequam adeat hereditatem, *L. un. C. h.* 3. §. 12. & 15. *in f. h.* non etiam, si jam adiit; 3. §. 8. *ad exhib.* 2. §. *f.* 3. *testam. quemadmodum aper.* 3. §. 5. *h.* nam tùm vindicat, & agit ad exhibendum; *v.* 3. §. 5. *h.* 3.
§. 8. *ad exhib.* contra detentores, *ut in D.* etiam fictos. 3. §. 2. P
1. *pr.* 3. §. 6.

A Ad * tabulas *ut in D.* testamenti, codicilli, &c. 1. *pr.* §. 2. *h.* O
& m. causa donationis *arg. f. C. de m. c. donat. junct. dd. LL.* (modo de jure prætorio subsistant ex forma externâ: 6. *pr. ad L. Corn. de fals.*) (personæ inhabilitas &c. hîc non officit. 1. §. 3 *&c.*) authenticas, *L.* 1. *L. f. test. quemadmod. aper.* morte confirmatas, 1. §. 10. ut possint apprehendi, 3. §. 8. legi, describi. 1. *pr. testam. quemadmod. aper.*

* deinde etiam, si hâc actione victus prætori non pareat, ad interesse; 3. §. 12. & 13. cujus præstatio tamen ab herede facta, inutilem reddit ulteriorem legati petitionem: secus est, si tertius eam præstiterit. 3. §. 14. *h.* 7. §. 1. *de condict. furtiv.* 2. *de except.* Est perpetua. 3. §. *p.* (*Obs.* 35. *de O. & A. Cujac.*)

Sequentes tituli ferè solâ suâ inscriptione explicati sunt. Ut: VI. Ne quid in loco sacro fiat. VII. De locis & itineribus publicis. VIII. Ne quid in loco publico vel itinere fiat. IX. De loco publico fruendo. X. De via publica, & si quid in ea factum dicatur. XI. De via publica, & itinere publico reficiendo, XII. De fluminibus, ne quid in flumine publico, ripave ejus fiat, quo pejus navigetur. XIII. Ne quid in flumine publico

Pp 2 fiat,

fiat, quo aliter aqua fluat, atque uti priore æstate fluxit. XIV. Ut in flumine publ. navigare liceat. XV. De Ripa munienda.

XLIII. 16. DE VI ET VI ARMATA.

D EX hoc interdicto hodiè datur actio personalis, ei, qui de possessione rerum immobilium vi dejectus est, adversus dejicientem, ad possessionem cum omni causa & interesse recuperandam.

C Causa efficiens Prætor, 1. *pr.* & Delictum, sc. vis (1. *pr.* §. 3. sive publ. sive privata: 1. *pr. h. junct.* 8. *de publician. in rem act.* e. g. terror armorum: 3. §. 5. *h. vid. tit. quod met. causa R.*) expulsiva: (1. §. 3.) qua quis dejicit (1. §. 45. *L.* 5.) possessorem, (qui possidet animo vel corpore, 6. §. 1. *de A. A. P.* 1. §. 24. 26. *L.* 3. §. 14. *h.* civiliter vel naturaliter; 1. §. 9. 10. 23. 26. *in f. vid.* 4. §. 28. *de usurp.* Ex jure Codicis tamen sufficit occupatio vacuæ possessionis: *L. f. C. unde vi*) ex immobili re. 1. §. 3. 6. *h.*

S Datur dejectis, *ut in D. & C.* (Usufructuario, Vasallo, &c. *ut in C.* 3. §. 13. sive bonâ, sive m. f. possederit: 1. §. 30. *v.* §. 6. *l. de Interdict.* 17. *h.* spoliatus ante omnia est restituendus. *c.* 5. *x. de rest. spol.* 6. 7. *C.* nisi alterius petitio sit justior, 31. *depos.* 51. *de R. l. Perez. h. n.* 28. *Zœs. ad π. h. n.* 17.) & heredibus, 1. §. 44. [*Diss. Wissenb. th.* 27. *per L.* 1. §. 9. 23.] Si dejiciantur, qui rem tantùm detinent, tùm videtur e. g. locator per colonum dejectus: igitur non huic, sed illi hoc remedium datur: 1. §. 10. 22. *L. f. h.* [*Obst.* 7. §. 11. *comm. div.* 12. 18. *h.*] hi tamen novo jure absentis veri possessoris nomine, etiam sine mandato, hìc agere possunt. 1. *C. si per vim.* Contra dejicientem,

P *ut in D. & C.* mandantem & mandatarium, 1. §. 12. 13. & ratihabentem, 1. §. 14. licet possessionem reliquerint: 4. § 22. *de usurp.* Non etiam contra heredes, nisi quatenus locupletiores inde facti: 1. §. *f. L.* 2. 3. 9. contra parentes & patronos hæc actio non datur, sed actio in factum, detractâ mentione violentiæ, nisi armatâ manu expulerint. 1. §. 43. [*Diss. Wissenb. per L.* 52. §. 6. *de furt.*]

O Ad recuperandam possessionem rerum immobilium, *ut in D.* 1. §. 3. 6. 7. & quæ in illà fuerunt, mobilium, tanquam accessoriarum: 1. §. 6. 32. *&c.* licet alienarum & peremtarum, 1. §. 33. 34. & ad omne interesse. 1. §. 31. 41. *h.* Utilis actio datur etiam ad quasi possessionem rerum incorporalium. *Gail.* 2. O. 75. Spolia-

Spoliatus, licet ab ipso Judice, *6. C.h.c.7. x. de rest. spol. Gail.* 1. *O.76.* illicò est restituendus, *p.ff.6.C.* cum omni causa & interesse, 1.§.41.31. etiam fructibus percipiendis: 1. §.40. *ff.*4.*C.* Actor jurat in litem. 1. §. 34.35. *ff.*9. *C.* ut & ejus heres, *Bach. V.2. D. 25. th. 5. lit. A. B.* ¶¶. contra dejicientem & ejus heredem. *Bach. d. l. Diss. Myns.* 4. *O.* 12. *vid. Brunn. ad L.9. C.h.n. ult.* ¶. E

Præscribitur anno utili, 1.*pr.*§.39.*ff.*2.*C.h.* (sc. quoad fructus percipiendos, & interesse; 1.*pr.* 3. §. 1.*h.* nam quod pervenit, etiam post annum debetur. *dd. LL.* 4. *de interdict.*) nisi verus dominus absens, & e.g. inquilinus de possessione dejectus sit. 1. *C. si per vim.* Similia huic sunt Remedium *L.7. C. unde vi. vid. Perez. ibi & Zoes. h. in f.* Et Remedium Can. Redintegranda. *c.* 3.*q.* 1. quod datur ad rem restituendam, sine omni temporis, loci, personarum, aut rerum differentia. *v. Gail.* 2. *O.* 75. *Berl. p.* 1. *concl.* 21. Alia remedia similia sunt *in L. f. C. unde vi.* 7. *ff. h. f. C. de acquir. poss. c. sæpè.* 18. *extra de restit. spoliat.* d. SS

UTI POSSIDETIS. XLIII. 17.

HOc interdictum fuit prohibitorium. 1. §. 1. Hodiè inde datur actio prætoria, realis, immobilium possessori; contra quocunque modô turbantem, ad possessionem retinendam, defendendam, & conservandam: 1. §. 1. & 4. Ratione Subjecti est duplex; 3. actor tamen est, qui prior ad judicem provocavit, aut, si hoc simul fecerint, quem sors determinavit. 13. *de judic.* N D N

Datur rerum immobilium *POSSESSORI*, 1.§. 1. *l.*3. §.8. naturali, aut civili, 1. §. 1. 7. 8. *Boc. cl.*4. *D.*48. justo, vel injusto, modo actor injustam possessionem non acquisierit ab adversario. 1. §. *f.* 2. *h. f. de A. A. P.* quod probandum, *vid. Mascard. de probat. c.* 1178. *Wesenb. ad tit. de A. A. P.* verè, vel etiam præsumptivè: e.g. si probetur antiquior possessio: *v. c.*9. *x. de prob.* nisi adversarius probet, sibi possessionem justo titulo interim quæsitam: *c. 9. de prob.*) quod sc. possideat tempore litis contestatæ. §.4. *I. de interdict.* Si utriusque partis æquales sint probationes, ambo relinquuntur, donec alteruter in petitoriô vicerit: 3.*pr.h. Perez. in C. h n.* 14. in possessione *TURBATO.* §. 4. *I. de interdict.* Quasi possessori turbato datur utilis actio, non etiam dejecto de possessione. *arg.* 1. §. 1. *h.* §.4. *I. de interdict. junct.* 6. §. 1. 7. 15. 7. *de A. A. P. L.*7. *C. unde vi.*) *Diss. Wesenb. propter* 17. *de A. A. P.* 3. §. 8. *eodem.* 22. *eodem.* 3. *pr. h.* Contra turbantem, *ut in D.* qui scil. jus S P

 alterius

alterius obſcurum reddit. *Widenbruck. de interdict. c.* 10. intra
O vel extra judicium, verbis vel factis ; 3. §. 2. 3. *h.* Ad poſſeſſio-
nem rerum immobilium retinendam : &c. 1. *pr.* §. 6. *ff. L. un.
C. h.* §. 4. *I. de interdict.* Utilis ad quaſi poſſeſſionem rerum in-
corporalium, *f. h. f. de ſerv.* 8. §. 5. *ſi ſerv. vind. Carpz.* 2. *c.* 7.
E *d.* 11. *Beſold. p.* 6. *conſil.* 274. Ad retinendam quietam poſſeſ-
ſionem, & ut actor poſſeſſor declaretur : ſecundariò etiam tur-
bator intereſſe præſtet, caveatque de impoſterum non turban-
do, *Weſenb. h. n.* 5. *Gail.* 1. *O.* 116. *n.* 4. ¶. 3. §. *f. h.* [*Diſſ. Bach.*]
d. Præſcribitur quoad intereſſe, propter præcedentem turbatio-
Ↄ nem, annô 1. *pr.* Perimit hanc actionem exceptio vitioſæ poſ-
ſeſſionis ab adverſario: *ut ſupra.* Non etiam dominii; *Bach. V.* 2.
D. 25. *th.* 4. *lit. D. Perez. h.* niſi ſtatim probari poſſit. *Perez.* ¶¶.

DE SUPERFICIEBUS.

XLIII. 18.

D Superficies ſignificat hic illud, quod eſt in alieno ſolo inæ-
dificatum, implantatum, inſitum, vel aliô modô impoſi-
tum : Et ſic accipitur dupliciter, (1.) materialiter pro ipſa eâ
D re, (2.) formaliter pro jure ſuperficiario : quod eſt utile domi-
nium. (73. §. 1. *L. ſq. de R. V.* 1. *pr.* §. 3. *h.* 3. §. 7. *uti poſſid.* Non
eſt ſervitus perſonalis, 1. §. 7. nec realis. §. 3. *I. de ſervit. &
quia non producit actionem confeſſoriam. Harppr. ad* §. 3. *I. de
ſerv. n.* 31. *Obſt.* 86. §. *f. de leg.* 1.) quod quis habet, *v.* §. 30. 31.
I. de R. D. in ſuperficie, 9. §. 4. *de damn. infect. v.* 3. §. 7. *uti poſ-
ſid. L.* 1. §. 1. *h.* in ſolô vel ædificiô alieno poſita, 2. *h.* 15. *qui
pot. in pign.* 3. §. 7. *uti poſſidet.* ita, ut ſolo cohæreat, ſive me-
diatè, ſive immediatè. *dd. LL.* 98. §. *f. de ſol. v.* 20. *pr. de S. P. U.*
60. *de A. R. D. arg.* 10. *quod vi aut clam.*

† Eſt vel Eccleſiaſticum, vel Seculare: Perpetuum, vel Tem-
porale

C Cauſa efficiens eſt voluntas domini, *arg. L. f. C. de reb. alien.
non alien. v.* 12. §. 3. *de Publ. in rem.* liberam alienationem ha-
bentis, *d. l. f.* * tacita, quæ colligitur ex præſcript. long. temp.
arg. f. in f. C. de long. temp. præſcript.

* expreſſa, quæ declaratur * inter vivos quaſi A
traditione: 3. *de O. & A* 11. §. 1. *de Publ. in rem.* 31. *de A. R.
D. f. de ſerv.* ex juſta cauſa ; 25. *de probat.* e. g. emtione, dote,
ſolutione, &c. non etiam locatione, 39. *locat.* 65. *de contrah.
emt.* niſi præterea inter partes convenerit, ut liceat e. g. in
fundo locato ædificare, ædificioque jure dominii uti: 74.
de

de R.V. 1.*pr.*§.1.*L.* 2.*h.* quod factum præſumitur, ſi permiſſum ſimpliciter eſt ædificare in re ad longum tempus locata; ſecus, ſi ad modicum tempus locata, 1.§.3. *Carpz.* 2.*c.*37.*d.* 22. *Fr.*
a. *de laudem. c.* 13.*n.* 16. * ultimâ voluntate. 81.§.3.*de leg.* 1.*L.* 1.§.7.*h.*

B Superficiei conſtitutæ effectus ſunt quoad * ſuperficia- E
C rium, in ſtatu * tranquillo * principalis, ſive lucrativus, quod
D ſuperficiarius eſt ſuperficiei quaſi dominus: 3.§.7.*uti poſſid.* 49.*de V.S.* hinc poteſt &c. *v.* 1.*pr.h.* 81.§.3.*de leg.*1.3.§.3.*de nov. oper. nunc.*16.§.*f. de pign. act.*1.§.*f.h.* eamque poſſidet naturaliter: *arg.*1.§.2.*h.junct.* 3.§.8.*uti poſſid. L.*1.§.5.*de vi & vi arm. junct.*1.§.9.*&* 10. 22. *inf. eod.* [*Obſt.* 3.§.7.*uti poſſid.* 15.§.12.*de damn. infect.*] In ſolo autem jus nullum habet; ſed actionem perſonalem, ut dominus ſibi concedat ſuperficiem in ſolo habere: ſi tamen ſuperficiarius rem oppignoraverit, præfertur dominus annuam penſionem ex ſuperficie petens huic hypothecario. 15.*qui pot. in pign.*
d. * Minus principalis, ſive oneroſus, quod debeat ſuperficiarius [1.] tributa, collectas, &c. onera publica præſtare, 13.*de impenſ. in res dot. fact.* 7.*pr. de publ.* 2. *C. de annon. & trib. lib.*10.*tit.*16. ſive ſint ordinaria, ſive extraordinaria. *arg.*27.§.3.*de uſufr.*28.*de uſu & uſufr. leg.* [2.] Superficiem propriis ſumptibus ſartam tectam ſervare: *arg.*7.§.2.*de uſufr.*[3.] Præſtare Solarium, ſive annuam penſionem, 2.§.17.*ne quid in loc. publ.* 39.§.5.*de leg.*1.15.*qui pot. in pign.* den Bodenzinß/ Grundzinß. *Beſold. ad J.W.p.* 74. *Speidel. voc.* Bodenzinß.
c. * Turbatæ poſſeſſionis, * Actio * poſſeſſoria ex D
E interdicto de ſuperficiebus, quæ eſt actio realis, duplex, reti-
F nendæ poſſeſſionis, ſuperficiario, adverſus quemcunque tur-
G bantem, ad poſſeſſionem ſuperficiei retinendam & conſervandam competens. Oritur ex poſſeſſione ſuperficiei: 1.*pr. &* C
§.2.*h.* hic eadem obtinent, quæ in interdicto uti poſſidetis. 1.§.2.*h.* Datur ſuperficiario poſſidenti, contra quosvis tur- S
bantes, etiam ipſum dominum. 1.*pr.*§.2.*h.L.*3.§.2.*uti poſſid.* [*NB. huc repete dicta ad tit. Uti poſſidet. &c.*]
g. * unde vi, ſi ſcil. de ſuperficie vi dejectus ſit. 1.§.5.
f. *de vi & vi arm.* * Petitoria, & [1.] utilis rei vindicatio, 1.*pr.*§.3.*h.* 3.§.7.*uti poſſid.*3.§.3.*de nov. oper. nunc.* 16.§.*f. de pignor. act.* 73.*&c. de R.V.* quæ eſt D
actio realis, ſuperficiario adverſus quemcunque ſuperficiei poſſeſſorem, ad Jus ſuperficiarium vindicandum compe-

S tens. *dd. LL.* Causa efficiens Prætor, 3. §. 7. *uti possid.* 3. §. 3.
P *de nov. oper. nunc.* 16. §. *f. de pign. act.* & Jus superficiarium,
O sive utile dominium. Datur superficiario, qui superficiei pos-
sessionem amisit, contra quemcunque possessorem, etiam do-
minum: 1. §. 4. *h.* Ad vindicandum ipsum quasi dominium su-
perficiei declarandum, ejusque quasi possessionem cum omni
interesse restituendam: Certis casibus etiam datur [2.] Actio
familiæ erciscundæ: 10. *C. famil. erc.* [3.] Communi divi-
dundo: 1. §. 8. *h.* [4.] Utilis confessoria, ad servitutes, super-
ficiei debitas vindicandas. 3. §. 3. *de nov. oper. nunc.* [5.] Publi-
ciana in rem. 12. §. 3. *de publ. in rem.* * Exceptio contra do- c.
minum directum vindicantem. 1. §. 4. Et generaliter: Quæ
dominus soli directè facit, hoc superficiarius facit utiliter. 3.
§. 3. *de nov. oper. nunc.*

D Finitur [1.] Interitu ipsius superficiei: 39. §. 2. *de damn. in-
fect. arg.* 2. *ff.* §. 1. *l. de usufr.* [in parte etiam minima retinetur,
arg. 53. *de usufr.*] nec reviviscit, licet ex. gr. alia domus sit
ædificata. [2.] Consolidatione, 86. §. *f. de leg.* 1. quod etiam
fieri potest per usucapionem, si ex. gr. superficiarius causam
possessionis mutat: *v.* 2. 3. *C. de præscr.* 30. *vel* 40. *ann.* [3.]
Temporis lapsu, si scil. ad certum tempus concessum sit, atque
hoc effluxit: 1. §. 3. non etiam cessatione solvendæ pensionis.
[*Obst.* 3. *C. de locat.* 54. §. 1. *locat.* 2. *C. de jure emphyt.*]
* Directum dominum, quod is in superficie, ut & in fundo b.
habeat directum dominium, 1. §. 4. *L.* 2. *h.* unde rem directo
vindicat, 1. §. 4. eamque possidet civiliter, 3. §. 7. *uti possid.* pen-
sionem petit personali actione. 1. §. 1. *h.*

XLIII. 19. DE ITINERE ACTUQUE PRIVATO.

D PRoponuntur hic de diversis servitutibus, 1. *pr.* Interdi-
ctum * [1.] prohibitorium. 1. §. 1. Ex quo hodiè datur A
quasi possessori itineris, actûs & viæ actio realis, contra quem-
cunque turbatorem, ad quasi possessionem illam retinendam
C & defendendam. Causa effic. Prætor: 1. *pr.* §. 2. & quasi pos-
sessio dictarum servitutum, *L. f. v.* 1. §. 2. si scil. utimur servitu-
te, ut servitute, *f. h.* [& quidem ante rem in judicium dedu-
ctam per annum, non quidem continuum; sed per XXX.
dies: 1. §. 2. 3. inundatione impeditus hic restituitur in inte-
grum.

grum, 1. §. 9. *&c.*) sive ipsi, sive per alium: 1.§.7.*L.*3.§.4.7.*h.*
Modo non vitiosè ab adversario possideamus, 1. *pr.* ad mini-
mum XXX. diebus illius anni. 1.§.*f.L.*2.3.*h.* Datur quasi pos- S
sessori dictarum servitutum, ut in *D.* & *C.* & utilis usufructua-
rio: 3. §. 5. 8. Ad quasi possessionem dictarum servitutum O
rusticarum: 1. *pr.* §. 1. quæ si in urbano prædio sint, illarum
nomine datur utilis actio. ¶ Actor declaretur quasi posses- E
sor servitutis: desistat adversarius à turbatione, interesse
præstet, caveat de non amplius turbando. 7. *de aq. quotid. &*
æstiv. 3. §. 3. *ff. h.* Contraria sunt *in C.* Ɔ
a. * (2.) Aliud prohibitorium, ex quo hodiè da- D
tur actio realis quasi possessori dictarum servitutum, cui jus
est illas reficiendi, contra quemcunque impedientem, ut à re-
fectionis impedimento desistat. 3. §. 11. Datur quasi possessori, S
qui Jus reficiendi servitutem habet, (unde etiam secundario
probare debet, servitutem legitimè esse constitutam: 3. §. 13.
h. vid. 2. §. 2. *de interdict.* modò non vitiosè ab adversario ha-
beat possessionem, aut potestatem reficiendi; 3. §. 11. 13. 14.)
ejusque hæredibus & successoribus particularibus, 5. §. 2. *v.*
6. contra impedientes refectionem, ut in *D.* 3. §. 11. 12. *L.* 4. P
pr.

Ut autem hæc actio in judicium deduci possit, caveat actor
adversario de vitio operis: h. e. opus damnosum non fore. 3.
§. 11. *L.* 5. §. *f. h.*

DE AQUA QUOTIDIANA ET ÆSTIVA. XLIII. 20.

A DE Aquæductu sunt IV. Interdicta: * (1.) De aqua quo- D
tidiana: *vid.* 1. §. 3. cujus nomine hodiè datur actio qua-
si possessori hujus servitutis ad id, ne in quasi possessione vel usu
ejus impediatur vel turbetur, contra turbatorem, ut interesse
præstet, & de non amplius turbando caveat. 7. Causa effic. est
quasi possessio hujus servitutis, quam quis habuit bona fide, 1.
§. 10. 19. nec vitiosè ab adversario, 1. *pr.* etiam unico die vel
nocte, in anno ante judicium acceptum: 1. §. 4. Hic ductus,
sive sit urbana, sive rustica servitus, nihil refert; 1. §. 11.
modò ducatur ex capite, seu ubi aqua nascitur. *vid.* 1. §. 5. 6.
a,, 7. 8. * [2.] De aqua æstiva: D
quo prætor prohibet, ne quis possessor in usu sive quasi pos-
sessione aquæ æstivæ ductus impediatur aut turbetur. Hoc per
omnia convenit cum præcedenti: nisi quod ratione objecti

hîc requiratur aqua æstiva, & ratione temporis hîc requiratur usus per VI. menses prioris æstatis, scil. ab æquinoctio verno ad æquinoctium autumnale; 1. §. 31. &c. si quis hâc tamen æstate usus sit, aut etiam hyeme, tùm habet utile interdictum.

D * (3.) De aqua Castellaria, quæ ex Castello ducitur: 1. §. 38. quod est interdictum prohibitorium, retinendæ possessionis, quo prætor prohibet, ne ille, cui à Principe aquam ex Castello ducere concessum est, aquam ducere impediatur, neve illi vis fiat. Hæc, præter objectum, differt etiam in eo ab aliis, quod non jure servitutis; sed permissu Principis ducatur; 1. §. 42. quod etiam probare debet 2.,

pr. actor. 2. §. 2. *de interdict.*

XLIII. 21. DE RIVIS.

* (4.) De Refectione aquæ ductûs: 2.

D quod est prohibitorium, quo prætor prohibet, ne vis fiat quasi possessori aquæ ductûs, qui illum refici curat, adversus quemcunque impedientem, ut à turbatione desistat, de non ampliùs

S turbando caveat, & omne interesse præstet. Datur quasi possessori, qui præcedente anno non vitiosè ab adversario aquæductu usus est: hîc sufficit sola possessionis probatio. 3. §. 13. *de itin. actuque priv. v. L. f. h.* Quid sit rivus, specus, septa? *vid. L.* 1. §. 2. &c. quid reficere? *v.* 1. §. 6. quid purgare? *v.* 1. §. 7. Præter finem hoc cum aliis convenit, 3. §. 7. *h.*

XLIII. 22. DE FONTE.

Hoc interdictum agit de Fonte, & ejus usu de aquæ haustu, & pecoris ad aquam appulsu, item lacu, puteo, piscinâ, modò perpetuam causam, & aquam vivam habeant, ad cisternas non pertinet. *L. un.* §. 4. Convenit cum præced. præter Objectum. *L. un.* §. 7. *h.*

XLIII. 23. DE CLOACIS.

Horum nomine etiam duo sunt interdicta: (1.) *in L.* 1. (2.) *in L.* 1. §. *[illegible]*. *h.*

XLIII. 24. QUOD VI AUT CLAM.

D Hoc nomine datur actio personalis omnibus illis, quorum interest ad opus, in re soli, vi aut clam factum, restituendum, sive destruendum.

Causa

Causa efficiens Prætor, 1. *pr.* & delictum, 3. *in f. pr.* sc. fa- C
A ctum. 7. §. 4. 9. *h.* * Violentum, (quod fit contra denunciationem novi operis &c. 1. §. 5. *&c. L.* 2. 3. *pr. &c.*)
a. * Clandestinum: 3. §. 7. *h.* in re soli, 20. §. 4. S
L. 1. §. 4. 7. §. 5. publici vel privati. 20. §. *f.* Datur illis, quorum interest, colono, usufructuario &c. 12. 11. §. 10. si scil. per id P
opus datum sit fructibus damnum: contra facientes, *ut in D. & Ci.* vel mandantes, 5. §. 8. & §. *f.* 6. & heredes, quatenus aliquid ad eos pervenit. 15. §. 3.

Tota res in pristinum statum reducenda, sumptibus rei, 16. E
§. 2. licet jus ædificandi habuerit, 1. §. 2. qui actori etiam ad interesse tenetur; 15. §. 7. quod, deficientibus aliis probationibus, juramento in litem, vel officio judicis æstimatur. *L.* 15. §. 9.

Eliditur (1.) Exceptione præscriptionis annalis, *f. pr.* 15. §. Ɔ
3. ex tempore operis perfecti, 15. §. 4. nisi justa fuerit ignorantiæ causa. 15. §. 5. 6. (2.) Si factum sit agri colendi causa. 7. §. 7. (3.) Si actor etiam aliquid vi aut clam contra fecerit. 7. §. 3. (4.) Si recusaverit actor cautionem oblatam. 3. §. 5. (5.) Si factum sit incendii arcendi causa, modo incendium ad illum locum pervenerit. 7. §. 4. Ante omnia Judex hic æquitati studeat. 2. §. 5. *de aq. & aqu. pluv. Mev. ad Jus Lub. lib.* 3. *tit.* 12. *art.* 3. *n.* 4. *& art.* 7. *n.* 41. *&c.*

DE REMISSIONIBUS.

XLIII. 25.

DE his actum *ad tit. de operis novi nunc. in* Ɔ. *p.* 549.

DE PRECARIO.

XLIII. 26.

PRecarium est actus liberalitatis, 1. §. 1. *L.* 8. §. 3. *in f.* quo D
precibus petenti res utenda gratis conceditur, ita, ut, quandocunque placuerit, illa revocari possit. Non est contractus. (1.) *arg.* 7. *pr. & §§. seqq. de pact.* 14. §. 11. *de furt. adde* 14. *h.* (2.) *arg.* 12. 49. *de A. & O. junct.* 8. §. *f. Bocer. cl.* 2. *D.* 9. *th.* 34. *Bach. V.* 1. *D.* 24. *th.* 5. *lit. C.* [*Dissent. Wesenb. &c. per L.* 23. *de R. I.* 2. §. 2. 19. §. *f. h.* 5. *de præscr. verb. Duaren. Tholos. Donell.*]

Est vel simplex, quo usus tantùm conceditur; hic petens †
est tantùm in possessione: 10. §. 1. *de A. vel A. P.* 6. §. 2. *h.* vel Non simplex, quo præter usum etiam possessio conceditur. 2. §. 3. 4. §. 1. 6. §. 3. 9. 12. *pr.* 15. §. 4. *L.* 16. 17. *h.* 22. §. 1.

de nox.

de nox. act. 7. §. 4. *comm. divid.* 13. §. 1. *de Publ. in rem. act. vid. Bach. V.* 1. *D.* 24. *th.* 5. *lit. c.*

C Causa efficiens est voluntas [utcunque declarata, 13. per procurat: 6. §. 1. ad prolongationem & renovationem sufficit præsumta ex patientia & usu, 4. §. *f. L.* 5. modò possit, si velit, revocare, 6.*pr.*) Concedentis, 1.*pr.* §. 2. *L.*2. §. 3. *L.* 12. *in f. pr. L.*15.*pr.* & accipientis, (*arg.*14.*h.* qui Commodatum contrahere possunt: 7.6. §. 1. *& f. L.* 11. *h. v.*45. *de R. J.*) & rei traditio: 1. §. 2. 3. licet per fictionem brevis manus. *f.* §. 1.

O Objectum sunt omnes res, corporales & incorporales, 2. §. 3. *L.*3. 15. §. 2. mobiles & immobiles: 4.*pr.* modò (1.) sint in commercio, (2.) usu non consumantur, (3.) concedens in il-

fr. lis Jus aliquod habeat. [4.] petentis non sint propriæ plenô jure. *dd. LL.*7.11.*h.*15.16.*commod.* Forma est usus [1.§.1.*& f.*] indeterminatus, [sc. modi, finis, temporis, &c. ita, ut revocari possit pro lubitu concedentis: 1. *pr.* §. 2. 2. §. 2. 12.*pr.* hinc pactum ejusmodi adjectum vitiatur, non vitiat. 12. *h. v.* 4. *in f. de pign. act.* 1. §. 7. *depos. Obst.* 4. §. *f. L.* 5.] gratuitus, 1. §. 1. 2. §. 3. 8. §. 3. *h.* 14. §. 11. *de furt.*

E Effectus ratione *accipientis *lucrativus est [1.] potestas utendi, 1.*pr.* 11. [2.] si hoc specialiter rogatum sit, possessio naturalis: (aliàs enim est tantùm in possessione: 6. §. 2. *h.*10. §. 1. *de A. A. P.*) 6. §. 2. *h.* 10. §. 1. *de A. A. P.*22. §. 1. *de nox. act. f.* §. 1. *h.* quæ justa est, quamdiu dominus eam non revocavit; 22. §. 1. *de nox. act.*13. §. 1. *de Publ. in rem.* 7. §. 4. *comm. divid.* prima revocatione fit injusta: 13. §. 1. *de A. A. P.* 1. §. 5. *f. uti possid.* cujus intuitu petenti datur interdictum uti possidetis, 1. §. *f.* 2. *uti poss.* 17. *h.* sc. contra tertium; Datur inde etiam interdictum recuperandæ possessionis contra dominum, si petentem vi dejecit: §. 6. *I. de interdict.* A B

*onerosus est obligatio naturalis, 14. *h.* 14. §. 11. *de furt.* 1. *de pact.* 1. *de const. p.* 5. §. 2. *de solut.* 2. §. 2. cujus intuitu prætor interdictum proposuit, ex quo JCti postmodum introduxerunt condictionem certi, sive actionem præscriptis verbis, non ordinariam, quæ ex contractu innominato oritur; sed extraordinariam, irregularem & anomalam. 2. §. 2. 19. §. *f.* b.

*concedentis est, quod non amittat possessionem: sive possessionem non petierit accipiens, 6. §. 2. sive petierit eam: tùm enim, uti dictum, naturaliter tantùm possidet. 15. §. 4. *Bach. V.*2. *D.*25. *th.*4. *K. Mejer. C. J. A. p.*39. *&c.* a.

Hoc

Hoc interdictum est restitutorium, 2. §. 1. quo prætor rem D
precariò concessam restitui jubet. Causa efficiens Prætor,
2. *pr. propter* 2. §. 2. 15. *pr.* 14. *v.* 15. §. 3. Datur illi, qui pre- S
carium concessit, licet non sit dominus. 7. 8. *pr.* 11. *h.* Suc-
cessores tàm universales, 12. §. 1. quàm particulares, pati-
entiâ suâ precarium prolongando, quasi novum constituunt,
unde ex propria persona hic agunt: 8. §. 2. contra precariò ha- P
bentem, & qui dolo desiit, 4. §. 2. 8. §. 3. & contra heredes
ex dolo defuncti, in quantum ad eos pervenit. 8. §. *f.* Ad O
rem cum omni damno; 8. §. 4. præstatur hic dolus & lata cul-
pa; 8. §. 3. post moram etiam casus fortuitus, & fructus per-
cepti, 8. §. 4. Institui potest, quandocunque concedenti li- d.
buerit; 1. *pr.* §. 2. *l.* 2. §. 2. 12. *pr. h.* Judex tamen ex æqui-
tate aliquod tempus indulgere solet. *v.* 17. §. 3. *commod. c. un.*
x. Commod. Bach. v. 1. *D.* 24. *th.* 5. *lit. C. Lugo, D.* 32. *sect.*
2. *n.* 15. *de I. & I.* Affinia sunt Donatio: 1. §. 1. 8. §. 3.
Commodatum: 1. §. 3. *h.* Precaria Juris Canonici: *de qui-* SS
bus tit. x. de precariis. ibi Brunnem. & sing. tract. Blumblacher.
Solvitur (1.) Morte accipientis, 12. §. 1. *c.* 3. *x. h.* (2.) Re- Ↄ
vocatione, 1. *pr.* (3.) In casu *L.* 6. §. *f. L.* 11. *h.* Solutione
debiti. (4.) Consolidatione; *arg.* 4. §. 3. non etiam tempore
adjecto, 4. §. *f.* 5. *h.* pactum, quo certum tempus determi-
natur, non vitiat, sed vitiatur. 12. *pr.* De alienatione rei pre-
cariò acceptæ. *vid.* 8. §. 2. *h.*

DE ARBORIBUS
XLIII. 27. CÆDENDIS.

A Hic duo dantur Interdicta: * (1.) De arboribus in prædi- D
um urbanum impendentibus: quod est prohibitorium,
quo prætor prohibet vim fieri vicino cædenti arbores, *v.* 1.
§. 3. in suas ædes impendentes, quas illarum dominus moni-
tus tollere noluit. 1. *pr.* §. 6. Datur domino, etiam partia- S
rio, 1. §. 5. & usufructuario. 1. §. 4.

a. * (2.) De arboribus è vicino
fundo in prædium rusticum impendentibus: quod à præce-
denti non differt, nisi objecto, & quod hic tantùm liceat ra-
mos ad XV. pedes usque à terra amputare, ne umbra arboris
noceat alteri prædio. 1. §. 7. *&c.* De arboribus his etiam
competit actio ex LL. XII. tabb. negatoria, si scil. arbor vi- SS
cini, vi venti, inclinata sit in meum fundum. 2.

XLIII.

DE GLANDE LEGENDA.

XLIII. 28.

D HIc prætor prohibet, ne domino fructus, qui in fundum vicini ceciderunt, legenti, etiam tertia die, vis fiat: quod hodiè vix observatur. *Coler. p. 1. dec. 25. Haersolt. de act. ad h. t. Hahn. & Zoes. h.*

DE HOMINE LIBERO EXHIBENDO.

XLIII. 29.

D HOc interdictum est exhibitorium, quo prætor præcipit, ut liber homo, qui dolô malô detinetur, exhibeatur.
C Causa efficiens Prætor, 1. §. 1. & hominis liberi detentio dolosa. 1. *pr. L.* 2. *h.* sc. si quis detineat eum sciens, 3. §. 6. *arg.* 1. §. 2. *de dol.* 4. §. 1. (nam si ignoret aut dubitet, datur actio præjudicialis, 3. §. 7.) invitum, 1. §. 5. *de injur.* 3. §. 5. *h.* 4. §. *f.* aut dolosè persuasum, ut maneat &c. sine justa causa. 3. §. 4.
S 3. §. 2. 3. Datur omnibus ex populo, 3. §. 9. (ex pluribus acturis eligit Prætor conjunctum vel digniorem; 3. §. 12.) non etiam personæ de calumnia vel collusione suspectæ, 3. §.
P 10. neque mulieri aut pupillo, nisi de conjunctis agant. 3. §.
O 11. Contra detentores, *ut in D.* etiam absentes, 3. §. 14. Ad exhibendum &c. *ut in D.* (si dubium sit de libertate, recurrendum ad actiones præjudiciales; 3. §. 7. *inf.*) cujuscun-
E que conditionis. 3. §. 1. Exhibeatur, h. e. in publicum producatur, & videndi, tangendique ejus copia fiat, 3. §. 8. sine mora: *f.* §. 2. *h.* non exhibens tenetur ad Litis æstimatio-
d. nem, idque sæpius, donec exhibeat. 3. §. 13. Hæc actio
SS est perpetua. 3. §. *f.* Concurrit hic actio ex L. Fabia de plagio.

DE LIBERIS EXHIBEND. IT. DUCENDIS.

XLIII. 30.

D HIc duo dantur Interdicta, * (1.) Exhibitorium, quo Prætor præcipit, ut patri petenti exhibeantur liberi, in ejus potestate existentes. Propter patriam potestatem & alterius
C retentionem. Datur patri, qui liberos habet in potestate
S 1. §. 1. §. 4. *h.* 25. *de stat. hom.* Contra detinentes quos-
P vis, licet justam detentionis causam prætendant, 1. §. 2. etiam matrem (nisi ob justissimas causas excipiat: 1. §. 3. 3. §. 5. quemadmodum etiam excipit gener contra petionem soceri: 1. §. *f. h.*) modo detineat invitos; *f. h.* Filius se in patria potestate

ſtate eſſe negans tenetur actione præjudiciali, vel extraordinaria. 3. §. 3. Ad liberos, ut in *ſubjecto.* 1. *pr.* cujuscunque ordinis & conditionis. *Perez. h. n.* 1. O

a. *(2.) Prohibitorium, quo prætor prohibet, ne Patri liberos in ſua poteſtate exiſtentes ducenti vis fiat. Hoc à priori tantùm fine differt: primum eſt hujus præparatorium, 3. §. 1. utilia hæc interdicta dantur etiam ad recipiendam uxorem, ſi invita ab alio teneatur: nam ſi ipſa conſentiat, imploratur Judex. *Perez. h. n.* 7. Affinia ſunt (1.) Utilis rei vindicatio, 1. §. 2. *de R. V.* (2.) Extraordinaria cognitio, 3. §. 3. (3.) Actiones præjudiciales. D SS

DE UTRUBI. XLIII. 31.

HOc interdictum eſt prohibitorium, quô Prætor prohibet vim fieri rerum mobilium poſſeſſori: Hinc datur actio realis mobilium poſſeſſori, adverſus quocunque modo turbantem, ad poſſeſſionem rerum mobilium defendendam. Ab interdicto Uti poſſidetis differt tantùm objecto. *L. un.* §. 1. *h.* §. 4. *l. de interdict.*

DE MIGRANDO. XLIII. 32.

HOc interdictum eſt prohibitorium, retinendæ poſſeſſionis, quô Prætor prohibet vim fieri inquilino migranti, & res illatas, locatori non oppignoratas, in alium locum transferenti. Cauſa effic. Prætor. 1. Datur etiam ſucceſſoribus: 1. §. *f. h.* & utile illi, qui gratuitam habet inhabitationem: 1. §. 1. 3. non etiam colono. 1. §. 1. Contra locatorem, & ſucceſſorem, ut in *D.* 1. §. *f.* Ad res, ut in *D.* idem eſt, ſi pignoratæ quidem fuerint ab initio; liberatæ tamen poſteà, aut ſi res aliena à conductore inferatur. 1. *pr.* *L.* 2. aut ſi inquilini paratam ſolutionem locator non accipiat. 1. *pr.* Actio exindè eſt perpetua. 1. §. *f.* D C S P O

DE SALVIANO INTERD. XLIII. 33.

HOc interdictum eſt acquirendæ poſſeſſionis, quô creditor principaliter poſſeſſionem rei oppignoratæ perſequitur. Hinc differt ab actione Serviana, & quaſi Serviana, (1.) quod hæc ſit petitoria, illud poſſeſſorium: (2.) quod in hoc interdicto ſufficiat probari rem oppignoratam tempore

oppi-

oppignorationis ab oppignorante possessam: (3.) quod hoc regulariter adversus Tertium non competat. 1. *C. de precar.* Causa efficiens Prætor & Oppignoratio rerum; (non Jus pignoris, quod difficiliùs probatur.) Datur directa locatori prædii rustici contra Colonum, §. 3. *I. de interdict.* 1. *h.* utilis, reliquis creditoribus hypothecariis. 1. *C. de precar.* Contra debitorem, non etiam contra tertium. 1. *C. de precar.* nisi in Casu *Leg.* 1. *pr. h.*

DE EXCEPTION. PRÆSCR. ET XLIV. 1. PRÆJUDIC.

H EXCEPTIO significat vel * latè omnem tàm actoris, quàm rei defensionem: 2. §. 1. *L.* 22. §. 1. *h.*

* strictè, defensionem rei. 10. *C. h. vid. Vult.* 2. *c.* 7. *n.* 16. Hæc vel * Inficiatio, (Exceptio facti sive intentionis.) quâ actio actori competere simpliciter negatur, sive * simpliciter, e. g. si actori mutuum petenti reus dicat: Nihil accepi. A B

* cum affirmatione novi facti, quæ inficiatio prægnans dicitur. *vid. supr. de probat. O. pag.* 423. b.

* Depulsio est, cum reus non quidem actionem summô jure actori negat; sed illam adversus se iniquam esse dicit: *pr. I. h. vid. Vinn. ad rubr. I. h.* hæc in specie dicitur Exceptio & exceptio Juris, sive actionis. *v.* 2. *h.* 34. §. 1. *de O. & A.* 38. §. 1. *de solut.* a.

D PRÆSCRIPTIO in genere hìc idem significat, quod depulsio. 9. *pr. de transact.* 23. *ff. L. p. & f. C. h. vid. Vultej.* 2. *cap.* 7. *num.* 26.

D PRÆJUDICIA dicuntur illæ exceptiones, quibus actio intentata hâc ratione excluditur, quod futuræ actioni majori præjudicium faciant. Exempla sunt in *L.* 13. 16. 18. 19. 21. *h. Vult.* 2. *c.* 7. *n.* 34.

D Est igitur EXCEPTIO in specie ita dicta, Jus reo competens, ad excludendam actoris intentionem, summo jure fundatam. 2. *pr. h.* 10. *C. de except. v. pr. I. de replic. Vult.* 2. *c.* 7. *n.* 43. 66. Causa effic. est æquitas Juris Gentium: 1. §. 1. *L.* 12. *de dol. mal. exc.* 125. *de R. J.* 47. *de O. & A.* quædam etiam Jure Civili introductæ sunt: ut SCti Macedoniani, Vellejani, non numeratæ pecuniæ, ordinis sive excussionis: *Vult.* 2. *c.* 7. *n.* 47. Causa efficiens proxima est metus, dolus, error, &c.

Divi-

C Dividuntur (1.) in **NOMINATAS*, quibus in jure certum ac ſpeciale nomen eſt inditum: ex. gr. pacti de non petendo, metûs, doli, erroris, excuſſionis, diviſionis &c. †

c. & **INNOMINATAS*, quæ certô nomine deſtituuntur, & dicuntur in jure in factum: 14. *h.* 2. §. 5. *de dol. mal.* 23. *h.* has Prætor conceſſit ob defectum nominatorum. 21. *de P. V. vid. omninò Vult.* 2. *c.* 7. *n.* 74. [2.]

D in **CIVILES*, §. 7. *I. de except.* quæ oriuntur ex Jure Civil. ex. gr. ordinis, diviſionis, SCt. Maced. Vellejan. &c. †

d. Et **PRÆTORIAS*, quæ ex Edictô Prætoris ortæ, ut pleræque aliæ, ex. gr. doli, metûs &c. *vid. Vult.* 2. *c.* 7. *n.* 67. [3.]

E in **PERSONALES*, quæ perſonam ſequuntur, 7. *pr. h.* 12. 13. *ſol. matr.* 24. 25. *de re jud.* 7. §. 8. *L.* 22. 25. §. 1. *de pact.* †

F * ex Legis diſpoſitione, ut exceptio competentiæ, 12. 13. *ſolut. matr.* 14. 25. *de re jud.* ceſſionis bonorum: §. *f. I. de replic.*

f. * Ex conventione partium, ut exceptio de non petendo à certa perſona: 7. §. 8. *L.* 22. 25. §. 1. *de pact.* hæc propter beneficium ordinis hodiè etiam prodeſt fidejuſſoribus.

e„ * *REALES*, quæ rem ſequuntur, & fidejuſſoribus, omnibusque, quorum intereſt, competunt, 7. §. 1. etiam invito reo: 19. *h.* ut exceptiones doli, metûs, erroris &c. 7. §. 1. non num. pec. 12. *C. de non num. pec.* SCti Mac. 9. §. 3. & 4. *de SCt. Maced.* SCti Vellej. 16. §. 1. *ad SCt. Vellej.* & regulariter omnes, quæ non excipiuntur Legis diſpoſitione, vel exceptione partium. 19. *h.*

e. * *MIXTARUM* naturam habet exceptio reſtit. ex cauſa ætatis, 6. *de reſtit. in integr. junct.* 13. *de minor.*

G [4.] **TEMPORALES*, quæ certo tempore extinguuntur, ut non numeratæ pecuniæ, pacti de non petendo intra certum tempus &c. †

g. * *PERPETUAS*, quæ neque XXX. ann. præſcribuntur, ut ſunt omnes, quæ ſpecialiter non ſunt exceptæ.

H [5.] **DILATORIAS*, ſive temporales, verzügliche Schutz-Reden/ quæ actionem ad tempus tantum excludunt ac differunt: 2. §. *f. h.* §. 10. *I.* hic reus tantùm petit abſolutionem ab inſtantia, von diesem Gerichts-Zwang. *Carpz.* 1. *c.* 3. *d.* 16. †

I Et pertinent vel ad * proceſſum, ac reſpiciunt * perſonam

K * principalem * Judicis, ratione * Jurisdictionis, ut [1.] Ex-

L ceptio *INCOMPETENTIÆ*, ſive præſcriptio vel exceptio

M fori: *f. C.* ſeu exceptio fori declinatoria: *v. Vult.* 2. *c.* 7. *n.* 141.

N *&c.* [2.] Exceptio *PRÆVENTIONIS*, quâ declinamus forum Judicis aliàs competentis, ex hac ratione, quod ejus Ju-

risdictio ſit præventa ab alio Judice: 7. de judic. Vult. l. 2. c. 7.
n. 169. quod fit etiam per ſolam citationem, d. L. (3.) Exce-
ptio LITIS pendentiæ, qua declinamus forum Judicis compe-
tentis, ex eo, quod lis coram alio judicio jamjam inchoata pen-
deat, 15. rem rat. hab. 31. pr. ff. de reb. cred. ſc. per Litis conteſta-
tionem. 7. de judic. v. 30. de jud. Fr. ad tit. de jud. n. 50. Hodiè
differentia præventionis & litis pendentis eſt ſublata, cum Li-
tis pendentia nunc etiam fiat per ſolam citationem, Berlich.
p. 1. dec. 1. n. 1. 2. Carpz. 2. Reſp. 46. Gail. 1. O. 74. num. 17.
Mynſ. 4. O. 26. modo ſit legitimè facta, ſc. emiſſa & inſinua-
ta, Berl. d. l. ſola libelli oblatio non ſufficit, Carpz. 2. Reſp.
46. niſi in Camera aut Judicio Imp. Aulico. Carpz. 2. Reſp. 46.
49. &c. v. 1. C. quand. libell. princ. dat. * Perſonæ ipſius, n.
quibus Judex, tanquam inidoneus, rejicitur: ut ſunt Exceptio
*SUSPICIONIS, qua Judex, tanquam ſuſpectus, rejicitur, O
16. C. de judic. ſive ordinarius, ſive delegatus: c. 4. x. de foro
compet. c. 41. §. f. c. 61. x. de appell. 16. C. de judic. 9. de libe-
ral. cauſ. Nov. 53. c. 3. §. 1. N. 96. c. 2. Vultej. de jud. 2. c. 7.
n. 197. non etiam totum Collegium, & omnes Aſſeſſores,
Gail. 1. O. 33. ¶. Umm. D. 1. th. 9. n. 52. niſi omnes de Colle-
gio ſint ſuſpecti, ac ſuſpicionis ratio probetur: Zanger. de ex-
cept. lib. 2. except. 4. n. 14. vid. Vultej. 2. c. 7. n. 197. De cau-
ſis ſuſpicionis cognoſcit Judex: In genere Judicem ſuſpectum
faciunt, quæ teſtem. Coler. ad c. 1. x. de exc. n. 10. Vult. 2. c. 7.
n. 210. Umm. d. D. 1. th. 9. n. 14. vid. ſupr. de jud. p. 99. ſeq.
*INHABILITATIS, qua rejicitur is, qui prohibetur, vel o.
impeditur judicare. vid. ſuprà de judic. p. 99.
* Actoris, vel rei, ſi ſc. perſonam m.
ſtandi in judicio non habent. vid. ſuprà d. t. p. 97. 98.
* minus principalem, ut actuarium, advocatum, l.
procuratorem, teſtes &c. de quibus actum ad tit. de poſtul. p.
57. de procurat. p. 67. ſeq. de teſtib. p. 431. ſeqq.
*Modum procedendi, e. g. ratione citationis: Exceptio ter- k.
mini anguſti, loci non tuti, non honeſti, feriarum &c. de quib.
ad tit. de in jus voc. p. 31. ſeq. Ratione libelli, vid. tit. de eden-
do. p. 41. Ratione comparitionis opponitur exceptio contu-
maciæ, exceptio legitimi impedimenti, item exceptio præjudi-
cialis. vid. 54. de judic. * Cauſæ merita, ut exce- i.
ptio plus petitionis, §. 10. I. h. §. 33. I. de act. Pacti temporalis de
non petendo, §. 10. I. h. Moratoria, ſive quinquennalis, Ex-
cuſſionis, (Diſſ. Vinn. ad §. 10. I. n. 2.) v. N. 4. c. 1. Carpz. 1.

c. 3. d. 17. Cedendarum actionum, Sub-& Obreptionis, Competentiæ, Nominationis, *de qua in L. 2. C. ubi in rem act.*

h. Et * *PEREMTORIAS*, quæ actionem in totum extinguunt: *3. h. §. 9. I. h. 2. C. de precib. Imper. offer.* Endliche oder außlöschliche Ein-oder Schutz-Reden. 112. *de R. J.* hâc probatâ, reus ab ipsa actione absolvitur. *Carpz.* 1. *c.* 3. *d.* 17. quarum quædam oriuntur * statim cum ipsa actione, D

P * ex negotii circumstantiis, ut (1.) exceptio metus, *de qua infr.*

Q (2.) doli, *de qua infr.* (3.) erroris, *de qua infr.* (4.) non numeratæ pec. *de qua ad tit. de R. C. p.* 169. (5.) ex *L.* 1. §. 5. quarum rerum actio non datur.

q. * ex contrahentium qualitate, ut (1.) Exceptio Senatus Consulti Maced. (2.) SCti Vellej. (3.) Minorennitatis. (4.) Divi-

p. sionis. * ex post facto, ex novis causis: (1.) Exceptio jurisjurandi: (2.) rei judicatæ: (3.) debiti pacto vel transactione remissi, vel legato: (4.) rei venditæ & traditæ, *de qua supr. ad tit. de except. rei vend. p.* 416. (5.) rei litigiosæ: (6.) præscriptionis: (7.) doli in actione instituenda.

Exceptio anomala & dubia nullius valoris est.

Exceptiones non tollunt ipsam actionem, sed excludunt actoris intentionem strictô jure fundatam: *vid. supr. D.* 34. §. 1. E

R *de O & A.* 38. §. 1. *de sol.* modo * (I.) à reo opponantur in judicio, 4. *de servit.* 11. *C. de appell.* (nam judex eas ex officio non supplet. *Carpz.* 2. *Resp.* 3. *n.* 2. nisi (α.) judicium reddant ipsô jure nullum: e. g. si procurator non habeat mandatum: 24. *C. de procur.* aut (β.) ex actis judicialibus appareant: e. g. si actor offert libellum generalem: &c. *Gail.* 1. *O.* 66. *n.* 4. (γ.) constet, nullam actori competere actionem. *Cpz.* 1. *c.* 25. *d.* 1. & 2.) qui-

S buscunque verbis, & quidem * *DILATORIÆ* ante Litem contestatam, 16. *C. de judic.* 13. *C. h.* 40. §. 3. *ff. de procurat.* 19. *C. de probat. p. C. h.* 52. *de judic. Camera.* ¶. *Carpz.* 1. *c.* 3. *d.* 1. 4. 5. & advocatus pertinaciter eas urgens post litem contestatam mulctatur librâ auri: *p. & f. C. h.* Interdum tamen neque ante litem contestatam opponi possunt: ut (1.) si terminus à judice ad hoc præfixus effluxerit. *c. pastoral.* 4. *x. de except.* (2.) si illis expressè renunciatum sit. 57. §. 1. *de procurat. Vult.* 2. *c.* 7. *n.* 903. *plura huc refert.* Interdum etiam post litem contestatam opponuntur: ut (1.) si post litem contestatam demum sint ortæ: *arg. c.* 4. *x. h.* 11. §. 8. *de interrog. in jur. vid. Vult.* 2. *c.* 7. *n.* 910. *Carpz.* 1. *c.* 11. *d.* 15. aut (2.) reus juret se ignoraſſe

rasse eam ante lit. contest. *c.* 4. *x. h. Carpz. d. l.* 19. *de inoffic. test.* (3.) si reddat judicium ipso jure nullum: 24. *C. de procurat. Carpz. d. l. Gail.* 1. *O.* 47. [4.] si habeat gravamen successivum, ut loci non tuti, non honesti, angusti temporis &c. *c.* 47. *x. de appell. Cz. d. l. Mynf.* 2. *O.* 73. *Gail.* 1. *O.* 52. *n.* 3. [5.] Si tertius post litem contest. superveniat. Interdum etiam post sententiam: ut [1.] Si sententia nulla sit propter judicis incompetentiam: *f. C. si à non comp. jud.* (2.) Exceptio Excommunicationis: *c.* 1. *de except. in* 6. (3.) Exceptio competentiæ: 41. §. *f. de re jud.* (4.) Cedendarum actionum: 41. §. 1. *de fidej.* (5.) Pretii non soluti: 13. §. 8. *de A. E. V. Gail.* 2. *O.* 27. *n.* 8. (6.) Falsi procuratoris: 24. *C. de procur.* (7.) Rei vend. non traditæ. *Gail.* 2. *O.* 27. *n.* 12. *Vult.* 2. *c.* 7. *n.* 915.

* *PEREMTORIÆ* * contestantur in judiciis * stricti juris statim ab initio in jure: 8. 9. *C. h.* 9. *C. de long. temp. præscr.* 18. *comm. div. v.* 99. *de V. O.* (*Obst.* 2. *C. sententiam rescindi non poss.*) *Vinn. ad* §. 11. *I. n.* 5.

* bonæ fidei pro lubitu: nam etiam non contestatæ hic opponuntur: 38. *f. de her. pet.* 3. *de resc. vend.* 84. §. 5. *de leg.* 1. * tractantur usque ad sententiam. 4. 8. *C. h.*

I.n Hodiè contestatio necessaria non est, sed indifferenter lite contestata opponuntur, 9. *C. de præscr. long. temp.* anteà oppositæ rejiciuntur post litem contestatam: Interdum tamen etiam ante litem contestatam opponuntur: (ut exceptiones litis finitæ, e.g. rei judicatæ; jurisjurandi, transactionis: *c.* 1. *de lit. contest. in* 6.) modo in continenti probentur: aliàs enim rejiciuntur post litem contestatam: *Carpz.* 1. *c.* 3. *d.* 14. 15. hic respondetur, daß Beklagter auf erhabene Klag sich einzulassen/und litem zu contestiren nicht schuldig seye: *Carpz.* 1. *c.* 13. *d.* 15. *in f.* quod hodiè ad omnes peremptorias extensum est, eô modô; *Wesenb. h. n.* 7. *Vult.* 2. *c.* 7. *n.* 920. *Carpz.* 1. *c.* 3. *d.* 14. *in f.* Interdum etiam post sententiam opponuntur: ut (1.) in secunda instantia opponuntur omissa in prima, sc. interpositâ appellatione 2. *C. sent. rescind. non posse*, 4. 8. *C. h.* (2.) si restitutio in integrum locum habeat: *d. L.* 2. (3.) si non sententiæ, sed executioni opponantur: quales 55. refert *Berl.* 1. *concl.* 84. & *Carpz.* 2. *Resp.* 2. & 3. (4.) SCti Maced. & Vellejan. ex singulari privilegio. 11. *de SCt. Maced.* (5.) quæ judicium retro nullum reddunt. (6.) militibus ob ignorantiam juris concessa: 1. *C. de jur. & fact. ignor.* vid. plura apud

Rosbach.

Roslach.prax.civ.t.42.n.25.&c. Caroccius de remediis contra sent.

Pluribus exceptionibus poteſt uti reus ad elidendam unam actionem, 43. *de R.I.5.h.* licet diverſis, 8. (niſi Lex prohibeat, 43.*pr.de R.I.v.N.*18.*c.*8.*& Aut.Contra qui C.de non num.pec. v.Bach.V.*2.*D.*26.*th.*7.*A.*) etiam ſucceſſivè de Jure Civili & Can. *c.*4.*x.de except.* in Camera autem omnes ſimùl & uno termino proponere debet. *Ord.Cam.p.*3. *tit.*24. §. Und ſollen. *Carpz.*1.*c.*3.*d.*13.

r. *(II.) legitimè probentur: 19 *pr. de probat.*1.*h.*9.*C.h.* & quidem (1.) Si reus intentionem actoris confiteatur, & exceptionem poſtea opponat, ſtatim: 9.*C.* (2.) Si reus intentionem actoris neget, & exceptionem conditionaliter adjiciat, tùm actor prius probet intentionem, deinde reus ſuam exceptionem. 9. *C.h. verb. nam ſi &c.* (3.) Si reus intentionem actoris neque neget, neque affirmet, ſed ſimpliciter opponat exceptionem: e.g. Ille jam ſuum conſecutus eſt, ſolvi debitum, remiſſum eſt, &c. tùm itidem actor prius debet ſuam intentionem probare. 9.*ff.*9.*in f.C.h.c.*63.*de R.I.in* 6. *vid.*25. *de prob.*19.*pr.de R.C.*36.*fam.erciſc.Fr.*2.*reſol.*18. (*Diſſ. Donellus.*) Deinde reus probat ſuam exceptionem: *dd.LL.Fr.*2.*Reſ.*21. (*Obſt.Aut.At qui ſemel. C. de probat.*) modo reſpiciant cauſæ merita, (nam proceſſum ſpectantia ſtatim probentur) & contineant non ſolùm negationem intentionis actoris; ſed & facti alicujus affirmationem. *vid. Fr.* 2.*reſol.*20. Probentur dilatoriæ ante litis conteſtationem. *p. & f.C.h.vid.Umm.D.*8.

Replicatio eſt jus actori ad excludendas rei exceptiones, ſummô jure fundatas, competens. D

Duplicatio eſt jus reo ad excludendas replicationes, ſummo jure fundatas, competens. In Camera in dilatoriis ultra duplicam, in peremptoriis ultra triplicam partes procedere non poſſunt. *Ord.Cam.p.*3.*t.*26.§. Wo aber. *& t.*29.§. Wo aber. Judex tamen ex arbitrio ulteriores proceſſus admittit. *Ord. Cam.p.*3.*tit.*18.*v.Carpz.*1.*c.*1.*d.*7. D

DE EXCEPTIONE REI JUDICATÆ. XLIV. 2.

HÆc eſt exceptio reo, in judicio abſoluto, contra priorem actorem, & ejus ſucceſſores, de eadem re, ex eadem D

C causa denuò agentes, competens. Datur ex (1.) sententia judi-
cis (nam hæc ipsam actionem non tollit, 60. *de condict. indeb.*
§. 5. *I. de except.*) æqua, vel iniqua, 56. *de re jud.* 6. *h.* modò
non sit ipsô jure nulla, 25. §. *f. h.* 1. *C. quib. res jud. non noc.* 24.
C. de procur. (2.) absolutoria, 16. quæ transiit in rem judica-
S tam; non etiam quæ appellatione suspensa est, Reo, &c. *ut*
in D. & qui pro hoc sunt surrogati: 28. *C. de evict.* item omni-
bus successoribus, 9. §. *f. h.* fidejussoribus, &c. 21. §. *f.* licet
prior causa per procuratorem &c. acta sit, 11. §. 7. Contra a-
ctorem priorem, (licet egerit per procuratorem, 11. §. 7. mo-
do non fuerit falsus procurator: 25. §. *f. h.* 1. *C. quib. res jud. non*
noc.) & successores omnes: 28. *h.* 3. §. *f. de pign.* Non etiam
O contra tertium; 3. 27. 1. *h.* 63. *de re jud.* Ad elidendam actio-
nem de eadem re, 12. 13. licet quantitate vel qualitate muta-
ta, 14. *pr.* 7. *pr.* (non etiam de diversa re: e.gr. si ante petita
sit possessio, nunc proprietas; 14. §. *f. h.*) Ex eadem causa, 3.
14. *pr.* 27. *h.* 7. §. 3. 4. *L.* 11. §. 4. 5. *v.* 11. §. 2. opponitur regula-
riter post litem contestatam (tanquam peremtoria.) *vid. præ-*
ced. tit. pag. 611.

DE DIVERS. TEMP. PRÆSCRIPT. ET DE ACCESS. POSSESSION.

XLIV. 3.

D EXceptio, quæ hîc conceditur, est utilissima, *Vult.* 2. *c.* 7.
n. 846. quæ datur ad actiones præscriptas, de facto in-
tentatas, excludendas. Non est exceptio strictè ita dicta, sed
exceptio facti. *Vid. infra h. O. & tit. de except. in pr.*

C Causa efficiens est * Lapsus temporis, lege definiti: Nam A
præscribuntur actiones * civiles * regulariter XXX. annis, B
sive sint reales, sive personales: 3. *C. de præscr.* 30. *vel* 40. *ann.* C
(*Obst. pr. I. de usucap. L. un. C. de usucap. transform.*) *Vid. Fr.*
Ex. 12. *q.* 9. *Berl.* 5. *concl.* 62. *n.* 43. * interdum autem spatio c.
* breviori, ut unius anni, Rei vindicatio servi, qui clericus D
factus est, *N.* 123. *c.* 17. actio ex L. Jul. repetundarum con-
tra heredes, 2. *ad L. Jul. repet.* Quinquennii, querela inofficio-
si testamenti, 34. *in f. C. de inoff. test.* inofficiosæ donationis,
f. C. de inoff. donat. aliud exemplum est *in L. f. C. si major fa-*
ctus alienat. sine decret.
* longiori, sc. XL. annis, omnes actiones, quæ alias præscribe- d.
ren-

rentur 30. ann. ſi in judicium fuerint deductæ: 1.§.1.*C.de ann. except.* Item 50. annis condictio illa, quâ, quod aleâ perditum eſt, repetitur. *f.C. de aleat.vid. Carpz.* 2. *c.* 3. *d.* 3.4.

b,, E * Prætoriæ * pœnales regulariter ex. gr. populares, 1. *junct. f. de pop. act.* anno utili; 1. *h.* (*Diſſ. Suth. Diſſ.* 16. *aph.* 68.) excipe tamen actionem furti manifeſti, quæ perpetua eſt: *pr. I.de perpet. & temp. act. v.Theoph. in paraph. ibid.* & *DD. Gell.* 11. *c.* 8. alia exempla ſunt *in L.* 13. *de ſerv. corrupt. L. f.* §. *f. naut. caup.* 13. §. *f. de publican.*

e. * Rei perſecutoriæ ſunt perpetuæ; 35.*pr. de O. & A.* ex. gr. Publiciana in rem, 35. *de O. & A.* de conſtituta pecunia, inſtitoria, exercitoria: &c. niſi ſint (1.) Reſciſſoria, (nam hæc tantùm intra annum competit. 35. *in f. de O. & A.*) ſcil. quæ negotium Jure Civili validum reſcindit: *d. L.* (2.) Redhibitoria, quæ interdum LX. diebus, interdum VI. menſibus præſcribitur: 19. §. *f.* 28. 31. §. 22. *de ædil. edict.* (3) Reſciſſoria in ſpecie ita dicta, qua uſucapio impleta propter alterius abſentiam reſcinditur: Veteri Jure, anno, novo quadriennio præſcribitur: 35. *in f. pr. de O. & A.* §. 5. *I. de act. f. C. de temp. in integr. reſt.* (4.) Actio doli biennio extinguitur. *f. C. de dol. mal.* (5.) Æſtimatoria, ſive quanti minoris ex Ædilitio Edicto competens, interdum VI. menſibus, interdum anno præſcribitur: 19. §. *f.* 38. *de ædil. edict.* (6.) Actio hypothecaria, quæ XL. annis præſcribitur, ſi debitor, vel ejus hæredes poſſideant rem hypothecariam, ſi tamen tertius aliquis m. f. poſſideat, tùm præſcribitur XXX. annis. 7.*pr.C.de* 30.*vel* 40.*ann.præſcr.*1.§.1.*C.de ann.exc.vid.pag.*404. (7.) Quæ ex delicto veniunt, tamdiu durant, quam illarum ſingulis Prætor in ſpecie conceſſit. *vid.* 21. §. 5. *rer. amot.* 6. 7. *de alien. jud. mut. cauſ. vid. Bach. de act. D.* 5. *th.* 6.

b. * Criminales accuſationes præſcribuntur regulariter annis XX. 12. *C. de falſ. c.* 6. *x. de exc.* quan-

F doque autem ſpatio * breviori, ut ſtuprum quinquennio: 29. §. 6. *ad L. Jul. de adult. Zanger. de except. p.* 3. *c.* 10. *n.* 21 *ſeq. Theod. in coll. crim. D.* 6. *th.* 3. *lit. G.* niſi vis publica acceſſerit: 29. §. *f. de adult. Weſ. h. n.* 18. intereſſe verò ſtupratæ ſalvum manet. *Piſt. p.* 3. *q.* 127. *n.* 18. *in f. Carpz.* 3. *q.* 141. *n.* 48. Adulterium, quoad perſecutionem privilegiariam patris & mariti, LX. diebus utilibus; 37. §. 1. *de minor.* 11. §. 6. 14. §. 2. 29. §. 5. 30. §. 1. *de adult.* quoad accuſationem extraneo conceſſam menſibus VI. utilibus, 4. §. 1. 29. §. 5. *ad L. Jul. de adult.* 1.

§. 10. *ad SCt. Turpill.* quoad omnem omninò criminalem accusationem V. annis, quæ sola hodiè observatur: ¶. 28. *C. de adult. Treutl. V. 2. D. 32. th. 2. lit. I. K. & ibi Bach. v. Cz. 2. q. 59. n. 20. & q. 62. n. 68. Tab. rac. crim. 1. n. 73.* computatur hic tempus ab ultimo actu. *de Castro, cons. 94. n. 10.* Si vero concurrat violentia, 29. *§. f. de adult.* vel incestus, 39. §. 5. *de adult.* tùm demùm XX. annis præscribitur: *Carpz. 3. q. 141. n. 49. v. Berl. 4. concl. 34. n. 48.* & tempus hîc est continuum, ratione initii ac cursûs: 11. §. 4. 29. §. 5. *de adult. vid. Farinac. 1. q. 10. Clar. q. 15. Mascard. de prob. concl. 357.* Exceptio est in *L. 31. de adult.* Hoc quinquennio etiam præscribuntur aliæ accusationes ex L. Julia: 29. §. *6. de adult.* idem est in peculatu, & si extraneus contra SCt. Silanianum tabulas aperuerit. 13. *ad SCt. Silan.*

f. * longiori, quæ perpetuo vindicantur: *v. 12. C. ad L. Corn. de fals.* ut sunt Apostasiæ, 4. *C. de Apost. Guazzin. tr. de defens. inquisit. def. 2. c. 1. n. 77.* Suppositi partus, 19. §. 1. *ad L. Corn. de fals.* Parricidii, 13. *ad SCt. Silan.* Læsæ Majestatis, Hæreseos, Assassinii, Falsæ monetæ, Simoniæ, Concussionis, Abortûs, & Blasphemiæ. *Farinac. 1. quæst. 10. n. 29. Carpz. 3. q. 141. n. 52. Hunn. colleg. crim. D. 15. th. 45.*

a. * Bona fides Jure Civ. hîc necessaria non est, reus enim nihil possidet, 1. §. 1. *C. de ann. præscr. 3. 4. 7. C. de præscr. 30. vel 40. ann. Carpz. 2. c. 3. d. 7. n. 1. Gebhard. de usucap. c. 3. inf.* requiritur autem Jure Can. *c. 15. 17. c. f. x. de præscript.* & nostris moribus. *Carpz. 2. c. 3. d. 7.* ¶¶¶. (*Diss. Coler. ad cap. Quoniam. de præscr. vid. latè. Cothm. 2. R. 63.*) Actor debet adversarii malam fidem probare. *Carpz. 2. c. 3. d. 7. 8.*

S Datur omnibus, contra quos actio præscripta intentatur.
P Contra omnes, quorum actiones præscriptione jam sunt ex-
O tinctæ. Ad excludendas actiones præscriptas de facto intentatas: nam præscriptione hac ipsa actio perimitur, sive ab initio semper habuerit certum tempus præfinitum, 17. §. 6. *de injur.* 17. §. 1. *de pact.* sive novo Jure 30. vel 40. annis præscribantur. 1. §. 1. *C. de ann. except. 3. C. de præscr. 30. vel 40. ann.* (*Obs. 44. §. 1. de O. & A.*) *v. Bach. V. 2. D. 29. th. f. lit. B. Carpz. 1. c. 25. d. 1. n. 4.*

C Potest ante & post litem contestatam opponi, si illicò possit probari: Omissam Judex ex officio supplet, si ex libello appareat. *Carpz. 1. c. 25. d. 1. 2.*

Ɔ Excludunt hanc exceptionem impedimentum juris: ex. gr. quod agere non possit filiusfamil. contra patrem: 4. *de judic. junct. 1. §. f. C. de ann. exc.* non etiam impedimentum facti;

(tùm

(tùm enim reſtitutio locum habet.) *t. t. ex quib. cauſ. maj.* niſi hoſtilitas, bellum. *c.* 10. *x. de præſcript. Carpzov.* 2. *dec.* 116. §. *R. I. de anno* 1654. §. So viel nun die *Capitalia.*

DE DOLI MALI ET METUS EXCEPTIONE. XLIV. 4.

A DOLI exceptio eſt, quæ ex dolo oritur, & propter dolum datur. * Generalis eſt, quæ datur ad excludendam actionem ſummo jure competentem, contra æquitatem â ſciente in judicium deductam. 2. §. 3. 5. *L.* 4. §. 33. *L.* 12. *h.* 36. *de V. O.* Datur omnibus, à quibus aliquid contra naturalem æquitatem petitur, & ſucceſſoribus omnibus. 7. §. 1. *de exc.* Contra omnes, qui ſcienter aliquid contra naturalem æquitatem petunt ; 2. §. 5. *L.* 12. *h.* licet ab initio b. f. contraxerint : 2. §. 3. *h.* 3. §. *f. de adim. & transf. leg.* 177. §. 1. *de R. I.* exempla ſunt in *L.* 3. *C. de non num. pec.* 2. §. 4. *L.* 4. §. 33. *h.* 36. *de V. O.* Concurrit cum omnibus aliis exceptionibus, quæ ex æquitate oriuntur. D D S P A

C. * Specialis eſt, quæ propter dolum admiſſum in ipſo negotio, ex quo adverſarii actio deſcendit, competit. Cauſa effic. Prætor. 1. §. 1. & delictum, ſcil. dolus malus, 1. §. 2. non etiam lata culpa, 2. *pr.* in ipſo negotio ab initio admiſſus, qui tamen negotium non reddit ipſo jure nullum : 36. *de V. O.* §. 1. *I. de except.* 7. *pr. h.* 7. *pr. de dolo.* 2. *pr. h.* Datur omnibus dicto dolo deceptis, ſucceſſoribus & fidejuſſoribus, & quorum intereſt. 7. §. 1. *de exc.* 2. §. 2. *h.* Contra illum, qui dictum dolum admiſit, 2. §. 1. & ſucceſſores ex cauſa lucrativa ; 4. §. 29. non etiam ex cauſa oneroſa, 4. §. 27. niſi ſucceſſor anteceſſoris ſui acceſſione uti velit : 4. §. 27. nec contra parentes atque patronos ; nam facti infamiam continet ; ſed datur liberis &c. exceptio in factum, detractâ doli mentione. 4. §. 16. Non excluditur replicatione doli. 4. §. 13. D C S P O

Exceptio *METUS* eſt exceptio contra actionem ex coacto negotio deſcendentem. Cauſa effic. eſt juſtus metus. *v. ſupra ad tit. Quod metus cauſa. p.* 76. Datur omnibus metu coactis, & hæredibus, & quorum intereſt : 7. §. 1 *de exc.* 4. §. 33. *h.* Contra omnes, qui ex coacto negotio agunt, (ſive ipſi metum admiſerint, ſive alii ; nam ratione ſubjecti eſt in rem ſcripta : 4. §. 33.) etiam parentes : nam poteſt metus ab alio cauſatus eſſe. *arg.* 4. §. 16. *h. Vult.* 2. *c.* 7. *n.* 702. *Obſt.* 4. §. *f. h.* D C S P

Eliditur replicatione metus. 12. §. 1. *quod metus cauſ.* O

QUARUM RERUM ACTIO NON DATUR.

XLIV. 5.

D HIc dantur Exceptio * jurisjurandi, quæ datur illi, qui, adversario extra judicium deferente, juravit, se nihil dare oportere. Causa efficiens est Jusjurandum litis decisorium voluntarium, quod à parte parti extra judicium defertur. *vid. supra de juram. volunt. ad tit. de jurejur. p.* 180. *sq.* A

D * libertatis onerandæ causa, quæ datur liberto contra patronum ad excludendum illud, quod patronus onerandæ libertatis causa à libertino stipulatus est. *v.* a.

D 1. §. 5. *& c. h. L. f.* §. *f.* * quæ in odium aleatorum introducta est, & competit collusori, de eo, quod in alea venditum est, & evictum. 2. §. 1. a.

XLIV. 6. DE LITIGIOSIS.

D LItigiosum est res in judicium deducta: sic rat. actoris actio est litigiosa, rat. rei vero ipsa Res. 1. §. 1. *ff.* 2. 4. *C.* Requiritur

C igitur (1.) Lis, quæ incipit à Litis contest. *c.* 30. *x. de V. S. L.* 5. *pr. de hær. pet.* 2. *&* 4. *C. h.* nam tùm demùm litigiosa fit * actio, *dd. LL.* etiam post *N.* 112. *c.* 1. Licet sit realis, *dd. LL.* (*Diss. Pistor.* 1. *q.* 40. *n.* 2. *Perez. in C. h. n.* 3. *Fr.* 1. *Res.* 11. *n.* 7.) * res, quæ petitur: etiam post *N.* 112. *c.* 1. *& Aut. Litigiosa. C. h. Umm. de process. D.* 5. *th.* 73. (*Diss. DD.* ¶¶.) (2.) De dominio, *N.* 112. *c.* 1. *Aut. Litigiosa. C. h. Cz.* 1. *c.* 32. *d.* 22. *Pistor.* 1. *q.* 40. *n.* 7. *Fr.* 1. *res.* 11. *n.* 29. *&c.* (sive directa sit rei vindicatio, sive utilis, sive ex vero, sive ex quasi dominio lis mota, ex. gr. Publiciana: *Cz.* 1. *c.* 32. *d.* 22. *Fr.* 1. *Res.* 11. *n.* 19. idem est, si agatur hereditatis petitione, familiæ erciscundæ, 13. *fam. erc.* communi divid. *Fr.* 1. *res.* 11. *n.* 52. non etiam sufficiunt aliæ actiones reales, personales, aut in rem scriptæ: *Cz.* 1. *c.* 32. *d.* 22. *Pist.* 1. *q.* 40. *n.* 7. *Fr.* 1. *res.* 11. *n.* 29. (*Obst.* 2. 4. *C.*) (3.) Rei, quam reus possidet. 1. §. 1. (4.) Coram Judice competente, [non etiam arbitro: *c.* 3. *x. ut lit. pend.*] (5.) Non calumniosè mota: quod in dubio non præsumitur: *Fr.* 1. *Res.* 11. *n.* 85. Vitium litigiosi respicit tantum litigantes, non etiam tertium possessorem. 1. §. 1. A a.

E Res ita litigiosa cedi vel alienari non potest [nisi (α.) detur in dotem, *f.* §. 1. *in f. C.* (β.) ex causa donationis propter nupt. *f.* §. 1. (γ.) ex causa transactionis, *f.* §. 1. *C.* (δ.) divisionis rer. hæreditariarum. *f.* §. 1. *C.* (ε.) ex causa præcedenti necessaria:

13. *fam.*

13.*fam.herc.vid.plur.* *Fr.*1. *R.*11.] *f.* & *t. t. ff.* & *C.h.* Aliquin alienatio non est ipsô jure nulla de jure *ff.* 18. *de R.V.L.*1. §. *f. quæ res pign. obl. Hahn.h.* novô autem jure, ipso jure nulla est; 2.4. *C. Fr.* 1. *Res.* 11. Emtor rem statim restituat, [licet ignoraverit litigiosam esse, *f.pr. C.* & licet processus contra venditorem dirigatur: *Fr.* 1. *Res.* 11.] qui si agat, rei litigiosæ nomine, repellitur exceptione rei litigiosæ: Quoad pœnam distingue: (1.) si venditor & emtor sciverunt esse litigiosam, tùm, amisso pretio, emtor rem restituat, pretium autem cum altero tanto venditor de suo tenetur fisco solvere: *f. pr. C. h.* (2.) si solus venditor scivit, tùm simpli pretii quantitatem fisco præstet, pretium cum tertia parte ejusdem pretii de suo restituat emtori, qui rem tantùm reddit. *f.* §. 1. (3.) si solus emtor scivit, amittit pretium, quod fisco cedit: 4.*pr.C.* (4.) si uterque ignoravit, neuter punitur, sed rem simpliciter restituunt.

Definit esse res litigiosa, modis, quibus lis perimitur: [1.] Sententia judicis, [2.] Litigantium facto, si e.g. transactum de lite, aut lis pactô, vel aliâ conventione remissâ, [3.] Præscriptione, sc. lapsu triennii, 13. §.1. *C. de judic.* quod ultimum non observatur.

DE OBLIGATIONIBUS ET ACTIONIBUS. XLIV. 7.

OBLIGATIO hîc est juris vinculum, quo quis ad aliquid præstandum adstringitur. *v.* 3. *h.* Causa effic. est jus, quod personam adstringit, &c. Subjectum sunt creditores & debitores. Ratione objecti *vid. tit. de pactis, p.* 48. Personam adstringunt, non etiam Jus in re transferunt. 3. *h.* 20. *C. de pact.*

A Est (I.) ratione *CAUSÆ* efficientis * simplex, * *NATU-*
B *RALIS*, quæ est vinculum Juris naturalis, quô quis, citra Juris civilis autoritatem, ad aliquid præstandum adstringitur; 14. *de*
C *O.* & *A.* 95. §. 4. *de solut.* estque iterum * imperfecta, sive minus plena, ubi obligatio quidem est in nobis aliqua, sed tertio ad certum quid à nobis invitis exigendum jus non est quæsitum: *Grot. de J.B.&P.* 2. *c.*11. *n.*3. exempla sunt *in L.*25. §. 11. *de hered. pet.* 54. §. 1. *de furt. vid. Tabor. in part. elem. p.* 134. hæc in jure effectum habet nullum, nec intelligitur nomine naturalis obligationis: 38. §. 1. *L.* 64. *de condict. indeb.* 95. §. 4.
c. *de solut.* 10. *de O.* & *A.* * Perfecta & plena est

eſt vinculum Juris naturalis, quo quis ex naturali obligatione ad aliquid præſtandum adſtringitur, & tertio etiam jus ad certum aliquid ab invito exigendum, Jure Gentium conceditur; 1. *de pact.* 1. *de pec. conſt.* 20. *C. de transact. v. Tabor. d. l. p.* 135. e. g. quæ oritur ex nudo pacto. 5. §. 2. *de ſolut. Diſſ. Connanus.* Hæc obligatio actionem quidem J. civ. non producit, 7. §. 4. *de pact.* alios tamen effectus de Jure civ. habet
*principales, ut retentionem, 13. 14. 41. 64. *de condict. indeb.* D
compenſationem: 6. *de compenſ.*
*acceſſorios, ut pignoris conſtitutionem, 14. §. 1. *de pign.* 5. d.
eodem. vid. tit. de pign. act. O. fidejuſſoris acceſſionem, 6. §. *f.* 7. 16. §. 3. *de fidej.* conſtitutum, 1. §. 7. *de pec. conſt.* novationem, 1. §. 1. 6. §. 1. *de Novat.* & propter hanc Jus civ. quan-
D doque NB. dat actionem. 5. *pr. de aut. tut.* **CIVILIS* b.
eſt vinculum juris civilis, quo quis, citra æquitatis naturalis rationem, ad aliquid præſtandum adſtringitur. *pr. l. de except. verb. ſæpè enim accidit. L.* 36. *de V. O.* 1. §. 1. *de dol. mal. & met. exc.* 3. §. 1. *de pec. conſtit. arg.* 95. §. 4. *de ſolut. junct.* §. 3. *I. de exc.* (*Diſſ. Ludvv. p.* 205.) Eſtque talis *ſtatim ab initio, ut quæ E
deſcendit ex negotio doloſo, coacto, vel ex errore, aut ſpe futuræ ſolutionis inito: 36. *de V. O.* §. 1. *I. de except.*
*ex poſt facto: ſi in obliga- e.
tione mixta vinculum æquitatis tollatur: quod fit pacto, 95. §. 4. *de ſolut.* juramenti voluntarii delatione & præſtatione: nam hæc pactum tacitum continent. (*Diſſ. Bach. V.* 1. *D.* 6. *th.*
P *CREDITORIBUS*, (qui ſolutionem recipiunt etiam per tertium, cui hoc mandant, vel qui juris diſpoſitione eos repræſentant, ut tutores &c. *49. h. 46. §. 5. & f. de adm. & peric. tut.* Servo peculiari nomine. *19. in f.* Circa procuratorem diſtingue ita: Procuratori in rem * ſuam indifferenter poteſt C
ſolvi, adeò, ut concurrenti principali debitori præferatur: *55. de procurat. vid. 3. C. de novat.* * alienam conſtituto ad * ne- e.
gotia * generaliter omnia, rectè ſolvitur, etiam absque ſpeciali D
mandato: *12. pr. 34. §. 3. h.* E

* ſpecialiter certa, tum demùm ſolvitur, ſi habeat ſpeciale e.
le mandatum ſolutionem accipiendi: *12. h.* Huic ſimilis eſt adjectus. 10. 11. & 12. §. 1. * ad d.
lites, ſolvi non poteſt: *13. pr. de pact. 86. de ſolut.* *NON* etiam ſolvi poteſt tertio, §. 10. *I. mand. 8. §. 5. de novat. 11. de R. I.* nec falſo procuratori, *arg. 12. C. h. 34. §. 4. L. 49. h.* (habet tamen doli exceptionem, qui ſolvit creditoris creditori, *6. de dol. mal. & met. except.*) ſi ejusmodi ſolutionem dominus poſteà ratihabuerit, liberatio ex poſt facto contingit, *12. §. f. h.* nec ſolvi poteſt illi, cui dominus hoc mandaverat, ſi mandatum revocavit: Liberatur tamen debitor, ſi juſtè ignoravit, revocationem factam eſſe; *12. §. 2. h.* niſi procurator ille furandi animo pecuniam acceperit, eô enim in caſu nummi non fiunt accipientis, & per conſequens ſolutio non eſt facta, nec obligatio diſſoluta: Liberatur tamen debitor ope exceptionis, ſi paratus ſit cedere domino actiones ſibi contra furem, vel falſum illum procuratorem competentes. *38. §. 1. h.*)

QUI liberam habent rerum ſuarum adminiſtrationem: hinc ſi ſolvatur pupillo, minori &c. ſine curatore, obligatio non extinguitur; *15. h.* Exceptio doli tamen comparatur debitori, ſi minor, &c. inde locupletior factus ſit, aut nummos adhuc habeat: *15. h. §. 2. I. quib. alien. lic. 47. §. 1. h.* Novô Jure etiam requiritur decretum Judicis, *25. C. de admin. tutor. Cz. 2. c. 11. d. 45.* nec ſufficit judicialis quitantia, ut debitor pleniſſimè liberetur, *25. C. de adm. tut. §. 2. I. quib. alien. lic. Cz. p. 1. c. 11. d. 46.*) ut * Pupillo rectè poſſit ſolvi, & obligatio extin- F
guatur: *dd. LL.* quod ſi fuerit omiſſum, debitor ipſô jure non liberatur, §. 2. *verſ. Qua diſpoſitum eſt*, nam hoc requiritur tanquam forma eſſentialis, *Diff. Carpz. 1. c. 11. d. 45.*

* Tutori rectè ſolvatur, §. 2. *vſ. Sed hoc etiam. & vſ.* f.
Qua diſpoſitum. I. quib. alien. non licet. & propter identitatem rationis: (Diſp. Cz. 5. Rx. 67. propt. 46. §. f. & 5. de admin. & peric.

peric. tut.) nisi solvantur pensiones & usuræ paucorum annorum, centum solidos non excedentes. 25. *in f. vers. non autem hanc. & l.27. C. de administr. & peric. tut.*

G Res debitas * ipsas, 2. §.1. *de R.C.* 16. *C. de sol. Carpz.* 5. *Resp.* 107. [nisi (1.) ea solvi non possit, tùm enim æstimatio accipienda: 8. *de condict. furt.* 71. §.3. *de leg.* 1. *N.* 4. *c.* 3. *Aut. Hoc nisi debitor. C.h.* sic si pecuniam non habeat debitor, res alias accipere debet creditor, quarum æstimatio suo lucro est vel damno. *R. I. de anno* 1654. §. So viel nun. 165. *vs.* Oder auf den Fall. *junct. L.p. C. de solut. vid. etiam* 13. *in f. de re jud.* Pecunia tamen in alio nummorum genere solvi potest: 65. §. 1. *de V.O.* 1. *pr. de C.E.V.* 19. §.2. *de condict. indeb. Schulz. de oblat. & obsign. pecun. c.*4. *n.*18. *p.*226. modo aliud non fuerit conventum, *Carpz.* 5. *R.* 95. *Constit. Imp. monetal. de anno* 1559. §. Die jetzgemeldten. *Carpz.* 5. *Resp.* 95. *Schulz. d.l.p.*260. aut creditor inde non lædatur, 99. *de solut. Schulz. d.l.p.*235. *Berl.* 2. *concl.* 58. *n.*8. §. *tum quod communiter &c.* quod fit, si in magna summa offerantur de minuta pecunia plus quam XXV. fl. *Ordin. Imp. monetal. de anno* 1559. §. Die jetztgemeldten &c. *Coler. de process. execut. p.* 1. *c.* 10. *n.* 7. *Zanger. de except. part.* 2. *c.* 3. *n.* 104. (2.) factum sit in obligatione: 13. *in f. de re judicat. vid. supr. tit. de V.O.* (3.) volenti potest alia in solutum dari.] O

g,, * In eadem qualitate & bonitate, qua fuit tempore contractus, 3. *in f. de reb. cred.* 69. *de contr. emt.* (licet monetæ bonitas intrinseca vel extrinseca fuerit mutata: *dd. LL. Carpz.* 5. *Resp.* 93. *Schulz. d. l. n.* 7. 8. ¶. *Berl.* 2. *concl.* 35. *n.* 37. *& concl.* 36. *n.* 5. *Sixtinus de regalib. lib.* 2. *c.* 7. *n.* 16. ¶. *Gail.* 2. *O.* 36. *Mynf.* 4. *O.* 1.)

g,, * Tota: 9. *C. h.* 3. *fam. erc.* 41. §. 1. *de usur.* 4. §.6. *de statu lib. Cpz.* 2. *c.*28. *d.*13. *Schulz. d.l.n.*3. *&c. Vinn. ad pr. I. h. n.*5.6. (nisi altera pars sit contentiosa, 21. *de reb. cred. Schulz. d. l. n.* 6. *p.*109. aut ab initio aliud sit conventum. 41. §. 1. *de usur. Schulz. d.n.*6. *p.*109. *ubi plura habet, ut & Carpz.* 5. *Resp.*99. *n.*8. *adde omninò R. I. de anno* 1654. §. So viel nun. 165. *& seqq.*)

g. * Et quidem propria in obligatione dandi: 17. 46. *in pr. h.* alienam enim dans, tùm non liberatur; *dd. LL.* nisi res soluta à creditoribus fuerit usucapta, 60. *de solut.* aut bona fide consumta. 17. *v.* 94. *pr. & §§. seqq. h.* 19. §. *f. de reb. cred.* Si duo alternativè debentur, tùm regulariter debitor eligit, utrum solvat. 10. §. *f. de jur. dot.* 138. §. *f. de V.O.* 10. *C. de condict. indeb.* 34. §. 6. *de C.E.V.* §. 33. *I. de act. vid.* 95.

§. 1. *h.* niſi illorum unum periit ejus facto. 95. §. 1. *de ſolut. v.* 47. §. 3. *de legat.* 1.

Q Solutio fieri debet convenienti * tempore, *arg.* 39. *h. Schulz. de oblat. pecun. c.* 4. *n.* 22. & in debito puro debitor quidem præſenti die ſolvere debet, præſes tamen providet, ne creditor ſtatim cum ſacco veniat. 105. *h.* 33. *de uſur.* Si tempus ſolutionis arbitrio debitoris fuerit relictum, ab invito demum eô mortuô exigi poteſt: 4. *locat. Carpz.* 2. *c.* 28. *d.* 18. ille autem ſemper poteſt, ſi vult, ſolvere; *Berl.* 2. *dec.* 193. Etiam ante tempus conventum offerens pecuniam, &, creditore ſine juſta cauſa illud recuſante, legitimè deponens, liberatur; *arg.* 70. *h. Carpz.* 5 *Reſp.* 102. *vid.* 41. §. 1. *de V.O. Carpz.* 2. *c.* 28. *d.* 11. niſi dies creditoris gratiâ adjectus ſit, 15. *de ann. leg.* 43. §. 3. *de leg.* 2. *Carpz.* 2. *c.* 28. *d.* 12. aut cautum ſit, ut interpellatio ab utraque parte certô tempore fiat, *Richt. p.* 2. *dec.* 73. *n.* 1. *&c.* aut debitor velit pro moneta proba ſolvere reprobam, moxque removendam: *Richt. d. l.* * loco, & quidem in illo, de quo conventum, 9. *de eo, quod certo loc.* 122. *de V.O. Menoch. de A. I. Q. lib.* 2. *cent.* 3. *caſ.* 232. *n.* 30. *vid.* 9. *C. de ſolut.* niſi neceſſitas aliud ſuadeat, 8. *C. de ſol. Bocer. cl.* 4. *d.* 18. *th.* 37. *B.* aut Creditoris nihil interſit. *arg.* 38. *de R. V.* 38. §. 17. *de V. O. Bocer. d. l. vid. Schulz. d. l. n.* 20. Si de loco nihil actum, res fungibiles ibi ſolvantur, ubi petuntur, ſpecies verò, ubi ſine dolo debitoris exiſtunt. 38. *de judic. Bocer. d. l. th.* 38. *vid. Schulz. d. l. n.* 19. H h.

E Solutione ex obligatione dandi facta, transfertur dominium vel conditio uſucapiendi, 46. *de uſurpat.* & obligatio extinguitur ipſo jure: *pr. I. quib. mod. toll. obl.* 95. §. 4. *de ſolut. vid.* 34. §. 1. *de O. & A.* 38. §. 1. *de ſolut.* (hinc litis ingreſſum impedit, *Carpz.* 1. *c.* 3. *d.* 15. 16. & ad chirographum ejus debiti nomine datum, datur condictio ſine cauſa. *f. C. de ſol.*) etiam quoad acceſſorias obligationes rerum & perſonarum. 43. *de ſolut. pr. I. quibus mod. toll. obl.* Si ſolverit fidejuſſor, idem eſt, ac ſi ſolviſſet principalis debitor. *pr. I. quibus mod. toll. obl. Faber. in C. tit. de fidejuſſ. d.* 17. *Bach. & Vinn. ad d. pr. I.* (*Obſ.* 38. §. 2. *L.* 43. *de ſol. Carpz.* 2. *c.* 17. *d.* 16. *n.* 13.) Mandatarius proprio nomine, tùm debitor liberatur tantum ope exceptionis. 28. *mandat. vid. Bach. & Vinn. ad d. pr.* Alius pro alio ignorante aut invito, *vid. ſupr. S.* tùm etiam ipſo jure liberatio contingit: *pr. I. quibus mod. toll. obl.* 23. 40. 53. *h.* 39. *de N.G. Obſ.* 69. *de R. I.* Regreſſum autem contra principalem * habet

K bet, qui solvit * ex mandato: hic enim habet actionem mandati: *6. §. 2. l. 28. mandat.*

k. * pro ignorante: hic enim habet actionem ne-

l. gotiorum gestorum, 20. §. 1. *mandat. t. t. de N. G.* * non habet, qui pro invito solvit, nam hic donare videtur. 40. *mandat. f. C. de N. G.* Ex pluribus causis obligatus, si certam pecuniam solvat, *vid.* 1. *pr. L.* 2. *h.* generaliter, tùm in arbitrio creditoris est, cui debito acceptum ferat: modò in id constituat, quod debitor verisimiliter fuisset soluturus: 1. *de solut.* hinc semper solutum creditur in duriorem causam, 3. 5. *pr.* 97. *de solut.* e. g. pro qua accessit pœna, fidejussor &c. quod quis propriô nomine debet &c. 4. 5. *pr.* 97. aut si causæ sunt similes, in antiquiorem: 5. *pr.* si tamen usuræ etiam debentur, tùm hæ ante omnia solutæ videntur. *Carpz.* 2. *c.* 29. *d.* 16. 17. ¶. *Pistor.* 3. *q.* 21. *n.* 7. *&c. Menoch.* 3. *præsumt.* 136. *propter* 5. §. *f. h.* 1. *C. h.*

Solutionem allegans illam probet: *f. C. h.* 77. *de C. E. V.* 7. pr.
§. *f. de curat. furios.* e. g. per Apocham, 14. *C. de solut.* testes duos, *Sande*, 1. *dec. Fris. tit.* 10. *def.* 1. *Grœnevv. ad L.* 18. *C. de test.* conjecturas, e. gr. si chirographum sit penes debitorem, *arg.* 14. *C. h.* aut apud creditorem quidem, sed scissum vel cancellatum. 24. *de prob. Carpz.* 2. *c.* 29. *d.* 12. *plura vid. ap. Monach. decis. Florent.* 2. *Surd. decis.* 105.

DE ACCEPTILATIONE.

XLVI. 4.

ACceptilatio est modus, quo debitori interroganti verbo- D
rum obligatio à Creditore per subsequentem congruam responsionem, æquè, ac si solutio facta esset, remittitur.

Non est stipulatio. 1. §. 7. *de O. & A.* 1. §. 1. *de O. & A.* N
Obsl. 27. §. 2. *de pact.*

Causa est Jus Civile. *arg.* 1. *locat. Obst.* 8. §. *f. h.* Et volun- C
tas, declarata Jure Civ. verbis: 6. 8. §. 3. *ff.* 1. *C.* hodiè utcunque. *Carpz.* 2. *c.* 19. *d.* 17.

A Acceptum * rogant debitores ipsi, (nam est actus legiti- S
mus; 77. *de R. J.* non etiam tutor, procurator &c. 13. §. 10.) cujuscunque sint conditionis, modo de Jur. civ. verba eloqui possit, licet liberam rerum suarum administrationem non habeat, 11. *h.* 2. *h.* etiam tertius, qui per novationem alienam obligationem in se recepit, 13. §. 10. *h.*

a. * ferunt creditores ipsi, (est enim actus legitimus. 77. *de R. J.* 13. §. 10. *h.*) etiam, qui per novationem ta-

les facti ſunt: 13. §. 10. *h.* modò liberam rerum ſuarum administrationem habeant; non etiam tutores &c.

O Obligatio [pura, vel non pura, pendente tamen conditione pendet etiam acceptilatio: 12. *h.*) verbis contracta: 8. §. 3. *h.* §. 1. *l. quib. mod. obl. toll.* ſi tamen alia obligatio accepta fuerit lata, tùm debitor habet exceptionem doli mali, vel pacti; 19. *h.* nam inutilis acceptilatio vim taciti pacti habet. 8. *pr. h. vid.* 1. §. 2. *de V. O.* 1. §. 4. *de pec. conſt. junct.* 47. *de O. & A.*

E Liberat ipſô jure; 2. 3. *C. h.* 5. *h.* 7. §. 1. *de liber. legat.* §. 1. *I. quib. mod. toll. obl.*

A Non recipit conditionem, nec diem, quia eſt actus legitimus: 77. *de R. J.* hinc acceptilatio ſub conditione eſt ipſô jure nulla, 4. 5. *h.* niſi illa conditio tacitè tantùm inſit. 12. *h. v.* 195. *de R. I.*

EXTINGUITUR ETIAM OBLIGATIO IPSO JURE:

I. [1.] Solenni *OBLATIONE*, obſignatione, & depoſitione pecuniæ debitæ, qui actus dicitur depoſitum juris,
D *Mozz. de contract. tit. de depoſ. rubr. de diviſ. num.* 14. & eſt modus, quo per ſolennem & legalem oblationem, obſignationem, & depoſitionem rei debitæ, obligatio ipſô
P jure tollitur. * Offertur omnibus, quibus rectè B
ſolvitur, etiam adjecto: [*Diſſ. Donell.*] *Schulz. tr. de obl. & obſign. cap.* 2. *num.* 6. 8. non vero hodiè fœminæ, absque curatore. *Schulz. d. l. num.* 14.

* Offerunt, qui rectè ſolvunt, e- b.
O tiam tertius invitô debitore, *Schulz. d. l. num.* 3. Res debitas, 9. *C. de ſolut.* [interdùm tamen etiam aliud pro alio poteſt offerri, *vid. tit. de ſolut. O. p.* 641. *Schulz. d. l. c.* 3. *num.* 5.] in debita quantitate, [totam ſcil. rem, cum uſuris; 19. *C. de uſur.* partialis oblatio non valet, *Carpzov.* 5. *Reſp.* 99. *Schulz. d. l. cap.* 4. *num.* 45. 46. niſi certis in caſibus, *vid. tit. de ſolut. O. dd. DD.*] & debita qualitate. 3. *de R. C.*
fr. *v. tit. de ſolut. Carpzov.* 5. *Reſp.* 99. *num.* 15. & *Reſp.* 105. *Schulz. d. l. cap.* 4. *num.* 7. Formale hujus negotii ſunt concurrentes * [1.] oblatio legitima, ſcilicet C
(α.) realis: 9. *C. de ſolut.* 19. *C. de uſur. Schulz. d. l. cap.* 4. *num.* 2. *vid. Carpz.* 5. *Reſp.* 99. *num.* 4. 5. Quomodo immobilia offerantur? *vid. Bocer. cl.* 4. *D.* 19. *th.* 57. facta (β.) opportuno loco: 9. *C. de ſolut. Carpz.* 5. *Reſp.* 99. *n.* 12. 13.

Schulz.

Schulz. tr. de oblat. & obsign. c. 4. n. 19. (γ.) opportuno tempore: *arg. 39. de solut. Schulz. d. l. n. 22. Carpz. d. l.* (δ.) testatò: *6. C. de usur. Schulz. d. l. num. 26.* hoc tamen requisitum non tàm ad formam, quàm probationem pertinet. *Carpz. d. l. n. 2.*

C,, * [2.] Obsignatio legitima, sc. facta (α.) præsente adversario, vel legitimè citato absente: *6. C. de usur. arg. 47. pr. de re jud. Schulz. d. l. n. 28. Carpz. d. l. n. 22. 24.* (β.) præsente Judice: *Schulz. d. l. n. 30. Carpz. d. l. n. 25. vid. Disp. de depos. jur. th. 17. & seq.* ubi duo hæc requisita ad forum Sax. restringuntur, (γ.) ita, ut constet, rem totam deponi: *arg. 9. C. de solut. 19. C. de usur. Schulz. d. l. n. 30. Carpz. d. l. n. 30.* (δ.) in cista, vel in sacculo &c. *Schulz. d. l. n. 30. Carpz. d. l. n. 29.*

C. * [3.] Depositio legitima, facta in loco publico à Judice assignato, ut ædes sacræ, curia &c. hodiè plerumque in judicii loco. *19. C. de usur. 1. §. 36. deposit. Schulz. d. l. n. 31. Carpz. d. l. n. 28.* Debitor liberatur ipso jure: *19. in f. C. de usur. L. 9. C. de solut. 1. §. 36. depos. Carpz. 5. Resp. 100. n. 2. Schulz. d. l. c. 5. n. 3. vid. L. 9. C. de solut. f. C. de luition. pign. 72. pr. de solut. 105. de V. O.* (*Diss. Bach. ad Wes. tit. de solut. in pr.*) Creditor habet utilem actionem contra depositarium, Judicem scilicet, ad res depositas consequendas: *19. C. de usur.* non autem fit dominus rei, *arg. 19. C. de usur. 55. de O. & A. Diss. Cz. 5. Resp. 100. n. 7. 11.* licet periculum ad eum spectet: *Schulz. d. l. c. 5. Cz. 5. R. 100. n. 7. 11. Bocer. cl. 4. D. 19. th. 57.* nam per hanc oblationem constituitur in mora, unde etiam usuræ ampliùs non currunt. De oblatione verbali & reali, sed minùs solenni. *v. Schulz. d. l. c. 6. 7.* E

[2.] Mutuo *DISSENSU*, *§. f. I. quib. mod. toll. obl.* qui est modus, quo per contrariam debitoris & creditoris voluntatem obligatio, consensu contracta, ipso jure tollitur. Non sufficit unius dissensus, *5. C. de O. & A.* [licet Princeps hoc jubeat, *3. C. de resc. vend.* aut altera pars duplum offerat: *6. C. de resc. vend.*] nisi certis in casibus. *23. & seq. mand. 14. pro socio. 14. §. 2. comm. divid.* Obligatio consensu contracta, *35. de R. I. 80. de solut.* cujus res est adhuc integra, aut in pristinum statum reducta: *58. de pact. 1. C. quand. lic. ab empt. reced.* licet arrha data sit: *2. C. quand. lic. ab empt. reced.* Contraria tamen voluntate etiam dissolvuntur obligationes naturales tantùm, *95. §. 4. de solut.* & quædam ex delictis, ut actio injuriarum, furti &c. *17. §. 1. 27. §. 2. de pact. 17. §. 6. de injur.* II. D C O

 (3.) CON-

III. (3.) *CONFUSIONE*, quæ contingit (1.) Si jura creditoris & debitoris in eandem personam coinciderint; (*Obs.6.8.C. ad L. Falc.*) 95. §. 2. *de sol. vid.* 21. §. 2. *de fidejuss.* 43. *in f. de solut.* hodiè tamen, propter beneficium inventarii, salvæ manent actiones inter defunctum & heredem. *f.* §. 9. *C. de jur. delib.* (2.) Si duæ obligationes unius rei in unam personam collatæ fuerint: modo illæ obligationes sint diversi generis, e. g. principalis succedat fidejussori, vel contra: 95. §. 3. 93. §. 2. *de solut.* nec plenior sit, ex. gr. fidejussoris obligatio, quam principalis; *Carpzov.* 2. *c.* 18. *d.* 13. nam si obligationes illæ unius sint generis, ex. gr. unus fidejussor alteri succedat, tùm ambæ subsistunt. 13. *de duob. reis.* 21. §. 1. *de fidejuss.*

IV. (4.) *COMPENSATIONE: de qua supra lib.* 16. *tit.* 2.

V. (5.) *INTERITU* rei in specie debitæ, sine culpa aut mora debitoris. 23. *de V.O. vid.* 11. *C. si cert. pet.* 23. *de V.O. junct.* 82. §. 1. *&* 83. §. 7. *eodem.*

VI. (6.) *CONCURSU* duarum causarum lucrativarum unius rei in unam personam. 17. *de O. & A.* 83. §. 6. *de V.O.* 61. *de solut. Bocer. cl.* 4. *D.* 19. *th.* 23.

VII (7.) *CAPITIS* maxima & media deminutione: *de quibus vid. L.* 4. *tit.* 5. *de capit. minut.*

IIX (8.) Interdum etiam *MORTE* * debitoris, e. g. obligationes ex delicto venientes, nisi lis cum defuncto fuerit contestata, *vid. tit. de O. & A. p.* 623. *seq.* * creditoris, ut sunt obligationes, quæ oriuntur ex injuria, vel similibus causis, meram vindictam concernentibus. D d.

IX. (9.) Præscriptione, *de qua supra L.* 41. *tit.* 3.

DE PRÆTORIIS STIPULATIONIBUS.

XLVI. 5.

D PRætoriæ stipulationes (1.) sunt, quæ à mero prætoris officio proficiscuntur: 5. *de V.O.* §. 2. *I. de divis. stipul.* (*vid. supr. tit. de V.O.*†.) hinc distinguuntur à judicialibus, §. 1. *I. d. t.* & communibus: 5. *pr. de V.O.* (*vid. ad tit. de V.O.*) (2.) sunt il-
D læ stipulationes, quæ Edicto prætoris interponi jubentur, & ex eodem certam formam habent: ut sunt *L.* 1. *h.* * Judiciales, quæ A
D propter judicium interponuntur, ut ratum fiat, ut judicatum solvi, & ex operis novi nunciatione. 1. §. 1. *h.* * Cautiona- a,,
les,

les, quæ ipſam rem cautiorem reddunt, & inſtar actionis ſe habent, quatenus à magiſtratu quaſi per actionem impetrantur, & quaſi nova remedia ad veterem actionem accedunt, ut ſtipulationes de legatis, de tutela, ratam rem haberi, & damni infecti: 5. §. 2. *de V. O. junct. L.* 57. §. 1. *de V. S. Wiſſenbach. h. th.*24. *L.* 6. 33. 44. *pr. de damn. infect.* 18. *de S. P. U.* Sic novant actionem ex teſtamento ſtipulatio Legatorum, &c. 21. *de acceptil.* & actionem tutelæ ſtipulatio rem pupilli ſalvam fore: 9. *pr. de novat.* condictionem ante competentem ſtipulatio D
a. rem ratam haberi. *f. in f. rem rat. hab. Zœſ. h. n.* 4. * Communes, quæ partim propter judicium, partim propter rem ipſam fieri ſolent: ut ſunt ſtipulationes judicii ſiſtendi cauſa. 1. §. 3. *h.* 10. §. 2. *ſi quis caution. jud. ſiſt. vid. Cujac. ad L.* 5. *de V. O.* Si D
B prætor exigit * ſatisdationem in ſpecie, fidejuſſores requiruntur: e. g. in quantitate incerta; *v.* 7. *h. Struv. exerc.* 5. *th.* 21.
b. * cautionem in genere, tùm ſufficit aliquando nuda repromiſſio. *vid.* 1. §. 6. 7. 8. *h.*

REM PUPILLI VEL ADOLESCENTIS SALVAM FORE. XLVI. 6.

HAnc ſtipulationem præſtant tutores legitimi & dati ſine inquiſitione, *pr. I. de ſatisd. tut.* & qui pro tutore negotia S
geſſerunt: 4. §. 2. *h.* non vero teſtamentarii, *pr. I. de ſatisd. tut.* 2. *pr.* 3. *de confirm. tut. f.* §. 5. *C. de curat. furioſ.* nec dati ex inquiſitione, 2. *de confirm. tut.* 17. §. *f. de teſt. tut.* niſi unus ex his adminiſtrare velit: *vid.* §. 1. *I. de ſatisd. tut.* 6. *in f. C. arb. tut. p. C. de divid. tut.* 3. §. 6. *de adm. tut.* Minoribus & pupillis ipſis, ſi P
præſentes ſint, & fari poſſint, licet actum non intelligant: 6. *h.* qui ſi abſint, aut fari non poſſint, tùm prætor alium, etiam ſervum conſtituit, qui pupillo ſtipulatur, eique acquirit actionem utilem. 2. 3. 4 *pr. L.* 5. *h.* Datis fidejuſſoribus, 4. §. 1. *h.* 7. *de* Q
ſtipulat. prætor. (*Obſ.* ¶.) *Struv. exerc. XLVII. th.* 103. De ita O
adminiſtranda tutela curave, ut per eos res pupillorum, minorumve non capiant detrimentum. 4. §. *f. L.* 9. *h. pr. I. de ſatisd. tut.* Committitur hæc ſtipulatio, quamprimum aliquid non E
præſtatur, quod fieri debebat; 11. *h.* finitâ tamen tutelâ demum agi poteſt; 1. *h.* 4. §. 4. *L.* 4. *de tutel. & ration. diſtr.* 9. §. 4. *d. t.* ſpeciali tamen actione contra curatores agi poteſt, ſi quid ſalvum eſſe ex rebus minoris eſſe deſinit: 4. §. 4. & 7. *l.* 4. §. 3. *h. L.* 16. *de tut. & rat. diſtr.* 26. *de adm. tut. Zœſ. h. n.* 4. finitâ tutelâ

demum etiam agitur contra fidejuſſores, ceſſante Beneficio diviſionis. *v. L. f. h.* Inde datur actio ex ſtipulatu contra tutores &c. & fidejuſſores. 4. §. 2. *vid. L.* 9. 10. 11. *h.*

JUDICATUM SOLVI.

XLVI. 7.

S HÆc ſtipulatio præſtatur, ſi per alium reus defendatur, vel ab ipſo reo procuratorem conſtituente, *65. de procur.* vel ab eo, qui reum abſentem ſine mandato defendit: *L. 76. de procurat.* §. 4. *I. de ſatisdat.* 10. *h. L. un. C. de ſatisdando. Cu-*
P *jac. c.* 10. O. 29. Actori, (tutori, curatori, 3. §. 1.) in ipſo litis ini-
Q tio, *L. un. C. de ſatisd.* Datis fidejuſſoribus; 3. §. *f.* ſi vero ipſe principalis reus pro procuratore ſuo hic fidejubet, inſuper re-
O quiritur, ut caveat hypotheca ſuarum rerum. §. 4. *I. de ſatisd.* In hanc ſtipulationem venit (1.) res judicata, h. e. ſolutum iri, quod judex pronunciaverit: *6. ff.* §. 5. *I. h.* (2.) res defendenda, cui locus eſt, ſi viri boni arbitratu non defendatur reus, quo nomine actor, quanti ipſius intereſt, exiget à reo, ejusve fidejuſſore: 9. 13. 7. 5. §. *f.* (3.) dolus malus, ſc. quod abſit & ab-
E futurus ſit. *9. 6. 19. h.* Committitur hæc ſtipulatio ob rem judicatam ſtatim poſt rem judicatam; ſed dies demùm venit elapſo tempore, quod reo damnato indulgetur; 1. *h.* & tum certam quantitatem continet hæc ſtipulatio, 9. *h.* quæ antequam committeretur, fuit incerta: 2. §. 2. *de prætor. ſtipulat. Wieſenb. h. th.* 26. Ob rem non defenſam, ſi ex ea lis fuerit conteſtata, 13. *pr.* ac niſi lis mortua aut finita ſit; 2. 13. *in f. pr.* 15. *h.* appellatione interpoſita non liberatur fidejuſſor, niſi nominatim promiſerit illud tantùm, quod hic judex judicaverit. 3. 20. *h.* 13. *C. de procurat.* 76. *de judic. Teſſaur. deciſ.* 202. *Donell.* 18. *c.* 14. *Wieſenb. h. th.* 27. Hac ſtipulatione ex una cauſa commiſſa, ex aliis non committitur, 5. §. 2. ſi ſc. idem, puta, quod in univerſum intereſt, & ex eadem cauſa, ab eodem petatur. *f. h.* De uſu hodierno. *vid. Struv. exerc.* 5. *th.* 32.

RATAM REM HABERI, ET DE RATIHABIT.

XLVI. 8.

HÆc præſtatur à procuratore actoris, & defenſore rei in judicio reali: 40. §. 2. *de procurat.* non etiam in perſon. 45. §. *f. eodem.* cum de ejus mandato dubitatur, 21. *h.* 1. *C. de procurat.* §. 3. *I. de ſatisdat. vid.* 9. *h.* 6. §. 3. *quod cujusque*

univer-

universitat. nom. f. §. 3. *C. de admin. tut.* 23. *ff. eodem.* ab initio litis, 40. §. 3. *de procurat.* nisi demum post litem contestatam compareat procurator. 2. *C. de consort. ejusd. lit.* Committi- E
tur hæc stipulatio, si dominus rem non ratihabuerit expressè, 12. §. 1. aut tacitè: 5. *h.* & tùm agitur contra promissorem, ejusque fidejussores, successores, 22. ad interesse stipulatoris: 13. 19. *h.* hinc si pro parte tantùm ratihabeat, tùm stipulatio tantùm pro parte committitur: 18. quod si dominus ab initio rem non ratihabeat, deinde ratihabeat, committitur quidem stipulatio, promissor tamen ex æquitate habet doli exceptionem. 12. §. 2. *h.*

DE PRIVATIS DELICTIS. XLVII. 1.

DElictum est factum spontè admissum, honestati & juri D
contrarium, eoque animadversione dignum. 39. *de furt.*
A 14. *ad L. Corn. de sicar.* Requiritur * (1.) *FACTUM*, 25. §. 1. 52. R
§. 8. *de O. & A.* [De animo enim solus Deus judicat: 1. §. 1. *de furt.* 18. *de pœn.* 225. *de V.S. CONATUS* tamen, qui est delictum imperfectum, interdum impunitus manet in levioribus delictis, 1. §. *f. quod quisque jur.* 3. *de his, qui not. infam.* 15. §. 10. *de injur.* 6. 22. §. 4. *ad L. Corn. de fals.* interdum punitur in levioribus delictis: in gravioribus autem regulariter semper punitur pœna extraordinaria: 1. *pr.* §. *f. de extraord. crimin.* Circa quam determinandam judex respiciat, (1.) an ille actus à perfectione remotus sit, nec ne: (2.) an reus pœnitentiâ ductus, an verò externè impeditus delictum non perfecerit: *Carpz.* 1. *q.* 2. *n.* 51. *& q.* 61. *n.* 2. 3. 4. *q.* 71. *n.* 48. *q.* 88. *n.* 3. *q.* 91. *n.* 31. ordinariâ tamen pœna punitur conatus (α.) in homicidio attentato: 1. *pr. ff.* 7. *C. ad L. Corn. de sicar.* (*contra* ¶.) *Cz.* 1. *q.* 2. *n.* 51. (β.) in parricidio attentato: 1. *pr. de L. Pomp. de parricid. L. un. C. de his, qui parent. vel lib. occid.* (*contra* ¶.) *Carpz.* 1. *q.* 17. (γ.) in crimine perduellionis: 5. *pr. C. ad L. Jul. majest. vid. Bodin. lib.* 2. *de republ. c.* 5. ¶. (δ.) in assassinio: *c.* 1. *de homicid.*
a. *in* 6. *Carpz.* 1. *q.* 19. *n.* 53. ¶.] * (2.) *SPONTE* admissum, h. e. dolô vel culpa: hinc excluditur casus, 1. 5. *C. ad L. Corn. de sicar.* 31. *ad L. Aquil.*

DELICTA sunt (1.) Ecclesiastica, quorum cognitio perti- †
net ad judicem Ecclesiasticum, ut hæresis, apostasia: Secularia, de quibus cognoscit judex secularis; ut majestatis &c. & Mixta, quæ simul ad utrumque spectant. *vid. Theodoric. in*

Colleg. criminali D. 1. th. 19. (2.) Nominata, & innominata: *v. Tab. racem. 1. th. 7. & seq.* (3.) Vera, quæ committuntur ex proæresi; & quasi delicta, quæ ex culpa committuntur; damnum tamen injuria datum ad vera delicta refertur, licet ex culpa sit, quia in eo principaliter tantùm respicitur ad damnum resarciendum. Vera delicta iterum sunt vel Publica, *de quibus in seqq.* vel Privata, quæ committuntur in privatum, eoque non LL. publicorum judiciorum, sed privata ac civili actione læso competente vindicantur. Sunt vel Ordinaria, quæ certam ac determinatam læso debitam habent pœnam; Extraordinaria, quæ talem pœnam non habent.

Delictum constituit LL. prohibitio, 41. *de pœn. vid.* 3. *in f. de concubin.* 3. §. 4. *de sepulchr. violat.* 12. *de usufr. leg.* 24. §. 5. *solut. matr.* 14. §. 14. *de religios. f. C. si advers. delict.* 42. *de V. S. ET* malitiosa delinquentis voluntas. 1. *C. ad L. Corn. de sicar.*

Ex delicto obligantur omnes, masculi & fœminæ: 7. §. 1. *de jurisd.* (Hæ tamen aliquando mitius puniuntur, 38. §. 1. 2. 39. §. 4. *ad L. Jul. de adult.*) filiifamilias, 7. §. 1. *L.* 9. *de Jurisd.* servi, *L.* 14. *de O. & A.* muti & surdi, *Carpz.* 3. *q.* 147. *n.* 13. prodigus: *Carpz.* 3. *q.* 118. *n.* 27. modò usu rationis non destituantur: Hinc excluduntur (1.) Bruta. 1. §. 3. *si quadrup. pauper.* (2.) Infantes: §. 8. & 10. *I. de inut. stipulat.* 111. *de R. I. p. in f. de fideic. libertat.* 12. *ad L. Corn. de sicar. Carpz.* 3. *quæst.* 143. *num.* 9. 5. §. 2. *ad Leg. Aquil.* 23. *de furt.* 3. §. 1. *de injur.* 2. §. 19. *vi bon. rapt.* 3. §. 1. *de sepulchro violat.* 12. *ad Leg. Cornel. vid. tn. Carpz.* 3. *q.* 143. *num.* 19. (3.) Infantiæ proximi: 111. *de R. J. junct.* §. 9. *J. de inut. stipul.* (qui autem tales sint, judex æstimat, *arg.* 1. §. 2. *de jur. delib. Carpz.* 3. *q.* 143. *num.* 33. ex facti circumstantiis, secus est in pubertati proximis, 111. *de R. J.* 23. *de furt.* 5. §. 2. *ad Leg. Aquil.* 3. §. 1. *de injur.* 7. *Cod. de pœn.* [nam hi extraordinariè puniuntur, *Carpz.* 3. *q.* 143. *n.* 35. *vid. artic.* 164. *O. C. Carol. V. Carpz.* 3. *q.* 143. *n.* 45. rarissimè tamen ultimò suppliciò: *artic.* 164. *O. C. Carol. V. L.* 23. §. 2. *de Ædil. Edict. Carpz.* 3. *q.* 143. *n.* 48. 58.] & puberibus, hoc est, qui XIV. annos impleverunt, sive masculi sint, sive fœminæ: *dicto art. Carpz.* 3. *q.* 143. *n.* 26. ¶. his tamen pœna sæpè mitigatur: 37. §. 1. *de minor. Carpz.* 3. *q.* 143. *in f.*) (4.) Furiosi: 3. §. 1. *de injur.* 5. §. 2. *ad L. Aquil.* 12. *ad L. Corn. de sicar.* 14. *de offic. præsid.* (neque, ob delictum ante commissum, puniuntur in furore, propter periculum salutis æternæ. *Carpz.* 3. *q.* 145. *num.* 22.)

Delin-

Delinquitur in personas quasvis, & res omnes. *3. §. 1. de injur. Tabor. racemat. 1. th. 22.* Hæc delicta sunt probanda, *f. C.* pr.
B *de probat.* * directè per testes idoneos, *f. C. de probat. Carpz. 3. q. 114. n. 18.* instrumenta, *d. L. f. 15. C. de fid. instr.* confessionem reorum: *L. un. C. de confessis.* modo de corpore delicti etiam constet: *Carpz. 2. q. 81. & p. 1. q. 16.*
b. * per indirectum, per manifestissima indicia. *d. l. f. Carpz. 3. q. 120.*

Hinc est obligatio ad pœnam, vel ad rem præstandam: & E
C remedia, quibus delinquens convenitur, * Ordinaria, sc. actiones, quibus jure ordinario rem vel pœnam persequimur.
o. * Extraordinaria, actiones, quibus extra ordinem ad pœnam fisco applicandam, vel corporis afflictivam agimus. *vid. f. h.*

DE FURTIS. XLVII. 2.

Furtum est delictum privatum; quo res aliena, invitô domino, lucri causa, fraudulenter contrectatur. (1.) Divisio D † furti in conceptum, oblatum, prohibitum, non exhibitum, in usu esse desiit: *§. 4. I. de obl. quæ ex delict.* nam hodiè res furtiva in alienis ædibus regulariter quæri non potest, *2. C. de alim. pupill. præst.* nisi adsint probabilia indicia, & publica utilitas id exigat, tùm enim auctoritate publicâ fieri potest: *arg. 13. de offic. præsid. Theodor. in Colleg. Crim. D. 2. th. 2. A.* Et tùm, si res apud aliquem inveniatur, ille incidit in suspicionem criminis, *2. C.* adeo, ut propterea torqueri possit; *artic. 43. Ord. Crim.* modò (α.) non sit vir integræ famæ, (β.) res illa ita custodita fuerit, ut alius, præter inhabitatorem ædium, illam posuisse non potuerit, (γ.) ille non possit nominare auctorem suum, neque in individuo, neque in genere: ex. gr. se in foro emisse. *5. C. Carpz. 3. q. 122. num. 39.*
A (2.) * Manifestum est, in quo fur, *34. h.* cum re furtiva, antequam ad eum locum, *3. §. 2. junct. L. 5. h.* quô eâ die permanere destinavit, pervenit, deprehensus est: Der auf frischer That ergriffen! *art. 157. 158.* nec refert, quis eum deprehendat, *3. §. 1. h. 7. §. 1. h.* aut quomodo deprehendatur, clamore, accursu, aut aliô conatu: *7. §. 2. h. art. 157. & 158.* sola visio non sufficit: *7. §. 1. Obs. §. 3. ferè in med. I. h.* † D
a. Nec * manifestum est, in quo fur cum re furtiva dictô modô deprehensus non est: hodiè adhuc usus est hujus distinctio- D

ctionis, *art.* 157. 158. *Theodoricus, d. l. Tabor. racem.* 1. *th.* 22. [*Diss. Mynsing. Schultz. Harppr. ad* §. 3. *I. de oblig. ex. delict. Carpz.* 2. *qu.* 78. *n.* 8. *Obrecht. D.* 30. *th.* 17.] (3.) Domesticum est, quod committitur à personis domesticis. 11. §. 1. *de pœn.* Extraneum, quod ab aliis. Quinam autem sint domestici? *vid. Carpz.* 2. *q.* 82. *n.* 39. (4.) Nocturnum, & Diurnum. 4. §. 1. *ad L. Aquil.* 54. §. 2. *h.* (5.) Magnum, quod continet 5. solidos, Parvum, quod 5. solidos non continet. *art.* 159. 161. (6.) Ab objecto in Sacrum, (Sacrilegium) Publicum, (Peculatus) Residuum, & Privatum; quorum tria priora pertinent ad publica judicia. (7.) Simplex, cum quo circumstantiæ delictum aggravantes non concurrunt. Qualificatum, cum quo tales circumstantiæ concurrunt, e. gr. quod factum cum ascensione, armis &c. *art.* 159. (8.) Primum, & Reiteratum. *art.* 158. 159. (9.) A Fine, furtum est vel totius rei, vel * tantùm usus, si e. g. depositarius re utatur contra deponentis voluntatem: 1. §. *f.* b.

* tantùm possessionis, e. gr. si debitor pignus suum auferat. 1. §. *f. vid.* 1. §. 15. *si is, qui test. lib.* B

C Causa efficiens est Jus naturale, (nam hoc etiam versatur circa ea, quæ humana voluntate posteà sunt adinventa: *vid. Grot. lib.* 1. *c.* 1. *n.* 10. *& lib.* 2. *c.* 2.) Gentium, & Civile: *Grot. dd. ll.* §. 1. *I. L.* 1. §. 3. *h. L.* 42. *de V.S. ET* malitiosa furis voluntas. §. 2. *I. de usucap. L.* 37. *pr. de usurp.* §. 7. *I. h.* Furtum * faciunt omnes, qui ratione non sunt destituti: 23. *h.* etiam tutor, vitricus; *vid.* 33. *ff.* 3. 11. *C.* actione furti tamen non conveniuntur conjuges, 1. *rer. amotar.* personæ domesticæ: 17. *pr.* 89. *h.* C

* patiuntur omnes, quorum ex justâ causâ immediatè interest rem non auferri. c.

O * Res, licet minima, §. 16. *de R.D. Obst.* 9. *in f.* 10. *de dol. mal.* * (1.) mobilis; §. 2. *I. de usuc.* 38. *de usurp.* 25. *h.* non etiam incorporales, 75. quæ propriè tales nunquam sunt; 7. §. 4. *de pecul. l.* 15. §. 2. *de re jud.* nec immobiles: §. 2. *I. de usucap. L.* 38. *de usurpat.* 25. *h.* D

* (2.) aliena, §. 6. *I. h.* (hoc est, quæ alterius est, aut in qua alius habuit jus * in re, e. g. si debitor auferat pignus, 12. §. 2. 19. §. 5. 6. *L.* 79. 78. *h.* proprietarius rem fructuariam, 15. §. 1. dominus bonæ fidei possessori: 20. §. 1. *h.* d„ E

* ad rem, modo hoc in casu detinens necessarias impensas in rem fecerit, indeque Jus retentionis habeat, e.

habeat, 15. §. *f. in f. L.* 53. §. *f.h.* aliàs dominus hanc suam rem clam auferens furti non tenetur: 15. §. 2.*h.*] modò auferens sciverit eam suam non esse: 43. §. 4.*h.* [hinc excluditur res propria, in qua alius nec Jus in re, nec ad rem habet: item res, quæ planè nullius est: §.9.*I*.43.§.5.*h.* Patri ratione liberorum, ex jure antiquo patriæ potestatis, datur actio furti: §.9.*I.h.v.*1.§. 2.*de R.V.*14.§.13.38.§.1.*h.*De re abjecta *vid.*43.§.6.7.8.9.10.*h.*)

d. * [3.] Possessa, 1. §.15. *si is, qui testam. liber.* hinc rei hereditariæ furtum non fit ante aditionem; *d. L.* nisi alteri sit e. gr. commodata, hic enim latè possidet: 68.69.70.*h.* qui partem

F abstulit, & totum auferre * potuit, totius furtum commisisse videtur, res autem non ablata condici non potest: *L.*

f. 21.§.*f.* * non potuit, de eo, quod non abstulit, non tenetur. 21.*pr.* §. 5. 8. *vid. Tabor. rac.* 2. *th.* 38.

G Forma est * Contrectatio, quæ fit non solum naturali rerum amotione, sed & abusu rei ex justa causa apud se existentis, 29.*pr. depos.* 54.*pr.*§.1.*ff.*7.*C.*52.§.16.*h.*2.§.1. *de tutel. & rat.* 33.*h.*8.*C.*45.66.67.*h.* [non sufficit cogitatio, 1. §. 1. verbum, 52.§.19. inficiatio, 67.*pr.* ingressio in conclave, 21.§.7.] & fa- fr.

H cta ab illis fingitur, * quorum ope vel consilio furtum factum est, 50.§.1.*h.*53.§.1.*de V.S.*52.§.19.54.§.4.*h. Bach. ad* §. 11. *I. h. Carpz.* 2. *q.*87. *n.*2. modò consilium modum etiam & occasionem specialiter monstret. 50. §. 3. *h.* [nudum enim non sufficit: §. 11. *I. h.* 53. §. 1. *de V.S.*] & effectus sequatur, 52. §.

h. 19. *h.* * qui scientes furem celant, 14. *C. h.* rem furtivam emunt, aut aliô modô per quasi ratihabitionem participes delicti fiunt: 12. *C. h.* plura sunt in *L.* 52. §. 22. 23. *ff.*

g,, 19. *C. h.* * fraudulosa, 37. *pr. de usurp.* §. 7. *I. h.* quæ non fit in volentem, 145. *de R. I.*

g,, * invitô dominô facta, §. 7. *I. h.* 48. §.

I 2. [qui credit, * justâ opinione dominum consensurum, non furatur: 46. §. 7. 76. *pr.*

i. * dominum non consensurum, furatur, licet dominus reverà consensisset: 46. §. 8. actione furti tamen non tenetur, nam dominus eam consensu suo remisisse videtur: 46. §. 8. *vid.* §. 8. *I. h. Diss. Ludvv. Bach. Rittersh. ad* §. 8. *I. h.*)

g. * Lucri gratiâ: §. 1. *I. h.* 1. *f.* §. non etiam ex aliâ causâ, e. g. libidine. [*vid. tamen* 82. §. 2.] 53. *pr.* 39. *pr. h.* De probatione delicti *pr. vid. supr. ad tit. de priv. delict. & art.* 43. *Tabor. ad art.* 43. *& racem.* 3. *th.* 12. 13. 14. *Carpz.* 3. *q.* 122.

Effectus

E Effectus (*vid. Tabor. racem.* 2. *th.* 50.) * primus quoad K
* personam * delinquentis est obligatio ad pœnam : nam fur L
* nocturnus impunè occidi potest, modò (1.) incognitus sit, M
nec testes adsint, (2.) capi non possit, (3.) hæc occisio fiat N
præcedente clamore, 4. §. 1. *ad L. Aquil.* (4.) pro defensione corporis, vel rerum : *L.* 9. *ad L. Corn. de sicar.* 4. §. 1. *ad L. Aquil. Carpz.* 1. *q.* 32. *n.* 37.
* diurnus non item, nisi telo sese defendat. 4. §. 1. *ad L. Aquil.* n.
54. §. 2. *h.* * patientis est, quod ipse retineat quidem Jus, quod m.
in re habeat, in possessione vero turbetur, 3. §. 18. 5. *de A. vel A. P.* & habeat furem sibi obligatum : quoad
*rem, est, quod ea fiat vitiosa : *vid. tit. de usurp. p.* 574. l.
* ortus sunt re- k.
media, quibus furtum vindicatur, * Ordinaria : (hic effectus O
tamen interdum impeditur, *vid. supr. S. & infr. P.*) *ACTIO*
D *FURTI*, quæ est actio pœnalis, competens omnibus, quorum ex justa causa immediatè interest, contra furem, ad pœnam
N pecuniariam sibi adjudicandam. Est merè pœnalis, civilis,
† non criminalis. *Diss. Cludius de condict. furtiv.* Est vel furti manifesti, vel nec manifesti :

C Causa efficiens furti manifesti est Prætor, *pr. I. de perpet. & temp.* corrigens LL. XII. tabb. furti nec manifesti est Jus civile. §. 4. *I. de nox. act.* Causa proxima est ipsum furtum.

S Datur illi, cujus interest, 10. *h.* §. 13. *ff. h.* (& heredibus : *L.* 2. §. *f. vi bon. rapt.* non etiam domino, cujus nihil interest, e. g. qui habet alium obligatum ad rei suæ æstimationem præstandam, §. 13. 15. *I. h.*) ex justa causa, 11. 12. §. 1. 76. §. 1. (hinc
non datur * furi, qui rem furto iterum amisit, *dd. LL.* nisi pos- P
sessionis tantùm fur sit : hic enim rem ex justa causa penes se habuit ; 48. §. 4. *h. vid. omninò* 12. §. 2. *h. Tabor. racem.* 2. *th.* 78. non obstante, quod furi dentur actiones ex contractu b. f. inito : 16. *commodat.* 13. *pr. de R. C.* 7. §. 1. *L.* 8. *quod met. causa.*
* illi, qui dolo suo rem furto amisit : 14. §. 3. 8. *h.* §. 17. p.
I.) immediatè, h. e. qui detinuit rem subreptam : 14. §. 10. *ferè inf. L.* 85. *h.* ut venditori ante rei traditionem, non etiam emtori : 14. *pr.* §. 1. *ff. h.* debitori ex obligatione, non creditori, 13. 49. *h.* marito, ratione rei dotalis, non etiam uxori. 49. *h.* heredi ratione legati nondum traditi, non legatario : 85. *in f. h.* (*Obst.* 47. 66. §. 1. *h.*) *vid. Tabor. racem.* 2. *th.* 66. ita etiam datur conductori, fulloni &c. qui domino ad æstimationem rei tenentur : 12. *pr. h.* §. 15. *I. h.* Modo (1.) furtum sit eorum

culpa admissum; 14. §. 3. 8. *h.* allàs enim impedit hanc actionem vel dolus illorum, *d. l.* vel quod eorum nihil intersit, si citra culpam eorum periit: 14. §. 12. (2.) dictæ personæ solvendo sint: 12. *pr.* §. 15. *I. h.* & hæ personæ lucrantur id, quod acceperunt hac actione; *6. locat.* Creditor tamen id, quod ratione pignoris surrepti accepit, in sortem computare & residuum domino reddere debet, 15. nisi ipse debitor pignus surripuerit. 79. *h.* 74. *de solut. propter* 46. *de R. I.* 42. *de cond. indeb.* Si commodatario res subripitur, dominus eligit, an contra commodatarium actione commodati, an adversus furem actione furti agere velit: illo in casu commodatarius habet actionem furti contra furem, hoc verò in casu liberantur, ut nec contra eum detur regressus domino: *f. C. h.* §. 16. *I.* de jure antiquo *vid.* 14. §. 16. *h.* 5. §. *f. L. 6. 7. commod.* Contra F
fures, etiam novercam, 3. 11. *C. h.* utcunque contrectaverint: 12. 14. *C.* nisi furtum commiserit (1.) Servus propria bona non habens, 41. §. 2. (2.) Conjux, tùm enim in hujus locum datur actio rerum amot. 1. *& t. t. rerum amot.* (3.) Persona domestica, libertus, mercenarius &c. si furtum sit vilius. 11. §. 1. *de pœn.*

In furto manifesto ad quadruplum: in nec manifesto ad Q
duplum, quod est mera pœna: §. 5. *I. h.* quod, quomodo computetur, docet *Tabor. racem.* 2. *th.* 83. Ipsa autem res repetitur vel actione præparatoriâ ad exhibendum, vel principali, condictione furtiva, quæ cum hâc cumulari potest, (vel rei vindicatione.) 7. §. 1. *de condict. furtiv.* 12. 13. *C.* 54. §. 3. *ff. h.* Hæc pœna applicatur actori, qui tamen eam interdum re- E
stituat: *vid. supr. S.* Reus solvat pœnam, & fit infamis, nec hoc à judice remitti potest, 63. *h.* nisi extraordinariam graviorem pœnam reo injungat: 13. §. 7. *de his, qui not. infam.*

Hanc actionem impediunt defectus alterutrius requisiti: *de* O
*quo supra.** natam tollunt pactum, transactio, &c. non etiam pœnitentia. 65. 54. §. *f. h.*

Hæc actio hodiè plurimis in locis abiit in desuetudinem, I.n
Carpz. 2. q. 77. n. 5. Berl p. 5. concl. 43. n. 3. ut in Gallia, *Gudelin. de jur. nov. Vinn.* in Saxonia, *dd. DD.* Würtemberg. *Harppr. ad* §. 1. *I. h.* [*Diss. Tabor. racemat.* 1. *th.* 68. *& ad art.* 157.
O. 158. *Berl. p.* 5. *concl.* 43. *n.* 2.) ¶. *Extraordinaria: Criminali persecutione agitur ad pœnam fisco applicandam: *f. h.* quæ tamen nunquam extendebatur ad membri abscissionem, *Aut. Sed nov. jure. C. de serv. fugit.* & N. 134. *c. ult.* Constitu-

tione

tione Friderici tamen ad mortem excendi poteſt, ſi quinque ſolidos excedat, 2. *F.* 27. §. 8. & expreſſius Conſtitutione Crim. Car. V. *art.* 157. 158. *&c.* Secundum quam tamen ita diſtingue: propter furtum *qualificatum, eines gefährlichen Diebsſtahls / [in quo aſcenſio, effractio, & arma intervenerunt, alternativè ex mente Caroli V. *art.* 159. *Tabor, in notis ad d. art. th.* 19. 20. 21. cumulativè ex benignitate. & ¶. *Carpz.* 2. *q.* 79. *n.* 33. *Harppr. ad* §. 5. *I. h. Bocer. ſpeciali tr. de pœna furti.*) maſculus ſuſpenditur, fœmina ſuffocatur in aqua, fœminis tamen interdum oculi effodiuntur, aut manus amputantur, ſed hoc vix unquam obſervatur. * ſimplex * primum, * parvum, quod non continet V. aureos, 5. Ducaten / *Bocer. d. l. c.* 1. *n.* 57. *Carpz.* 4. *c.* 32. *d.* 1. *Carpz.* 2. *q.* 78. *n.* 32. [*vid. tamen art.* 157. ibi ſimpliciter dicitur, Gůlden; cujus valor eſt 60. Kreutzer / eo tempore, quo hæc Ordinatio condebatur, anno ſcil. 1532. & 1533. *v. Wehn. voc.* Gold-Gulden. *Mynſ.* 1. *O.* 65. *Bernh. Wurmſ. t.* 50. *O.* 11. *n.* 6. *vid. L.* 52. §. 4. *de leg.* 3. 7. §. 1. *de ſuppell. legat.*] Q q. R S

* nec manifeſtum, reus punitur præſtatione dupli, nec prius carcere [ubi ſe ipſum de ſuo alit] emittitur, quàm expenſas ſolvat, & præſtet urphedam, h. e. juramentum de vindicta non ſumenda, cujus formula eſt apud *Volcmar. p.* 2. *t.* 9. *c.* 58. *num.* 11. *vid. Carpz.* 3. *q.* 127. *n.* 46. *Conſt. Crim. art.* 157. hic quoad rei æſtimationem dominus præfertur fiſco, quoad pœnam verò fiſcus præfertur. T

* manifeſtum, fur * vilioris conditionis ad numellas poſitus, fuſtigatus perpetuò relegatur: *art.* 158. t. U

* honeſto loco natus, aut, qui ſperatur melior, ex conſenſu Superioris, punitur civiliter quadrupli præſtatione, vel ſi hoc non poſſit, carcere: *art.* 158. Hodiè tamen hoc parvum furtum in genere punitur extraordinariè: In Saxonia: Wenn es über 5. Reichsthaler iſt / fuſtigatione, ſi vero infra illam ſummam eſt, relegatione, vel carcere, vel mulcta: *Carpz. p.* 4. *c.* 32. *d.* 8. *Carpz.* 2. *q.* 78. *n.* 100. * magnum, quod continet quinque aureos vel illorum æſtimationem, *art.* 160. aut, quod in Saxonia eam ſummam excedit, *p.* 4. *c.* 32. *Carpz.* 2. *q.* 78. *n.* 106. reus arbitrariè punitur, habita ex conſilio JCtorum ratione circumſtantiarum, ſc. rei furtivæ quantitatis, furis qualitatis, ejus deprehenſionis, damni illius, qui inde læſus eſt, adeo, ut ex mente *art.* 160. raro afficiatur ultimo ſupplicio: *Harppr. ad* §. 5. *I. h. Boc. ſpec. tract. de pœna furti, c.* 1. *n.* 137. 143. quod tamen ſæpius accidit in Saxonia & alibi. *p.* 4. *c.* 32. u. s.

r. *c. 32. d. 4. Carpz. 2. q. 78. n. 13.* *reiteratum *se-
Y cundum *parvum, si utrumque 5. solidos non excedit, reus
Z punitur publicâ pro numellis positione, relegatione, vel
confirmatione, **daß er nicht darff auß seinem Flecken gehen**/ sive
furtum manifestum sit, sive non. *art.* 161.
z. *magnum, si utrumque continet 5. solidos, reus puni-
tur secundum circumstantias, arbitrio judicis, ex consilio
JCtorum, vel corporaliter extraordinariè, vel capitaliter, &
y. observatur hic modus articuli. 161. *Ter-
tium, h. e. quod à prioribus re & tempore distinctum est. *Bo-
cer. d. l. n.* 150. 162. licet in diversis territoriis sit commissum,
Bocer. d. l. n. 161. & si propter praecedentia ad minimum semel
jam sit punitus, *Harppr. ad §. 5. l. h. n. 69. Diss. Bocer. d. l. n. 164.*
reus suspenditur vel suffocatur, *ut supr. in furto qualificato.
Bodin. de republ. lib. 6. c. 5. art.* 160. sive furtum sit magnum,
sive parvum, sive manifestum, sive non, *art.* 162. In Saxonia
tamen debita quantitas requiritur: *Carpz. p. 4. c. 32. d. 5. Idem,
2. q. 78. n. 76. &c. vid. 3. C. de Episc. aud. 4. C. de serv. fugit.*

Haec poena cum sit dura, judex, ob minimas circumstantias,
ad minorem declinet. *Carpz. 2. q. 80. &c. Tabor, racem. & ad
artic. 157. &c. vid. Bocer. d. l.*

DE TIGNO JUNCTO. XLVII. 3.

HOc delictum est privatum, quo tignum furtivum alienis D
aedibus vel vineis jungitur, dolo vel culpa, ita, ut erui non
possit sine culturae vinearum turbatione, aut aedium destructio-
ne. *arg. 1. pr. junct. 2. §. 17. ne quid in loc. publ.*

Causa efficiens est Lex XII. tab. 1. pr. & voluntas jungentis C
dolosa vel culposa. Objectum est Tignum (*vid. 1. §. 1. h.*) O
furtivum, nam si quis tignum non furtivum jungat, non haec
actio, sed in factum datur de pretio restituendo, *63. de donat.
inter vir. & ux. arg. 2. h. vid. Vinn. ad §. 29. I. de R. D. n. 2.*
A *Zaes. h. n. 4. Wesenb. h. Struv. th. 28.* *Tignum sic jun- E
ctum sit pars aedium vel vinearum, quibus appositum est, &
consequenter ejusdem domini, quatenus stat aedificium, &
junctum est: quatenus verò respicitur ad casum separati tigni,
prior est & manet dominus: *§. 29. I. de R. D.*
a. *Jungens obli-
gatur inde domino ad duplum: *ACTIONE* de tigno juncto,
quae est poenalis, perpetua, qua in duplum agitur adversus il- D
lum, qui tignum furtivum suis aedibus junxit. Est vel merè †
Tt poenalis,

C poenalis, vel mixta. Causa efficiens Lex XII. tabb. §. 29. *de R. D.* ne tignum eximatur, aut dominus tigni furtivi, dum vindicare illud non potest, eo cogatur carere: & junctio
S ipsius tigni. Datur domino tigni furtivi, & omnibus, quorum interest, 1. *pr.* 2. *h.* §. 13. *&c. I. de obl. quæ ex delict.*
P contra jungentem, sive b. sive m. fide, §. 29. *in f. de R. D.* [in m. f. jungente duplum est mera poena: 1. §. *f. L.* 2. *h. vid. Bach. de Act. D.* 5. *th.* 17. *p.* 190.] licet jungens non possideat ædes, e. g. fabrum lignarium, ex communi natura furti, & propter generalia verba LL. XII. tabb. *Harppr. ad* §. 29. *I. de R. D. Tabor. ad h. t. th.* 19. *Diss. C. J. A. th.* 6. *num.* 1. non etiam contra heredem, *arg.* 111. §. 1. *de R. I. junct.* 5. *de calumn.* nec mixta competit contra b. f. possessoris heredem, nec in quantum ad eos pervenit: nam hæc actio datur tantùm contra eum, qui junxit: *dd. LL.* nec datur contra quemcun-
O que possessorem, 1. *in f. pr. h.* Ad duplum, 1. *pr. h.* §. 29. *I. de R. D.* quod in m. f. possess. est mera poena, 2. in b. f. possess. etiam rei persecutionem continet. §. 29. *I. de R. D.* Hic concurrunt imprimis contra malæ fidei possess. rei vindicatio, 23. §. 6. *de R. V.* actio ad exhibendum non ad hoc, ut tignum eximatur, sed ut æstimatio præstetur: actio furti, 1. §. *f. L.* 2. & quidem cumulativè, si ipse fur junxit; 130. *de R. I.* sin verò alius, tùm hæ actiones ex diversis factis oriuntur,
I. n & ad diversos fines tendunt. 2. *de priv. delict.* Hodiè in quibusdam locis sola vera æstimatio petitur. *Vinn. ad.* §. 29. *I. de R. D. n.* 4.

SI IS, QUI TEST. LIB. ESSE JUSSUS, POST MORT. DOMINI, ANTE ADITAM HERED. SURRIPUISSE AUT CORRUPISSE QUID DICETUR.

XLVII. 4.

HIc duo delicta coërcentur: 1. §. 14. *(1.) Actione prætoria in factum, qua is, qui testamento liber esse jussus est, ob furtum jacenti hereditati factum in duplum condemnatur: A
* (2.) Actione prætoria in factum, qua is, qui testamento liber esse jussus est, ob damnum jacenti hæreditati factum, condemnatur in duplum. a.

FURTI

FURTI ADVERS. NAUT. CAUP. STABUL. XLVII. 5.

HIc datur actio contra Nautas, Caupones, Stabularios, ob furtum ab ipſis (hinc differt ab Act. naut. caup. ſtab.) vel illorum operariis, in rebus illatis admiſſum, in duplum. Datur à Prætore ob furtum, *ut in D. L. un. pr. h.* quod quatuor modis committitur, *ut in pr. h.* hinc exercitores interdum ex vero delicto tenentur, interdum ex quaſi: *un.* §. *6. h.* non etiam ob factum vectoris aut hoſpitis, *L. un.* §. *6. h.* Datur dominis rerum ablatarum, & omnibus, quorum intereſt, etiam ipſi nautæ: 1. §. 4. Contra exercitores, non etiam heredes, ad duplum, *ut in D.* §. *2. h.* quod mera eſt pœna. *L. un.* §. 3. 4. (*Obſt. L. 3.* §. *4. naut. caup. ſtab.*) *vid. Tabor. h. th.* 31. *pag.* 377. Hæc actio vix eſt in uſu. *Fibig. D. 12. coroll. 2. ad* §. *f. I. de obl. quæ ex quaſi del.* D S P O

SI FAMIL. FURT. FECISSE DICATUR. XLVII. 6.

HIc agitur de furto, & de damno injuriâ à familia dato, (*vid.* 195. §. 1. *de V. S.* 5. *h.*) cujus nomine aliàs ſinguli in ſolidum obligantur, 21. §. *p. de furt.* 1. §. *f. ſi is, qui teſtam. liber.* 11. §. 2. *ad L. Aquil. L.* 9. *de jurisdict.* 34. *de injur.* ita, ut dominus omnium reſpectu pœnam ſolvere, aut omnes noxæ dedere teneatur; 9. *de jurisdict.* 34. *de injur.* hîc autem prætor ei electionem concedit, an velit omnes noxæ dedere, an vero tantùm offerre, ac ſi liber homo furtum feciſſet: 1. *pr. h.* Inde datur hæc actio, quæ in caſu furti eſt actio furti, certâ qualitate aucta, qua agitur adverſus dominum, ob furtum à familia ejus commiſſum, ad hoc, ut vel pœnam furti præſtet, vel familiam noxæ dedat. In caſu damni injuria dati, eſt actio L. Aquiliæ, certâ qualitate aucta, quæ datur adverſus dominum, propter damnum injuriâ à familia datum, ad hoc, ut vel damnum reſarciatur, vel familia noxæ dedatur. D D

* Accuſationem impediunt (1.) Damni & rei oblatio, quod ſingulare eſt in hoc delicto: 1. *C. h.* (2.) Si adverſarius de fraude participet: 2. *C. ſi alien. res pign.* 16. §. 1. *de pign. act.* (3.) Si pignus pluribus ſufficiat. *L.* 36. §. 1. *eodem.* Hic concurrunt rei perſecutoriæ. 7. *de condict. furtiv. L. un. C. quando act. civil. crimin. L.* 3. *C. de condict. ob turpem cauſam.* (*Diſſ. Marcus, p.* 2. *deciſ.* 191. *n.* 2. *Heig. p.* 2. *q.* 23. *n.* 17. *propter L.* 3. *expilat. hered.* 56. §. 1. *de furt.*)

DE TERMINO MOTO.

XLVII. 21.

TErminus hìc eſt omne ſignum confines agros diſtinguens: *Damboud. pract. crim. c.* 127. *inf.* Hoc crimen eſt extraordinarium, quo termini effodiuntur vel mutantur. Punitur extraordinariè, 1. 2. *h.* etiam corporis afflictivâ, & fuſtigatione, *Ord. Crim. art.* 114. *v. Berl.* 5. *concl.* 52. *Carpz. q.* 83. *n.* 67. Simile delictum perpetrant, qui alveum doloſè alio dirigunt, aut aggeres fluminum perrumpunt. *Menoch. de A. I. Q. caſ.* 386. *n.* 5.

DE COLLEGIIS ET CORPORIBUS.

XLVII. 22.

COllegium eſt (ſpecies corporis) cœtus plurimum ſodalium vel conventus eorum, qui eandem exercent artem. 1. *h.* Tres perſonæ conſtituunt collegium; 85. *de V. S.* poteſt tamen in una conſervari, 7. §. *f. quod cujusque univerſitatis nomine.* Licita ſunt, quæ ſuperioris auctoritate inſtituta vel approbata

ſunt: Illicita ſunt, quæ ita approbata non ſunt: de licitis agit *Berl.* 1. *d.* 105. *Matth. de crim. h. n.* 5. Illicitorum
E autem conſtitutio incidit in extraordinarium delictum, & eſt hujus loci. Pœna hujus criminis eſt eadem, quæ majeſtatis, ſi cœtus ſeditioſus contra rempubl. coierit: 1. §. 1. *ad L. Jul. Majeſt.* ſi verò hoc animo non coierint, puniuntur arbitrariè, interdum etiam collegium tantum diſſolvitur. 3. *pr. h.*

DE POPULARIBUS ACTIONIBUS.
XLVII. 23.

D ***P***Opulares actiones ſunt, quæ dantur omnibus de populo:
S præprimis habilibus, & integris, qui poſtulare poſſunt. 4. *h.* etiam minoribus, modo impleverint XVII. ætatis annum: 1. §. 3. *de poſtul.* non etiam mulieribus, pupillis &c. qui pro aliis non poſtulant, 6. niſi res ad eos pertineat, hi
P omnibus præferuntur: 3. §. 1. *h. f.* §. 1. *de colluſ. deteg.* Con-
N tra heredes non dantur: *f. h.* Sunt prætoriæ: 7. *de jurisd.* 2.
O *de pop. act.* Extinguuntur anno. *f. h.* Poſt Litis conteſtationem fiunt propriæ. *arg. L.* 12. *de V. S. Bach. ad tit. de procurat. c.* 3. *n.* 3. *verſ. in popularibus.*

XLVIII. 1. DE PUBLICIS JUDICIIS.

D ***P***Ublica judicia ſunt certa judicia publicorum judiciorum Lege introducta, ad punienda illa delicta ſive crimina,
† quibus respubl. maximè læditur. *pr.* §. 1. *I. h. L.* 1. *h.* Capitalia ſunt, quæ ſequitur pœna capitalis, ſcilicet qua tollitur vita naturalis vel civilis: 63. §. *f. pro ſoc.* Non capitalia ſunt, quibus imponitur alia pœna: ex. gr. relegatio, incarceratio, fuſtigatio, etiam pœna pecuniaria. 2. *h.* §. 2. *I.* Conſtituta ſunt ſpeciali Legis publicæ notatione, 1. *h.* 3. §. *f. de prævar. v. L.* 2. §. 16. 23. *de O. J.* quas primùm collegit Corn. Sylla; accuratius exhibuit Jul. Cæſar: 2. §. 32. *de O. J. arg.* 12. §. 2. *de accuſ. L.* 32. *de pœn. v. Vult. de Judic. p.* 41.
S De ſubjecto actum eſt *ad tit. de jurisdict. & ad tit. de judiciis.* de ſubjecto paſſivo agetur *in ſeqq.* Ipſa delicta recenſentur *in L.* 1. Modus procedendi olim erat ſingularis; 8. *h.* hodiè eſt vel * *INQUISITORIUS*, quan- A
D do judex ex officio ſummariter inquirit in delictum, & ejus auctorem, & delinquenti pœnam promeritam imponit; hic libellus non eſt neceſſarius, nec litis conteſtatio: *Carpz.* 3. *q.* 103. *n.* 11. 18. hic procedendi modus etiam J. Can. & Civili obſer-

observatur. *cap.* 17. 24. *x. de accuſ. N.* 128. *c. Jubemus.* 21. *L.* 13. *de offic. præſid. L.* 1. *de cuſtod. reorum.* 7. *C. de accuſ. Carpz.* 3. *q.* 103. *n.* 22. actoris vices hic obtinet publica fama, & reipubl. ſalus videtur judicem implorare, *Carpz. d. l. art.* 214. &
B 219. adeò, ut judex inquirere teneatur, bey Verlurſt ſeiner Gericht: *Carpz. q.* 103. *n.* 57. Hic proceſſus eſt vel * generalis, (*Diſſ. Bach. ad W. ad tit. de accuſ. n.* 3.) *v. Hahn. ibid.* quo judex ex officio in genere inquirit in ipſum delictum, & ejus auctorem, an ſc. & à quo delictum ſit commiſſum: hoc facere poteſt etiam inferior judex. *vid. Carpz.* 3. *q.* 107. *n.* 14. * ſpecialis, quando D
b. judex procedit contra certam aliquam perſonam, in generali inquiſitione indiciis gravatam, ad pœnam determinandam. *v. Carpz.* 3. *q.* 107. *n.* 11. * ORDINARIUS, D
a. quando judex procedit per viam accuſationis: hic obſervantur omnia in proceſſu ordinario ſolita, ut libellus, litis conteſtatio, probatio, condemnatio &c. Damnatus fit infamis. 7. *h.*

D (beside "quo judex ex officio")

DE ACCUSATIONIBUS ET INSCRIPTIONIBUS. XLVIII. 2.

Accuſatio eſt criminis ad judicem delatio, vindictæ publicæ causâ facta. 16. 19. 20. *C. de his, qui accuſ.* D

Accuſant omnes, 8. *Carpz.* 3. *q.* 104. *n.* 22. (Volentes, *L. un. C. ut nemo invitus. art.* 214. *ferè inf.* eo tamen non exiſtente, judex neceſſariò inquirit: *v. præced. tit.* pluribus S
A concurrentibus, quorum * æquè intereſt, omnes unô libello reum accuſant: 4. *C. h. Carpz.* 3. *q.* 104. *n.* 46.
a. * non æquè intereſt, judex habitâ circumſtantiarum ratione unum eligit; 16. *h. Carpz. d. l. n.* 49. qui vero accuſatione inſtitutâ ſuperveniunt, repelluntur, 11. §. 2. *ff.* 9. *C.* niſi deſerta fuerit prioris accuſatio, aut alio modo impedita, ne promoveri potuerit: 11. §. 2. accuſatore mortuo &c. alius agit intra 30. dies utiles, 3. §. *ult. h.*) qui non impediuntur, ut infantes &c. nec prohibentur, ut (1.) Mulieres, 2. *pr.* 8. *h.* 12. *C. de his, qui accuſ. non poſſ. propter* 2. *de R. I.* niſi crimen ſit majeſtatis, 8. *ad L. Jul. maj.* annonæ. *f.* §. 2. *ad L. Jul. de annon.* ſacrilegii, 10. *C. de Epiſc. & Cler.* aut ſi ſuam ſuorumque injuriam perſequantur. 2. *pr.* 11. *pr. h. Carpz.* 3. *q.* 104. *n.* 24. (2.) Pupilli, 2. §. 1. *L.* 8. (qui tamen ſuam & ſuorum injuriam auctore tutore perſequuntur: 4. *C. de aut. præſt.* 11. *pr. h.*) & Minores, 4. *C. de auct. præſt.* niſi certis in caſibus: *v. Matth. h. c.* 1. *n.* 3. (3.) Servi, *p. C. d.*

his, qui accuſ. non poſſ. propter *L.* 32. *de R.J.* niſi in crim. majeſt. 7. §. 2. *ad L. Jul. majeſt.* aut ſi necem domini vindicent: 1. *C. de precib. imperat. offerend. v. Matth. h. c.* 1. *n.* 4. *v. omninò* 53. *de jud. & p. C. t.* plura excipit *Carpz.* 3. *q.* 104. *n.* 27. item, ſi ipſis exceptio non opponatur. 6. *C. de prec. imper. offer.* (4.) Filiusfamiliâs, niſi conſentiat pater, aut accuſare velit propriam uxorem adulterii: 37. *ad L. Jul. de adult.* (*Obſt.* 9. *de his, qui ſunt ſui vel alien. jur.* ¶.) *Clar.* §. *f. q.* 14. *n.* 15. (5.) Suſpecti (α.) qui falſum teſtimonium jam ſemel dixerunt: 9. *h.* (β.) qui juris infamiâ laborant, 8. *ff.* 15. *C.* niſi in crimine majeſt. 7. *pr. ad L. Jul. maj.* (γ.) pauperes, qui non habent 50. aureos: 10. *h. vid.* 3. *de teſtib.* (δ.) inimici capitales: *c. cum oporteat.* 19. *x. de accuſ. v. Carpz. d. l.* (ε.) excommunicati: *Cz. d. l. n.* 39. (ζ.) prodigi: *Cz. d. l. n.* 28. nam de his eſt ſuſpicio, quod teſtes &c. corrumpant: (6.) Affines & Conſanguinei: 8. *ff. h.* 13. 14. 18. *C. de his, qui accuſ. non poſſ.* niſi (α.) in levior. delictis: 18. *C. d. t.* (β.) in delictis Majeſt. *p. C. d. t.* (γ.) niſi ſe aut ſuos ab injuria defendant: *Carpz. d. l. n.* 41. & ex eadem ratione prohibentur etiam Alumnus educatorem, 17. *C. d. t.* Diſcipulus præceptorem, *per l.* 17. *C. d. t.* Vaſallus dominum: 2. *F.* 33. §. 1. 2. *F.* 24. §. 2. (7.) Milites: 8. *h.* 31. *C. de locat.* Clerici. *Gail.* 1. *de P. P. c.* 8.

E Accuſantur omnes publicorum judiciorum rei, ſervi, liberi, 12. §. 3. *h.* maſculi & fœminæ, majores & minores, 37. §. 1. *vſ. in delict. de minor.* 4. *C. de auct. tut.* pupilli, 4. *C. de auct. tut.* modo tutor vel curator accedat. *d. l.* 4. *L.* 111. *de R. J.* Excipiuntur tamen (1.) Imperator, 9. *ad L. Rhod. de jact.* & omnes ſuperiorem non recognoſcentes. *v. Cpz. d. l. n.* 56. 64. *per L. un. C. ne quis in ſua cauſa. L.* 1. §. 11. *quand. appell.* (2.) Legati, & reipubl. cauſa abſentes, majores magiſtratus, & alii in *L.* 12. *h.* (3.) Infantes, 12. *ad L. Corn. de Sicar.* Furioſi & mente capti, *d. L.* 12. 9. §. 2. *ad L. Pomp. de parricid.* 14. *de offic. præſid.* licet delictum ante furorem ſit commiſſum, *arg.* 1. *de requir. vel abſent.* 5. *pr. de pœn.* 2. §. 3. *de jure cod. junct.* 6. *C. de accuſ.* niſi delictum ſit levius, & ad pecuniariam pœnam tantum agatur: *arg.* 5. *pr. de pœn. Carpz.* 3. *q.* 145. *n.* 22. (4.) Abſentes: 1. *pr. de requir. vel abſent.* 6. *C. de accuſ.* 5. *pr. de pœn.* horum tamen nomina in acta publ. referuntur, & bona annotantur, nihilq; exinde conceditur latitantibus: 6. *C. h.* 1. 2. *de req. reis.* interim edicto citantur, & ſi non compareant, (*vid. L.* 1. *an per alium cauſa appell.* ubi dicitur, quod per procuratorem comparere non poſſit, niſi lis jam ſit cum eo con-

contestata. 13.*C.ad L.Jul. de adult.* 3. *C. de accus.*33.§.2.*de procur.* aut alius tantùm velit allegare causas absentiæ: *p.*§. 1. *de publ. jud.*) intra annum à publicato Edicto, bona annotata irrevocabiliter fisco acquiruntur; *f.pr. de requir. reis.v. Jul.Clar. lib.* 5. §. *f. q.* 44. *& Ord.crim.art.*206.*Carpz.q.*140.*per tot.* nisi (α.) delictum sit levius, cujus pœna usque ad relegationem extenditur: 5.*pr. de pœn. Carpz. q.* 140. *n.* 3. ¶. aut (β.) initio fuerint præsentes, & inter reos recepti: 33.§. 2. *de procur.*3.*C.h.* (5.) Mortui, 1.2.3.*f.C.si reus vel accus.mort.L.*3.6. *de publ.jud.* 20.*de pœn.* nisi in Crim. læsæ majest. §.5.*l. de her. quæ ab intest. L.f.ad L. Jul. maj.* & criminibus, quibus pœna pecuniaria irrogatur, ut peculatus, *f. ad L. Jul.pecul.* repetundarum: *L.* 2. *ad L.Jul.repet.*2.*C. eodem f. C.si reus vel accus.* (6.) Qui jam ab alio est delatus ratione ejusdem criminis; 11. §.*f.* secus est, si plura sint, licet ex eodem facto descendant: 9. *C. de accus. propter.* 2. *de priv. delict. v.* 7. §. 5. *de injur.* 32. §. 1. *ad L. Aquil.* (7.) Si unum crimen pluribus LL. vindicatur, non nisi unâ reum fieri Senatus permittit. 14.*de accus. vid. Matth. h. c.*3.*n.*4.

Modus procedendi hic est: (1.) Offertur libellus, Jur. Civ. in scriptis, *Aut. Offeratur. C. de lit. cont.* Secundùm ordinationem Carolinam nihil refert, oretenus proponatur accusatio, sive in scriptis: *art.*89.§. Item wo der Fürsprecher. in eo formando præter nomen judicis, actoris & rei, requiritur (α.) facti narratio, delictum sc. & omnes circumstantiæ, ut delicti magnitudo, complices, locus, tempus, annus & mensis: (dies & hora regulariter nominanda non est, 3. *de accus.* nisi in ea quærat reus suam defensionem: *Carpz. q.* 106. *n.* 34.) (β.) causa concludendi, (γ.) ipsa conclusio, sive petitio: hic etiam generalis sufficit: *v. tit. de edendo.p.*41. (2.) Inscribat vel subscribat accusator, quo ipso ad pœnam talionis adstringitur, si succumbat. 7.*pr.ff.f.C.h.* propter *L.*7.*h.* hoc utrumque in desuetudinem abiit. *Cz.* 3.*q.*106.*num.*41. (*Diss.Wesenb.h.*) Hodie in horum locum recepta est satisdatio de litis expensis, & de injuria. (3.) Litem uterque contestantur. *Carpz.* 3.*q.* 106.*num.* 67. (4.) Probet actor, in pœnis capitalibus luce meridianâ clarius. *f. C. de probat.* aut reus suam intentionem, nisi præsumtio pro eo militet: *vid.* 1. *C. ad L. Corn. de sicar.* 5. *C. de injur. Cz.* 3.*q.*106.*n.*84. (5.) Sequitur sententia post conclusionem, ejusque executio: *de quibus Carpz.* 3. *q.* 106.*n.* 95.*&c.& q.* 115. in ipsa executione, si pœna corporalis est imponenda,

pro-

processus ordinarius iterum incipit esse inquisitorius. *Carpz.* 3. ¶. 106. *num.* 97.

DE CUSTODIA ET EXHIBIT. XLVIII. 3. REORUM.

EXhibendus est reus alibi degens: 7. *h.v. L.*3. *de re milit.* 7. §. 4. *L.f. de accus. L.* 28. §. 15. *de pœn. Nov.* 60. *c.* 1.*N.*134. *c.* 4. 5. quod hodiè non necessitatis est, sed voluntatis: *Carpz.* 3. *quæst.* 110. *n.* 49. 53. plerumque tamen exhibentur datis literis reversalibus. *v. Carpz.* 3. *q.* 110. *n.* 58.

D *EXHIBITUS* custoditur *(1.) Incarceratione: Est autem *CARCER* locus, in quo homines custodiuntur à magistratu, ne aufugiant: Est vel *Civilis, Der Burgerliche oder Schuld-Thurn/ quæ fit in causis civilibus, in quibus regulariter nemo in carcerem conjicitur, nisi certis de causis, e.g. si debitor de fuga suspectus sit: *v. lib.* 42. *tit.* 3. A

† B

D

*Criminalis, qui est locus, in quo custodiuntur delinquentes, ne aufugiant. b.

C Incarcerat magistratus, *f. C. de custod. reorum*, qui habet hanc potestatem, 2. *d. in jus voc.* sc. qui habent merum imperium; non etiam privati, qui si aliquem incarceraverint, incidunt in crimen læsæ majestatis, 1. *C. de privat. carcer.* & magistratus illud non puniens, incidit in talionis pœnam: *ibid.* (*Obs.*2. *C. eodem.*) Hodiè hoc delictum punitur arbitrariâ pœnâ, mulctâ, relegatione, aut carcere; *Clar. lib.* 5. §. *f. q.* 68. *in f. Cz. q.* 111. *n.*80.82. ab omni verò pœna excusantur parentes, præceptores, mariti, qui correlata sua sic corrigunt. 3. 4. *C. de patr. pot.* idem est de domino, *L.un.C. de emend. serv. Cz. q.* 111. *n.*82. & qui in flagranti crimine deprehensum carceri includit, modo hic ultimus non teneatur ultra 20. horas: 25. *pr.*

C.i *ad L. Jul. de adult. vid.* 3. *C. de patr. pot. L. un. C. de emend. serv.* Propter delictum, cujus pœna est ultimum supplicium, vel alia corporis afflictiva, aut relegatio, *L.* 3. *h. Theod. in Coll. Crim. D.* 4. *th.* 11. *lit.B. Cz. q.* 111. *n.*8.9. (non etiam leviora delicta, nisi reus sit persona levis, & de fuga suspectus, nilque in bonis habeat: *Carpz. q.* 111. *n.* 10. nec in arbitrariis aut dubiis, nisi verisimile sit ex circumstantiis pœnam esse secuturam corporis afflictivam: *Cz. q.* 111. *n.* 12.13.) re vera commissum, sc. si constat, *art.*6. 11. 218. *v.* 15. §. 41. *de injur.* 23. *C. de pœn.* 2. *C. h. de corpore delicti.* 2. *C. h. Cz. q.* 111. *n.* 6. interdum tamen sufficiunt

ciunt conjecturæ: *art.*18. sufficit fuga: *Cz. q.*111.*n.*35. in delictis facti transeuntis sufficiunt probabilia indicia, *d. l.* quæ judicis arbitrio relinquenda. *art.* 18. in persona levi leviora, in graviori graviora requiruntur: *Ord. prov. Würt. p.* 357. non etiam sufficit accusatoris petitio, etiam indemnitatis cautionem præstantis, *Cz. q.*111. *n.*27.29. aut socii criminis inculpatio, *Carpz. q.* 111. *n.* 32. nisi alia adsint indicia. *dd. LL.*

Reos delictorum: *ut modò dictum.* Excipiuntur tamen (1.) Fœminæ honestæ, 1. *& Aut. seq. C. de offic. divers. jud. Aut. Hodiè. C. h. N.*134.*c.*9. in delictis autem gravissimis monasterio includuntur, vel mulieribus custodiendæ traduntur: *vid. N.* 134. *c.* 9. contra ¶. (2.) Personæ illustres, Nobiles, Doctores, Clerici, &c. (3. §. 16. *de susp. tut. in f. loquitur de causis civilibus, extendique huc non debet. v.* 37. *in f. de minor.* 1. *in f. C. ubi senat. Theodor. coll. crim. D.* 4. *th.*10. *lit. B. Clar. lib.* 5. §. *f. q.* 28. *n.* 3. ¶.) nam hæ personæ custodiuntur in castro aliquo, vel palatio, vel in camera, vel alio editiori loco, aut si atrocitas delicti non obstet, commentariensibus in propria domo, & proprio hospitio committuntur. P

Carcer sit custodia, non pœna: 8. §. 9. *de pœn.* hinc (1.) carcer esto tolerabilis, 1. *C. h. Cpz. q.*111. *n.*45. hic tamen judex circumstantias æstimat: (2.) servetur reus ad sententiæ usque executionem, post eam, judici in illum nullæ partes sunt. 5. *ff. f.* §. 3. *C.* (3.) in Carcerem perpetuum nemo damnandus, 6. *C.* 35. *ff. de pœn.* quod tamen licet Jur. Can. *c. quamvis.* 3. *de pœn. in* 6. *c.* 15. *in f. de hæret. c. novimus.* 27. §. 1. *de V. S.* & Const. Carol. *art.* 101. *v. art.*176. ¶. Est tamen pœna respectu incarcerati patientis, 3. *ff.* 1. 2. *C. h.* (*Obst.* 38. *de inj.*) *Bach. V.* 2. *D.* 31. *th.* 4. *D.* & hodiè etiam, quoad intentionem magistratus. *Ord. Crim. art.* 157. *&* 216. Plures rei alicujus criminis incarcerandi segregandi sunt. *art.* 11. *in f.* F

Si judex aliquem injustè incarceraverit, vel innocentem diutius detinuit, incidit in Syndicatum: *Carpz. q.* 111. *n.* 70. (an injuriarum teneatur? *v.*13. §. 1. 6. *L.* 33. *de injur.*) reus autem præter culpam diutius detentus, ordinariâ pœna mitius punitur. 23. *C. de pœn. Carpz. q.* 149. *n.* 43. De effractoribus carcerum *vid. supr. lib.* 47. *tit.* 18. E

A carcere liberatur, qui fidejussoribus datis &c impetrat salv. conductum. *v. Carpz.* 112. *per tot. Matth. h. n.* 8. ə

a,, * (2.) Militum (ad minimum duorum, 14. §. 1. *h.*) custodia, 1. *h.* quod observatur in

per-

personis honestis, præprimis, si nondum fuerint convicti, aut
confessi. * (3.) Fidejussione accepta, de se judi- a,,
cio sistendo: *vid. tit. de fidejuss. p. 634.*
* (4.) Propriæ fidei commissione: 1. *h.* a.
hoc est promissioni, nudæ vel juratoriæ, pro ratione circum-
stantiarum, delicti levitate, incertitudine.

XLVIII. 4. AD L. JUL. MAJESTAT.

D HOc delictum est crimen publicum, quo summa in repu-
C blica potestas, modis à LL. notatis, læditur. Prohibitum
jure naturæ: *Rom.* 13. (*Diss. Riem. dec.* 12. *q.* 1.) *vid. Grot. lib.* 1.
c. 1. §. 10. *n.* 4. 7. *v. Rosin. de antiq. Rom. c.* 62. Hanc L. autem tu-
† lit C. Jul. Cæs. primùm Consul. Est vel crimen * perduellio- A
D nis quo quis aliquid directo adversus Principem, vel rempu-
D blicam hostili animô machinatur: *f. h.* 1. 2. 2. *h.* * læsæ maje- a.
statis in specie, quo quis aliquid adversus Principis vel reipu-
blicæ superioritatem, dignitatem & existimationem, non di-
recto, sed per indirectum machinatur, jura majestatis usur-
pando.

C Committitur dolosâ voluntate: 1. §. 1. *h.* subditorum, [eti-
am incolarum, servorum, provincialium, 29. *ad municip.*
(Vasalli committunt feloniam: *Clem. pastoralis, de sent. & re
jud.* de Clericis *vid. c.* 23. *x. de sentent. excomm. v. c.* 19. *caus.* 22.
q. 5.] non etiam advenarum aut extraneorum. *dd. LL. Carpz.
q.* 41. *n.* 16. *Gail. de P. P. lib.* 2. *c.* 13. *n.* 19. *Diss. Alberic. Gent. D.*
5. *ad L. Jul. majest. propter* 5. *C. h.* 3. *de offic. præsid.*] omnium, qui
rationis usu non destituuntur. *arg.* 1. §. 1. *h.* 14. *de offic. præsid.*
12. *de sicar.* 7. §. 3. *h. vid. Thuan. lib.* 48.

O Læditur majestas, * [1.] in ipso subjecto sive Principe, &c. B
L. 1. *h.* hodie in Imperatore: Rege Romano, modò absentis
Imperatoris vices gerat, *arg.* 5. *pr. C. h.* aut mortuo Imperato-
re electus sit: *Carpz. q.* 41. *n.* 47. 52. de Pontifice, *vid. Carpz. q.*
41. *n.* 39. non etiam in Electores, nisi qua sunt partes corporis
Imperatoris: *A. B. c.* 24. *junct. L.* 5. *pr. C. h.* nam proprio jure non
habent majestatis Jura: idem est de reliquis PP. qui sunt einver-
leibte Glieder der Kays. Maj. *R. I. de anno* 1542. *&* 49. ferè
tamen usu venit, ut in eos tanquam subjectum hoc crimen com-
mittatur. *Carpz. q.* 41. *n.* 59. *vid. Fibig. ad Exerc. Fr. f. q.* 2.
* [2.] in objecto, ipsâ sc. republica ever- b,,
tendâ, vel labefactandâ; 1. §. 1. *h.* nam si defecerint subditi,
&c. Imperator nullus est. * [3.]

b. * (3.) In membris & instrumentis suis, consiliariis sc. &c. *vid. supr. h. n.* 1. *L.* 5. *pr. C. h.* Læditur Majestas in crimine Q
C * perduellionis variis modis, quorum XXXII. sunt in *L.* 1. *&c. ff.* 5. *C. h. vid. omninò Matth. h. c.* 2.
c. * læsæ majestatis in specie, statuas Principis jam consecratas violando, 4. §. *f.* 5. *pr.* privatum carcerem exercendo. *L. un.* §. 1. *C. de privat. carcer.* monetam cudendo: 2. *C. de fals. monet. &c.* non etiam Principi maledicendo: *Carpz. q.* 41. *n.* 113. *v. L. un. C. si quis Imperat. maledixerit. Diss. Bocer.*

D In judicio hic singulare est, ratione * personarum: (1.) judex hic est solus Imperator, secundum DD. opinionem: *Gigas &c. contra L.* 7. §. 3. *ff.* 4. *C. h.* 1. *pr. &* §. 4. *de off. præfect. urb. constit. extravag. quomodo in causa læsæ majest. proced. ferè in f.* (2.) Accusant personæ etiam inhabiles, infames, mulieres, milites. 7. *princ. &* §. *f. L.* 8. *h.* (3.) Omnes subditi hic accusari possunt, licet ab aliis delictis publicis excipiantur: 4. *C.* etiam post mortem. 6.7.8. *C. h. vid. tamen f. in f. h.* (4.) Testes etiam inhabiles admittuntur, qui tamen plenè non probant: 7. §. 1. *C. h.* (5.) Advocatus hic nullus admittitur, 5. §. 2. *C. h.* modò
d. factum sit manifestum; * modi procedendi (1.) summariter proceditur: *Extravag. quomodo in crim. læs. majest. proced. ferè in medio:* Observantur tamen substantialia processus, *de quibus in Clement. Sæpè. de V. S.* ut citatio, *dd. LL.* accusatio aliqualis, quæ reo ad innocentiam docendam communicatur, & aliqualis responsio rei sive litis contestatio, quæ audiuntur; tandem sententia fertur, illicò exequenda, (2.) non appellatur. 6. §. 9. *de injust. rupt. irrit. test. Ord. Cam. p.* 2. *c.* 28. §. Item/ nachdem. *v.* 16. *de appell.*

E Pœna in * perduellione est, quod Reus morte puniatur, vel gladio, vel in partes sectione &c. 5. *pr. C. h. O. Cr. art.* 124. *Cz. q.* 41. *n.* 90. ejusque memoria condemnatur: 6. 7. 8. *C.* hinc processus post mortem rei inchoari potest; 6. 7. 8. *C.* nomen rei ex catalogo honestorum virorum tollitur, insignia honoris convelluntur, 24. *de pœn.* ædes destruuntur, *Carpz. q.* 41. *n.* 11. bona ejus confiscantur. *f. ff.* 5. 6. 7. *C. h. A. B. c.* 24. doti tamen non officit; 2. *C. ne uxor pro marit.* Filii ejus perpetuâ infamia notantur, incapaces fiunt omnium omninò successionum: 5. §. 1. *C. h. A. B. c.* 24. *propter* 5. §. 1. *C. h.* 8. §. *f. quod met. causa. Bach. V.* 2. *D.* 32. *th.* 1. *k.* Filiæ autem arcentur à paternâ hereditate, ex materna vero capiunt quartam: 5. §. 3. *C. h.* Hæc non attinent adoptivos, nec naturales; *Matth. h. c.* 3. *n.* 14. E

nec

nec nepotes: §. *f. I. de teſt. tut. junct. L. p. de pœn.* Hæc pœna adhuc hodiè obſervatur. ¶. *A. B. c.*24. *& O. Cr. art.* 218. *Fibig. ad Exerc. Fr. ult. q.* 2. (*Diſſ. Treutl. Schneidevv. Schulz. ad* §. 3. *I. de publ. jud. Arniſ. Ludvv.*)

* crimine læſæ majeſtatis in ſpecie eſt, pro ratione cir- c.
cumſtantiarum, capitis, deportationis, relegationis: 24. 40. *de pœn. Carpz. q.* 41. *n.* 97. bona damnati non confiſcantur, *Theod. in coll. crim. D.* 5. *th.* 6. *C.* memoria defuncti non damnatur, neque contra mortuum extenditur, *f. in f. h.* nec ad liberos pertinet.

AD L. JUL. DE ADULTERIIS XLVIII. 5. COERCENDIS.

C Hanc Legem tulit Auguſtus, 1. *h.* à patre ſuo adoptivo Julius dictus. Hic agitur de omnibus delictis carnis
D * (1.) *ADULTERIUM* * J. civ. eſt concubitus cum aliena A
uxore: *6.* §. 1. 34. §. 1. *h.* 101. *pr. de V. S.* 18. *C. h.*
* J. Can. & hodiè eſt crimen publi- a.
cum, quo per concubitum conjugale vinculum ſive thorus conjugalis, violatur * Duplex committit maritus cum B
alia uxore: Oberhureren: *Carpz. q.* 53. *num.* 6.
* Simplex, einfacher Ehebruch/ ſo- b.
lutus cum uxore, aut maritus cum ſoluta. *Carpz. q.* 53. *n.* 6.
C 36. *&c.* Voluntas doloſa. 12. *p. h. can.* 6. *c.* 32. *q.* 5. quæ deficit, ſi quis uxorem alterius eſſe ignoret, *Carpz. q.* 61. *n.* 43. quod probandum ex circumſtantiis, accedente juramento. *c. nulli.* 8. *de elect. in* 6. *can. in lectum. cap.* 34. *q.* 1. 2. ¶. *Car-*
S *pzov. q.* 61. *num.* 52. Adulterium committunt puberes, 36. rationis uſu non deſtituti, *p.* de Jure civ. fœmina nupta, 6. §. 1. *L.* 14. §. 1. *h.* (*Diſſ. Carpz. q.* 52. *n.* 49. *Matth. h. c.* 1. *n.* 11.) hodiè conjuges, *ut in D.* ſponſus & ſponſa, etiam de futuro, 13. §. 3. *ff.* 7. *C. h. Deut. XXII.* 23. *Hoſea IV.* 13. *vid. L.* 4. *de fund. dot.* 5. *C. de bon. quæ lib.* 3. *ad L. Pomp. de parricid.* 13. §. 3. *h.* hi tamen mitius puniuntur: *Carpz. q.* 56. *n.* 37. uxor meretriciô more vivens; 13. §. 2. *h.* hoc tamen in caſu maſculus mitius punitur: 22. 29. *C. h. Carpz. q.* 57. *n.* 17. 19. ¶. (alii aliter hanc rem explicant: *vid. Bach. ad W. h. n.* 6. *Ludvv. exerc. f. th.* 4. *p.* 383. *Schulz. ad tit. I. de publ. jud. lit. K.*) & uxor deſerta, hi tamen mitius puniuntur: *Carpz. q.* 58. item conjuges ſeparati quoad thorum & menſam. *Carpz. q.* 61. *n.* 53. Forma eſt ipſe concubitus, ſeminis ac ſanguinis com-

commixtio: attentata matrimonii violatio verum adulterium non est. 225. *de V. S. Carpz. q. 61. n. 2.*

D Hoc crimen vindicatur auctoritate * *PUBLICA*, * crimina-
E liter, si judex competens (hodie secularis, *Carpz. q. 63. n. 1. vid. tamen c. 1. x. de offic. jud. ord. & c. 5. x. de procurat.*) pro- E
F cedit per viam * Inquisitionis, existentibus indiciis legitimis: *Bocer. de adult. c. 3. n. 134. v. Carpz. q. 122. n. 70.*
f. * *ACCUSATIONIS.* * Accusant autem hic illi
G tantum, quibus specialiter hoc est permissum, 30. *C. h. propter d. l. 30. C. in f. Bach. V. 2. D. 32. th. 2. G. (Diss. Wesenbec. Bocer.)* ut marito, patri, fratri, patruo, avunculo: 30. *C.* maritus omnibus præfertur intra LX. dies utiles, jure antiquo à tempore divortii, 14. §. 2. *ff.* 11. *C. h.* hodie etiam constante matrimonio sic potest agere: *N.* 117. *c.* 8. *Aut. Sed novo jure. C. h.* hunc sequitur pater; 14. §. 2. deinde reliqui in *L.* 30. S
g. *C. h. v. Bach. V. 2. D. 32. th. 2. G. Wesenb. h.* * Ac- P
cusantur hujus criminis rei omnes, *Carpz. q. 62. n. 1.* Qui
H si litem contestentur * affirmative, & factum confiteantur, E
condemnantur; modò certò de delicto constet per utriusque partis confessionem, vel indubitata indicia: 1. §. 17. 27.
h. *de quæst. Carpz. q. 60. n. 10. 19. 34.* * negativè, & factum negent, tùm accusator id probet per indicia certa & indubita-
I ta, (ex * naturali ratione, e. g. si per annum absentis uxor gravida sit: 19. *C. de R. V. f. C. de probat. Bocer. de adult. c. 4.*
i. *n. 3. 4.* * LL. dispositione, præsumtiones juris & de jure: e. g. si adulterii accusati sanguinis necessitate se excusaverint, sese tamen posteà matrimonio junxerint: *L. 34. C. h.* aliud exemplum est in *N. 117. c. 15. & Aut. Si quis. C. h.*) Indicia verisimilia locum tantùm faciunt juramento purgationis, vel torturæ, 8. §. 1. *C. de quæst.* e. g. si soli in loco occulto inter amplexus deprehendantur: &c. *Bocer. de adult. c. 4. n. 13. Carpz. q. 60. n. 29.* Locum etiam quandoque faciunt extraordinariæ pœnæ. Tum
K sequitur pœna, Jure * divino mors, *Levit. 20. 10. Deut. 22. 22.*
k. *Carpz. q. 52. n. 17.* * civili * antiquo mors. 30. §. 1. *C. h. §. 4.*
L *I. de publ. jud. Carpz. q. 52. n. 26. v. tamen l. 5. de quæst. 13. de his, quibus ut indign. 2. §. 3. de his, qui not. infam. 4. §. 7. de re milit. 8. de divort. 14. 18. de testib. 20. §. 6. qui test. fac. vid. Vinn. ad §. 4. I. de publ. jud. Lips. ad Tacit. IV. annal. Bach. V. 2. D. 32. th. 5. D.*
l. * Justinianeo, fœmina virgis cæsa in monasterium detrudebatur, quam si intra biennium non receperit maritus, perpetuò ibi tenebant, illique quarta pars bonorum propriorum conce-

cedebatur. *N.* 134. *c.* 10. *Aut. Sed Hodie. C. h. vid. Bach. V.* 2. *D.* 32. *th.* 5. *D.* * Carolino k.
observatur Jus civile: *art.* 120. hodie pro locorum varietate pœna variat. *vid. O. P. W. p.* 267. *Carpz. q.* 53. *&c. Besold. p.* 4. *consil.* 76. *n.* 2. *Bœckel. disquisit.* 5. * civiliter, e.
* ad dissolutionem matrimonii: *de quo ad tit. de divort. p.* 453. hic judex competens est Ecclesiasticus, *c.* 5. *x. de procurat. c.* 5. *x. de divort. Carpz. q.* 63. *n.* 1. hodie Consistorium: M
* ad amissionem dotis & donationis propter nuptias: 8. §. 5. m.
L. 11. §. 1. *C. de repud. N.* 117. *c.* 8. §. 2. *si de adulterio.* hic effectu sequitur non solum ob ipsum adulterium; sed & ob alios remotiores actus, e. gr. oscula libidinis: *N.* 117. *c.* 8. *Matth. h. c.* 3. *n.* 12. idque sive civiliter agatur de adulterio, sive criminaliter, eo casu, quô mulier in monasterium detruditur: *dd. LL.* (*Obst. N.* 134. *c.* 10.) *vid. Carpz. q.* 64. *num.* 3. *Berl.* 3. *concl.* 29. non etiam amittit uxor bona paraphernalia: *Carpz. q.* 64. *n.* 28. (*Obst.* 8. §. 5. *C. de repud. Nov.* 117. *c.* 8.)
* actionem injuriarum à marito vel æstimatoriâ, vel extraordinariâ persecutione, 1. §. 3. *de injur.* m.

D *PRIVATA, d.
quæ est facultas, patri & marito concessa à LL. in adulterio deprehensum certis in casibus impunè occidendi: 24. *pr.* 25. *h.*
S *N.* 117. *c.* 15. *pr.* Marito quidem, (24. *pr.* sive paterfamilias sit, sive filiusfamilias: quod in sponso etiam videtur admittendum, 13. §. 3. *ff. L.* 7. *C.* 24. §. *f. ff. h.* potest etiam comites secum ducere: 25. §. *f. h.*) si de adulterio antehac suspectum, post trinas in scriptis, coram tribus testibus factas, denunciationes, cum uxore sua deprehendat: *N.* 117. *c.* 15. *art.* 142. hoc Jure Can. non est mutatum: *vid. L.* 20. *h.* 38. §. 8. *h.* & Patri, 20. 22. §. 3. *L.* 23. *h.* naturali & adoptivo, qui filiam habet in potestate tempore occisionis; 23. §. 1. non etiam avo: §. *f. I. qui test. tut. arg.* 14. *de LL.* 201. *de V. S.* 20. 21. *h.* [*Diss. Bocer. tr. de adult. c.* 5. *n.* 2. *in f. Gothofr. in not. ad L.* 21. *h.*] & pater potest hoc filio
O suo mandare. 4. *C.* Hic requiritur * in genere, ut delinquentes in ipso actu deprehendantur: 23. *pr.* 29. *in f. pr.* 24. *pr.* 25. *h.* non sufficit, si nudus cum nuda; * in specie, ratione * patris, ut adulterantes deprehenderit in sua vel generi domo, 22. §. 2. *L.* 23. §. 2. *h.* (ratione habitationis, 23. §. 3. *h. L.* 5. §. 2. *de injur.*) cujuscunque conditionis sit adulter, 22. §. *f.* 24. *pr. h.* & debet cum adultero etiam filiam unô quasi ictu interficere, alias extraordinariè punitur; 23. §. *f.* 32. *pr.* nisi prægnans sit, aut vul- N n. O

nera-

nerata ſupervixerit, *32. pr.* aut effugerit, aut vi compreſſa fuerit: * mariti, ut eos in ſua domo deprehendat, *24. pr.* & adulter ſit vilis conditionis, *24. pr.* uxorem autem impunè non occidit, ſed ſtatim dimittat: 24. §. 1. 22. §. *f.* 38. §. 8. *h.* eam tamen occidens ab ordinariâ pœna liberatur. *dd. LL. Obſt. 3. §. 3. de SCt. Silan.*

Forma eſt *ut in D.* hæc interfectio in continenti eſt facienda, 23. §. 4. *L.* 25. etiam fugientes inſequendo, 23. §. *f.* Hæc absque ſcrupulo conſcientiæ non fiunt; nam homo in mortali peccato perimitur. *Obſt. Numer.* 25. 7. Hoc jus hodie non ubique eſt abrogatum. *Cothmann. Reſp.* 1. *num.* 445. (*Diſſ. Oldekep. in lect. de jur. civ. interpret. & uſur. lib.* 1. *tit. de adult. Gudelin. de J. N. lib.* 5. *c.* 18. *Bach. V.* 2. *D.* 32. *th.* 6. *C.*

* (2.) *STUPRUM* accipitur latiſſimè pro adulterio & ſodomia: 6. §. 1. *h.* 101. *de V. S.* latè pro maſculorum conjunctione: 34. §. 1. ſtrictè hic; & eſt publicum delictum, per illicitum concubitum, [hodie addendum ſoluti] cum virgine vel vidua honeſtè vivente commiſſum. §. 4. *I. de publ. jud. junct.* 6. §. 1. *h. L.* 101. *de V. S.* 34. §. 1. *h.* * Violentum eſt, qua comprimitur vi adhibitâ fœmina ſoluta honeſta: 29. *in f. C. art.* 119. [non etiam meretrix: *dd. LL. Carpz. q.* 75. *n.* 52.] Hoc delictum attendatum extraordinariè punitur auris abſciſſione, fuſtigatione, relegatione: *art.* 119. Conſummatum morte, 1. §. 2. *de extraord. crim. Carpz. q.* 75. *n.* 13. *Harppr. ad* §. 4. *I. de publ. jud. n.* 119. *art.* 119. licet fœmina metu compulſa tandem conſenſerit: *Carpz. q.* 75. *n.* 11. Vi autem ſtuprata, macula, aut pœna notatur nulla: 13. §. 7. *ff.* 20. *C.* non tamen coronam virginitatis gerit, nam hoc ſignum eſt virginitatis corporalis. *Carpz. q.* 75. *n.* 80. [*Obſt. can. de pudicitia.* 6. *c.* 32. *q.* 5. *Beſold. ad O. P. W. p.* 347. *n.* 20.] * Voluntarium eſt, quod cum volente & parum reluctante committitur. Punitur * Jure civ. in honeſtioribus publicatione dimidiæ partis bonorum, in vilioribus fuſtigatione cum relegatione. §. 4. *I. de publ. jud.* * Jure divino, ita, ut ſtuprator ſtupratam & ducat & dotet; *Exod.* 22. *verſ.* 16. *Deut.* 22. *verſ.* 28. *cap.* 1. & 2. *x. de adult.* * Hodie plurimis in locis * ſtuprator [1.] incarceratur, pro arbitrio judicis; [2.] ſtupratam ducat, aut dotet: [3.] alimenta præſtet infanti; *Carpz. q.* 69. *O. P. W. p.* 263. licet ſtupraverit viduam; *Carpz. q.* 68. *n.* 23. dotis autem quantitas æſtimatur à judice, qui conſiderat conditionem ſtupratæ, & interdum ſtupratorem in

majorem summam condemnat, quam qua pater eam fuisset dotaturus: *Carpz. q. 68. n. 13. Harppr. ad* §. 4. *I. de publ. jud. num.* 93. *Carpz. q. 68. n. 16. Besold. ad O. P. W. p.* 340. hæc dos statim est solvenda. *arg. L. un. C. de rapt. virg.* §. 1. *vers. sive maritum nolentes accipere. Harppr. d. l. n.* 93. *Carpz. q.* 68. *n.* 32. * stuprata punitur carcere; *O. P. W. p.* 263. *Carpz. q. 69. n. 57. Hahn. h.* non verò est extra pœnam, licet persuasionibus ad consensum sit inducta. *Diss. Berl.* 5. *conclus.* 38. *n.* 122.

* (3.) *SODOMIA, v.* 31. *C.* punitur Jure * divinô, ultimô suppliciô, *Levit.* 18. 20. *Exod.* 22. 19. * Justinianeo, gladiô: 31. *C.* * hodiernô, igne, *art.* 116. si jure Saxon. cum brutis sit commissum. *Carpz. q.* 76. *n.* 15. *O. P. W. p.* 271.

* (4.) *FORNICATIO*, sive Scortatio (non hâc L. sed arbitrariè punitur,) est coitus cum meretrice sive fœmina vulgari, & vili commissus, licet illa pecuniam non accipiat, modò palàm se prostituat: 43. *pr.* §. 3. *de R. N. Carpz. q.* 70. *n.* 4. Fuit olim, & est hodie quibusdam in locis extra pœnam, alibi tamen prima vice carcere punitur, secundâ verò relegatione. *Carpz. q.* 70. *O. P. W. p.* 262. *sq.*

* (5.) *BIGAMIA* simultanea, si quis conjugatam personam adhuc habens, novum matrimonium contraxerit & consummaverit: Jure civili punitur ut adulterium, *Carpz. q. 66. n.* 15. Hodie capite, *art.* 121. *Carpz. q. 66. n.* 31. modò dolosa sit, *art.* 121. & consummata, corporum sc. conjunctione. *art.* 121. *ibi*: Vollbringet. *Carpz. q. 66. n.* 80.

* (6.) *INCESTUS* est concubitus illicitus inter consanguineos & affines in gradu prohibito admissus. Aliter punitur inter affines, aliter inter ascendentes, aliter inter collaterales. *v. Carpz. q.* 72. 73. 74. *vid. O. P. W. p.* 264.

* (7.) *LENOCINIUM* est, si quis, quæstus gratiâ, fœminas aliis prostituit: *Carpz. q.* 71. *n.* 1. Leno punitur ultimô suppliciô, si filias aut uxores prostituerit. *N.* 14. *art.* 122. idem est in tutoribus & curatoribus, *O. P. W. p.* 268. §. Und so Vatter. *p.* 270. §. Und so fern jemands wäre. in reliquis pœna est arbitraria. *art.* 123.

* (8.) *RAPTUS*, de quo agetur *inseq. tit. VI.*

AD

AD LEG. JUL. DE VI PUBL. XLVIII. 6.

VIs, quatenus consideratur tanquam privatum delictum, unde datur restitutio quod metus causa, actio vi bon. rapt. interdictum de vi & vi armata, & est majoris rei impetus, qui repelli non potest, 2. *quod met. causa.* non est hujus loci. Hic consideratur ut delictum publicum, & est crimen publicum, quo per vim tranquillitas & securitas publica læditur. H D

A * *PUBLICA* est delictum publicum, quo per atrociorem violentiam securitas publica maximè læditur: quod æstimatur (1.) à causa efficiente, quando sc. vis infertur à publica persona, potestate sua abutente: 7. *h.* (2.) à causa instrumentali quando vis infertur armis, §. 8. *I. de publ. jud. v. L. un. C. ut armorum usus.* propriè ita dictis (sc. quæ ad offensionem & defensionem facta sunt, ut gladius, &c.) impropriis, ut lapides, ligna, fustes, &c. 3. §. 2. 3. 4. *de vi & vi arm.* 233. §. 2. *de V. S.* 9. 11. §. 1. *h. v. Tabor. in sing. tract. de usu armorum. N.* 85. *c.* 1. 2. (3.) ratione objecti, si vis infertur personæ publicæ, vel circa negotium publicum: 10. *pr. f. h.* (4.) hodie etiam ex loco æstimatur publica, si sc. committatur in loco publico privilegiario. e. g. castro, curia, palatio: hinc plerumque suspenduntur tabb. cum inscriptione Burg-Fried. *v. Hering. de Jure Burg. n.* 722. *Killing. tr. de Ganerb. castrorum, decad.* 3. *n.* 45. *Wehner. Besold. voce* Burg-Fried. D

B Punitur * J. civ. deportatione, §. 8. *I. de publ. jud.* interdum capite: 11. *pr.* Wenn dabey der Hauß-Fried gebrochen. *vid.* 18. *de in jus voc.* 11. *pr. h. t.* E

b. * hodie arbitrariè pro circumstantiis & conditione personarum, carcere, relegatione, fustigatione, manus amputatione, mulcta: *Carpz. q.* 40. *n.* 7. certam tamen pœnam habet (1.) quæ incidit in crimen *FRACTÆ* pacis publicæ: ut: quando dolosè, atroci malitiâ, freventlich/ vorsetzlicher/ gefährlicher Weise/ *Carpz. q.* 35. *n.* 14. 31. committitur vis atrox, cui resisti non potest, e. g. coadunatis hominibus, mit gewaltiger That/ armata, mit gewehrter Hand: *Const. Imp. de anno* 1548. Reus hujus criminis absens ipsô factô incidit in bannum imperii, ita tamen, ut præcedat sententia declaratoria, *Gail. de P. P. lib.* 2. *c.* 3. *n.* 8. *Ord. Cam. p.* 2. *t.* 9. quod deinde retrotrahitur ad tem- D

pus delicti: Præsens capite plectitur. *Carpz. q.* 35. 36. (2.) *RAPTUS* est delictum publicum, 3. §. 4. 5. §. 2. quod committitur honestam personam [licet consentientem, ast contra voluntatem consanguineorum, curatorum, &c. *L. un. C. de rapt. virg. vid.* 1. §. 3. *de serv. corrupt.* Si tamen absque persuasione, &c. suâ sponte consentit, ordinaria pœna locum non habet, *Besold. p. 2. cons.* 40. *n.* 1. 2. *Harppr. ad* §. 8. *I. de publ. jud. n.* 33. Qui nuptam rapuit, etiam adulterii tenetur: *d. l. un. pr.* Qui meretricem rapuit, extraordinariè punitur, *d. L. un. Zieriz. ad art.* 118.] libidinis gratiâ, (alias extraordinariè punitur, *Harppr. d. l. Carpz. d. l. n.* 28.) abducendo, 5. §. 2. *h. L. un. pr. C. de rapt. virg. art.* 118. *Besold. p. 2. cons.* 40. *Carpz. q.* 40. *n.* 26. *Harppr. ad* §. 8. *I. de publ. jud. n.* 34. sc. de loco in locum; non sufficit in eadem domo, aut aliô locô, fœminam, libidinis gratiâ, in commodiorem locum abducere: *Besold. ad O. P. W. p.* 366. *Carpz. q.* 40. *n.* 26. licet raptor raptam non cognoverit, pœnitentiâ ductus, §. 8. *I. de publ. jud. L. un. C. de rapt. virg.* 5. *C. de Episc. & Cler. art.* 118. *Carpz. q.* 40. *n.* 27. *Besold. ad O. P. W. p.* 367. *Perez. in C. ad tit. de rapt. virg. n.* 9. *Diss. Bach. V.* 2. *D.* 32. *th.* 3. *lit. D.*

E Pœna ordinaria est ultimum supplicium gladii: *L. un. pr. C. de rapt. virg.* Servi autem hujus criminis conscii, rei, &c. absque differentia sexus, igne suffocantur, & concremantur: *L. un.* §. 3. *C. de rapt. virg.* Et parentes, cognati, tutores, curatores, maritus, raptorem, in flagrante raptus crimine, liberè occidunt: *d. L. un. pr.* Raptor exceptionem fori non habet, neque appellat, *d. pr. inf.* raptam uxorem ducere non potest, *d. L. un.* §. 1. *vers. nec sit.* hoc Jur. Can. non observatur: *v. tit. de R. N. p.* 444. *inf.* & ejus bona omnia personæ ingenuæ pleno dominio adjudicantur. *d. L. un.* §. 1.

AD L. JUL. DE VI PRIVATA.

XLVIII. 7.

D * VIs *PRIVATA* est, quæ committitur leviori violentia, ita, ut quies publ. non tàm graviter lædatur: Exempla sunt in *L.* 1. 2. 3. *ff. & C. h.* ubi etiam quædam sunt, quæ ad vim publicam pertinent, scil. quo laxior sit accusandi facultas. Pœna J. civ. est publicatio tertiæ partis bonorum: §. 8. *I. de publ. jud.* hodie est arbitraria: *Carpz. q.* 40. *num.* 7. *&c.* Concurrunt hic pro ratione circumstantiarum actio vi bon. rapt. &c. (*vid. præced. tit. in pr.*) quod met. causa, interdictum unde vi. a.

E / SS (margin letters)

AD

AD L. CORNELIAM DE SICARIIS. XLVIII. 8.

A HOMICIDIUM est actus mortiferus in corpus hominis. (1)
B * DOLOSUM est, quod à sciente & volente dolô malô D
C commissum: estque (1.) IMMEDIATUM * SIMPLEX, D
quod nomen generis retinet. Causa efficiens est malitiosa occi- C
dentis voluntas, 4.*h.v.*1.§.3.*L.*7.16.*ff.*1.5.*C.h.* etiam indirecta, e. g. si quis instrumento ad homicidium apto læderet aliquem animo non occidendi, sed vulnerandi, 6. *C. ad L. Jul. de vi publ.* 38.§.5. *de pœn.L.*15.*h.Carpz.q.*1.*n.*28. modò mors ex vulnere, non verò per accidens sequuta fuerit: *Carpz.q.*1.*n.*55.*Harppr.ad* §.5.*I.de publ.jud.n.*63.*sq.* Ex hujusmodi instrumento enim præsumitur animus occidendi: *Num.*35.*v.*18.*L.*1.*C.h.Fr.*2.*resol.*18. *n.* 35. quæ autem talia sint, de eo cognoscit judex. *Carpz. q.* 3. Occidunt omnes, qui rationis usu non destituuntur: 12 *h.* Puberes tamen & Pubertati proximi, doli capaces, 111.*de R.J.* mitiùs puniuntur, *arg.art.*164.*Carpz.q.*143.*n.*46.ut & extremè ebrius.
Occiditur quicunque homo, cujuscunque conditionis aut ætatis. O
*Gen.IX.*6.*L.*1.§.2.*Carpz.q.*5. Forma est ille dolosus actus, quem fr.
mors sequitur per se, non vero per accidens: 30.§.*f.ad L.Aquil.* 5.1.*pr. eodem.* hinc fit judicialis vulneris inspectio, *art.*149. & aliquando, licet mors sit secuta, reus tantùm de vulnere tenetur.
*Carpz.q.*26. Punitur Jure ff. in vilioribus ultimo supplicio; in E
honestioribus deportatione: *L.*3.§.*p.L.*1.6.*h.* de jure Codicis, naturali, & hodierno, indifferenter morte; 3.*C.de Episc.audient.* *Carpz. q.*2.*n.*8.*Lev.XXIV.*17.*Gen.IX.*6.*art.*137. hanc pœnam tamen aggravant circumstantiæ, 16. §. 1. *sq. de pœn. art.*137. quas judex æstimat, ratione causæ, *Carpz. q.* 7. *n.* 33. *&c.* *q.* 24. *n.* 16. personæ occisæ, *art.* 137. *in f. Carpz. q.* 24. *n.* 30. 33. loci, 18. *de in jus voc. Carpz. q.* 24. *n.* 39. qualitatis occisionis, *Carpz. q.* 24. *n.* 59. reiterationis: *Carpz. q.* 24. *n.* 65. *art.* 137. modò hodiè sit consummatum; *Carpz. q.* 2. *n.* 51. olim etiam attentatum morte puniebatur. 1.*pr.h.* Si
D plures unum interfecerint, * & omnes factâ conspiratione consenserint, tum omnes tenentur ordinariâ pœna, sive unus, sive plures percusserint, sive de auctore constet,
d. sive non: *art.* 148. *L.* 15. *h.* * in rixa subitò
E contingente, & * de uno, qui vulnus lethale inflixerit,
F * constat liquidò, ille solus ordinaria pœna tenetur: *art.* 148. *L.* 11. §. 2. *ad L. Aquil.*

* non constet, si quidem suspiciones sufficientes * adfuerint F.
contra aliquem, ille torquetur: * non adfue- G
rint contra aliquem, tùm omnes in rixa armis præsentes extra- g.
ordinariè puniuntur: *art.* 148. *ibi*: **Auch so einer in einem Auff-ruhr.** *Carpz. q.* 25. *num.* 34.

* omnes eum vulneraverint * lethaliter, de e.
quibus etiam constat, sed quisnam primùm vulneraverit, du- H
bitatur, tùm omnes gladio puniuntur: *art.* 148. *vers.* **Wäre aber der Entleibte.** *Carpz. q.* 25. *n.* 24. *arg.* 11. §. 2. *ad L. Aquil.* * ita, h.
ut singulorum vulnera non fuerint lethalia, sed simul sumta, tùm omnes extra ordinem à judice puniuntur, *art.* 148. *vers.* **Und man möchte wissen.** *Carpz. q.* 25. *n.* 41. neque hìc auctor rixæ est ultimo supplicio afficiendus. *Carpz. q.* 25. *n.* 50.

* *QUALI-* c.
D *FICATUM*, quod propter concurrentes circumstantias aliud I
nomen recipit, ut est * (1.) Parricidium, *de quo vid. seqq. tit.* i,,

* (2.) Veneficium, quod hic est homici-
D dium malô venenô, (*v.* 3. §. 2. *h. L.* 236. *de V. S. ibi Alberic.*
M *Gentil.*) commissum: Hoc crimen est atrocissimum: 1. *C. de malef. & mathemat. Arist.* 2. *Ethic.* 8. §. 1. *de pœn. Valer. Max. lib.* 6. *c.* 5. *Flor. lib.* 2. *c.* 22. *Grot. de J. B. & P. l.* 3. *c.* 4. *n.* 15.
E 16. *Alber. Gentil. de bello, lib.* 2. *c.* 6. Pœna J. civ. est gladius; 1. *pr.* §. 1. *L.* 3. *pr. h.* §. 5. *l. de publ. jud.* licet quis tantùm vendiderit venenum nocendi causâ, 1. §. 1. *L.* 3. *pr. vid. art.* 37. *Carpz. q.* 20. *n.* 3. 7. 8. etiam delicto non secutô: *Gentil. ad L.* 1. *C. de malef. vid.* 35. §. 2. *de contrah. emt.* 4. §. 1. *famil. ercisc.* Hodie delictum consummatum punitur in masculis rotâ, in fœminis aquæ suffocatione: *art.* 130. modò constet venenum noxium esse propinatum, animo occidendi, 3. §. 2. *Obst.* 38. §. 5. *de pœn.* indeque mortem immediatè secutam: *art.* 178. de quo cognoscit judex & medicus: *Gentil. ad tit. C. de malef. & mathem.* aliàs tantùm extra ordinem punitur. *art.* 178.

D * (3.) Assassinium sive assassinatus est ho- i,,
micidium qualificatum, quod mercede conductus committit. Pœna est rota: *Carpz.* 1. *q.* 19. *n.* 19. mandans verò sive assas-
E sinator ex majori proæresi occidit. *Carpz.* 1. *q.* 19. *n.* 15.

* (4.) Latrocinium est homicidium spo- i,,
D lii & lucri gratiâ commissum, *Carpz. q.* 22. *n.* 1. e. g. si quis interficia maritum, ut ejus uxorem ducat, *Carpz. q.* 22. *num.* 52.
E licet spoliatio facto impedita fuerit. Pœna ordinaria est

rota,

rota, propter circumſtantias uſtio candentibus forcipibus; non
tamen ultra ſex vices uritur: _Carpz. q. 23. n. 52._ Si verò per-
venerit tantum ad actum * remotum, punitur arbitrariè, _art._
178. _verſ._ Aber in einem Fall/ ꝛc.
* proximum, e.g. ſi lethaliter vulne-
ratus ſpolietur, tùm extendi poteſt ad pœnam gladii, _d.L. junct._
b. _art._ 126. * (2.) mediatum, quod mediante alia per-
K ſona fit, idque, ſi certum pretium * acceſſerit, dicitur aſſaſſina- D
k. tus, _de quo ſuprà._ * non acceſſerit, dicitur D
VERBALE, quod eſt homicidium doloſo cædis mandato com-
miſſum: idem eſt, ſi quis mandet gladio aliquem vulnerari, ex-
preſsè autem prohibeat occidi: _Clarus, lib. 5. recept. ſent. §. f. q. 89. n. 5. Menoch. de arbitr. jud. quæſt. lib. 2. cent. 4. caſ. 352. Carpz. q. 4. (Diſſ. Harppr. ad §. 5. I. de P. l. n. 80. Fr. Ex. f. q. 8. propter 10. C. de procur.)_ modò mandatarius alias non occidiſſet,
aut ejus occidendi animum mandans ignoraverit: aliàs extra-
ordinariè punitur: _art. 148. Carpz. q. 4. n. 29._ Nudum conſilium
pœnæ extraordinariæ tantùm locum facit, _Carpz. q. 4. n. 3. L. 10. §. 7. mandat. 1. §. 14. depoſ. 20. de his, qui not infam._ licet illud
mors fuerit ſecuta. _Theodor. coll. crim. D. 7. th. 6. E. (Diſſ. Harppr. ad §. 5. de publ. jud. n. 97. L. 15. h.)_ Pœna eſt, ſi mors fuerit E
ſecuta, ultimum ſupplicium mandatarii, 12. §. 11. _mandat._ 5.
C. _de accuſ._ & mandantis: 15. §. 1. _h._ 5. C. _de accuſ._ 11. §. 3.
de injur. 7. §. _f. de Juriſd._ 1. §. 1. _de eo, per quem fact._ 1. §. 12.
de vi & vi arm. ſi non fuerit ſecuta, arbitraria.

a. * _NON DOLOSUM_, hoc propriè huc non pertinet:
L 7. _h._ & eſt vel * culpoſum, quod præter voluntatem culpa D
committitur (1.) rei illicitæ operam dando, ex qua mors per
accidens ſequitur: e. g. lapidem projiciendo in locum publi-
cum: &c. (2.) in re licita debitam diligentiam non adhiben-
do: 31. 45. §. _p. ad L. Aquil. art._ 146. Punitur arbitrariè, pro E
quantitate culpæ, fuſtigatione, relegatione: 1. C. _h. art._ 146.
l. _Carpz. q. 27. n. 10. 23._ * non culpoſum * Caſuale, quod caſum im- D
M proviſum ſine dolo & culpa ſequitur: _art._ 146. _L. 6. C. de pign. act._ Hoc non punitur. _6. C. de pign. act. Carpz. q. 27. n. 51._
m. * Neceſſarium, quod in ſui D
defenſionem committitur: hoc non punitur, modò adſint mo-
deramina inculpatæ tutelæ, _3. de J. & J. L. 4. 5. pr. 45. §. 4. ad L. Aquil. 1. C. unde vi. 1. C. quando lic. unicuique ſine jud. 12. §. 1. quod met. cauſa. L. 1. §. vim. vi repellere. 27. de vi & vi armat._

Exod. 21. ℣. 13. *Obrecht. de necessaria defens. Kremberg. eod. tr. Carpz. q.* 28. *n.* 5. cujus requisita sunt, ut injusta offensio proportionata propulsione in continenti repellatur: *dd. LL.* Si occidens auctor fuerit rixæ, tum ordinaria pœna locum habet. *Carpz. q.* 29. *n.* 42.

(2) *VENEFICIUM* est publicum delictum, quod committitur
D magicas artes exercendo, & pacto cum diabolo inito. Ejusmodi delictum dari negat *Wier. in tr. de præstig. Dæmon. v. Bocer. cl.* 4. *D.* 10. *th.* 3. *Damhoud. prax. crim. c.* 106. *n.* 86. *Carpz. q.* 48. *n.* 3. *Bodin. Gœhaus. Delrio, in singul. tr. hic.*
E Punitur Jur. civ. gladio: 5. *C. de malef.* §. 5. *I. de publ. jud.* igne: *L.* 3. *C. de malef.* Hodie si pactum cum diabolo inierint * expressum, & damnum dederint, concremantur: *art.* 109. si non dederint, arbitrariè puniuntur, etiam ultimô supplicio: *Lev.* 20. *vers.* 6. *Exod.* 22. *v.* 18. *Deut.* 18. *v.* 10. *L.* 3. 5. *C. de malef. Zieriz. ad art.* 109. *Theodor. D.* 7. *th.* 6. *in f. Carpz. quæst.* 49. *Besold. ad I. P. W. p.* 300. *n.* 8. *& p.* 2. *consil.* 51. *p.* 6. *consil.* 302. *n.* 5. (*Diss. Thumm. in sing. tr. de sagarum impietate. Harppr. ad* §. 5. *I. de publ. jud. n.* 306. * tacitum, (si sc. sine expressa conventione magicis artibus tantùm utuntur,) extraordinariè puniuntur fustigatione, relegatione, &c. *Carpz. q.* 50. carcere etiam, si quis tantùm ex imprudentia illis usus sit: *O. P. W. p.* 194. Etiam scientia harum artium est prohibita: 4. *Cod. de malef.* 6. §. 1. *C. de hæret.* 4. §. 1. *famil. ercisc. Gentil. ad L.* 1. *C. de malef.* N n.

(3) *INCENDIUM* * dolosum: 10. *h.* §. 5. *I. de publ. jud.* est de- O
D lictum publicum, quo dolo malo factum est incendium: Pœna
E * Jure civili erat incendii in urbe, concrematio vincti & verbera- P
ti, 9. *de incend. ruin. naufr.* gladius: 1. 10. *h.* 28. §. 12. *de pœn.* extra urbem deportatio: *f.* §. 1. *de incend. Paul. lib.* 5. *sent. c.* 20. * Hodie incendiarii indifferenter concremantur, *art.* 125. *Carpz. q.* 38. *n.* 23. *Zieriz. ad art.* 125. *Besold. p.* 2. *C.* 74. *n.* 2. *Coler. p.* 1. *dec.* 186. *Gail.* 2. *O.* 22. *n.* 6. sive sit masculus, sive fœmina, *Carpz. q.* 38. *num.* 19. nobilis, aut plebejus, *Carpz. q.* 38. *n.* 23. in, vel extra civitatem. *Carpz. q.* 38. *n.* 30. magnum, aut parvum sit incendium: *Bocer. de incend. n.* 71. *Carpz. q.* 38. *n.* 41. propter *art.* 125. Si tamen materia non fuerit inflammata, & iterum ablata, tùm extraordinariè punitur, *Carpz. q.* 38. *n.* 41. gladio, *Besold. p.* 2. *consil.* 74. * culposum, datum culpa * lata, obligat auctorem ad omne damnum, actione incensarum ædium, p. o. Q

quæ

quæ est ipsa actio L. Aquiliæ, *de qua suprà*, & extraordinariam pœnam, & quidem criminalem, ut fustigationem, relegationem, carceris, pecuniariam: 3. §. 1. *de offic. Præfect. vigil. Bocer.*
q„ *d. l. n.* 87. 89. *Carpz. q.* 38. *n.* 41. * culpâ levi, damnum hic
\- est resarciendum, *Bocer. d. l. n.* 97. non etiam locum habet extraordinaria pœna: 9. 11. *de incend. naufr. ruin.* 28. §. 12. *de*
q. *pœn.* * levissimâ obligat auctorem ad indemnitatem, si ex natura negotii præstatur hæc culpa, aliàs non. *Diss. Bocer. d. l. n.* 8. *propter* 44. *ad L. Aquil.*

DE L. POMPEJA DE PARRICIDIS. XLVIII. 9.

PArricidium est delictum publicum, quod committitur conjunctas personas dolosè occidendo. Proprium est cædes parentum: Improprium reliquarum personarum conjunctarum. Fit voluntate dolosa (hinc cessat in patre hoste, 35. *de religios.* occidente furioso, 40. *de R. I.* 9. §. *f. h.* matre filium in somno supprimente: hæc tamen extra ordinem punitur: *c.* 3. *x. de his, qui fil. occid. Carpz. p.* 4. *c.* 3. *d.* 14. & *q.* 15. *n.* 33. culposo: *Carpz. q.* 15. *n.* 22. & *p.* 4. *c.* 3. *d.* 13.) occidendi [hinc cessat in corrigente, *Carpz.* 4. *c.* 3. *d.* 12. & *q.* 15. *num.* 9.] personam conjunctam, *arg.* 1. *h.* (hinc cessat in ignorante patrem, &c.) D † C

A Personæ conjunctæ (1.) sanguine, ut ascendentes, 1. *h. L. un. C. de his, qui parent. vel lib.* etiam illegitimi, 6. *de in jus voc.* descendentes, 1. *in f. ff. L. un. C.* collaterales usque ad quartum gradum comput. J. Civ. 1. *h. v.* 3. S
a„ * (2.) affinitate, ascendentes & descendentes, 1. 3. collaterales, *Carpz.* 4. *c.* 3. *d.* 11. etiam sponsus,
a„ 4. *h.* ratione affinium: * (3.) conjugio vel sponsalibus:
a. * (4.) inæstimabili beneficio, ut patronus & libertus. 1. *h.*

B Hoc delictum * commissum * in linea * recta ita punitur: E
C nitur: Reus virgis sanguineis cæsus, cum cane, gallo gal-
D linaceo, viperâ & simiâ culeo insutus, in mare projicitur: *vid.* 9. *pr. h.* 1. *h. L. un. C. de his, qui parent.* §. 6. *I. de publ. jud. Carpz. q.* 8. *num.* 8. 9. quæ pœna adhuc hodie observatur: *Berl.* 4. *concl.* 6. *n.* 6. *Coler. decis.* 157. *Carpz. q.* 8. *n.* 15. *Ord. crim. art.* 131. *Diss. Harppr. ad* §. 6. *I. de publ. jud. n.* 30. licet legitimi fuerint parentes: *Carpz.* 4. *c.* 3. *d.* 12. & hæc pœna etiam tenet extraneum hujus criminis partici-

ticipem, §. 6. *l. de publ. jud. L.* 2. *h.* De abortu *vid. tit. de extraord. crim. p.* 672. * collaterali punitur gladio: 9. §. 1. *h.* Reus tamen ferrô candenti aduritur, vel trahæ illigatus ad supplicium rapitur, & cadaver rotæ imponitur, *art.* 137. *Carpz. q.* 9. *ferè in f. &* 4. *c.* 3. *d.* 4. 5. d.

* inter affines ascendentes & collaterales, 9. §. 1. punitur morte: *l.* 9. §. 1. *ff. L. un. C. h.* ¶. *Carpz.* 4. *c.* 3. *d.* 4. 5. & idem, quod inter collaterales. c,,

* inter conjuges idem, quod inter collaterales: *art.* 137. *in f. Carpz. q.* 12. *Hahn. h.* c,,

* inter patronum & libertum idem est: c. * attendatum tantùm jure civ. pro consummato habebatur: 1. *in f. h.* hodie si pervenit ad actum * proximum, & persona læsa damnum irreparabile * accepit, punitur gladiô; * non accepit, punitur fustigatione cum perpetua relegatione: * remotum extraordinariè punitur. Hæc accusatio est perpetua. *f. h.* Pœna mitigatur, si delictum commissum ex ebrietate, melancholia, ira, &c. *Carpz. q.* 18. b. E e. d.

DE L. CORN. DE FALSIS ET SENATUSCONSULTO XLVIII. 10. LIBONIANO.

D FAlsum hîc est crimen publicum, quo in alterius præjudicium, 38. §. 6. *de pœn. Dn. Gravij Disp. de crim. fals. th.* 32. veritas improbè immutatur, *N.* 73. *in pr. L.* 23. *h.* quodque speciali lege tanquam falsum notatur & coërcetur. Est * verum A

† falsum, quod L. Corn. hâc notatur, ut quod committitur circa testamenta & nummos: 1. §. 5. *L.* 2. 14. 15. *pr. &* §. 1. *L.* 30. *pr.* 8. 9. 19. *h.* * quasi falsum, a.

quod non hâc L. sed aliis Constitutionibus & SCtis notatur: e. g. si quis rationes, instrumenta falsaverit. 1. §. 4. 9. §. 3.

C 27. *pr.* 29. *h. Bocer. cl.* 4. *D.* 15. *th.* 2. Causa efficiens est LL. notatio, *Wesenb. num.* 2. *in f. ibi Bach. Hahn. Tabor. racem. crim. D. de stellion. n.* 10. *Carpz. q.* 93. *n.* 14. & dolus malus, 2. *ff.* 20. *C. h.* qui manifestissimè probandus: 6. *C. de dol. mal.* 19. §. 1. *de probat.* hinc error excusat.

O 31. *h.* Committitur in * persona: (1.) Partum falsum B supponendo, 19. §. 1. 30. §. 1. *ff.* 1. *C. h.* cujus pœna hodie est relegatio: *Carpz. q.* 93. *n.* 29. (2.) Alienam personam sub-

ſubſtituendo: *Coraſ. tr. de arreſt. Parlam. Tholoſ.* (3.) Nomen mutando, 13.*pr.h.* ſc. ſi dolo malo fiat, in præjudicium tertii: (4.) Si quis ſe ſimulet Baronem, Nobilem, Doctorem: 27.*§.f.h. L.un. C. ad L. Viſell.* modò etiam ejusmodi actum aliquem faciat; *Theodoric. D.* 8.*th.* 2. *lit. B. Ludvv. in not. ad W. h. n.* 8. aliàs tantum extraordinariè puniuntur: aut ſi mendicantes vulnera, &c. ſimulent: *Carpz. q.* 93.*n.* 75. (5.) Si quis infantem ſuum lucri cauſa ſæpiùs baptizari curet. *Carpz.*
b. *q.* 93. *n.* 43. * in re, * ultimis voluntatibus, ut in *L.* 1. §. 8. *L.*
C 2. 14. 15. 10.*h.* e.g. legatum propriâ manu ſibi adſcribendo, 1. §. 7. & 8. licet teſtator hoc juſſerit, *vid.* 2. *C. de his, qui ſibi adſcrib. ibi Perez.* alio modo teſtamentum vitiando,
c. * negotiis in-
D ter vivos * extrajudicialibus: e.g. rationes falſando, 1.§.4.*L.*16. §. 1.2.*h.* contractum mutando, 23.*h. art.* 112. merces corrumpendo, pondera, menſuras falſando, *art.* 113. monetam adulterando, cudendo, radendo, alienas literas reſignando. 1.§. 5. *h.*
d. * judicialibus, ſi judex neglexerit principis conſtitutionem, 1.§.3. vel pecunia ſe corrumpi patiatur, 1.§. 2. ſi partes judicem corruperint, 1.§. 2. teſtes pecuniam acceperint ad falſum teſtimonium dolo malo dicendum, 1.§. 2. *h. art.* 64. item etiam ad verum dicendum: *art.* 64. *Carpz. q.* 93.*n.* 49. *Theodor. D.* 8.*th.* 2. *B. vid. Matth. h. c.* 1.*n.* 12. *&c.*

Pœna hujus delicti eſt in liberis hominibus deportatio, & E
confiſcatio omnium bonorum, 1.§.*f.h.* quod mutatum *per N.* 134. in ſervis ultimum ſupplicium. Hodie pœna eſt arbi- I.n
traria: 27.§.*f.h. art.* 112.113. quæ interdum manus amputatio, *N.* 17.*c.*8.2.*F.* 55. ultimum ſupplicium: 22. *C.h.* juncta *Nov. Leon.* 77. quædam tamen ſpecies habent certam pœnam: ut ſi quis falſum teſtimonium dixerit, ex quo reus morte condemnatus, *L.* 1.§.1. *ff. ad L. Corn. de Sicar. art.* 68. tum eſt
E pœna talionis. *d. art.* Si moneta vitietur, quoad * materiam, pœna eſt ignis, etiamſi illam aliquis tantùm expenderit; 1. 2.
e. *C. de falſ. monet. art.* 111. * formam, privata auctoritate eam fabricando, reus fit læſæ majeſtatis, & arbitrariè punitur: *art.* 111. *Carpz. q.* 43.*n.* 10. Alterius principis ſignum monetæ imponendo, extraordinariè punitur; *art.* 111. *Carpz. q.* 43. *n.* 27. Pondus radendo, vel alio modo mutilando, arbitrariè punitur, etiam quandoque morte: *Carpz. q.* 43.*n.* 32. Grandiorem reſolvendo in fornace, ut minorem inde cudat, punitur arbitra-

trariè, *art.* 111. *& ſecundùm R.I. de anno* 1559. §. Wir ordnen ꝛc. igne. *vid. Carpz. q.* 43. *in f.* Interdum etiam de hoc crimine agitur civiliter, ad pœnam dupli: 25. 32. §. 1. *h.* Interdum datur inde doli exceptio, 2. §. 1. *de dol. mal. exc.* vel replicatio, ſi quis hoc crimine deceptus, pacto delictum remiſit, 19. *C. de tranſact.* vel conceditur reſtitutio in integrum. *L.* 33. *de re jud.*

DE L. JUL. REPETUNDARUM.
XLVIII. 11.

D HIc agitur * in genere de delicto publico, quod com- A
mittunt Magiſtratus, & alii in officio publico conſtituti, turpiter aliquid gerendo, contra L. Juliæ repetundarum prohibitionem; ut in *L.* 10. §. *f. de offic. proconſul.* 3. *de vacat. &*
D *excuſ. mun.* 7. §. 2. *h.* 6. §. 2. *h.* * in ſpecie de crimine pu- a.
blico, quod committunt Magiſtratus, & alii in officio vel munere publico conſtituti, dona & munera accipiendo, quo ma-
S gis vel minus officium faciant, 6. *pr.* §. 2. *L.* 7. §. 2. *h.* Prohibentur accipere Tutores, Adminiſtratores, Syndici, Magiſtratus omnes. 1. *h.* per ſe & per alios, uxorem, liberos: &c. *f. C. h. propter* 6. §. 3. *inf. de off. proconſ.* 18. *de offic. præſid.* 7. §. 1. *ff. f. C. h.* deinde hæc Lex etiam extenſa eſt ad perſonas dantes, in *L. f. C. h.* niſi donetur magiſtratui urbano, qui extra officii rationem munera accipere poteſt, quotannis uſque ad aureos 100. *L.* 6. §. 2. *h.*

O Munera, non etiam xenia, h. e. eſculenta & potulenta, quæ paucis diebus poſſunt abſumi: 18. *de offic. præſid.* rectiùs
fr. tamen faciunt, qui nec hoc accipiunt. *Carpz. q.* 93. *n.* 61. Debet aliquid datum eſſe, 1. *ff. f. C. h.* [naturaliter, vel civiliter, titulô donationis, locationis, venditionis, &c. 8. §. 1.] vel promiſſum, 1. *& ſeq. Aut. C. de pœn. jud. malè jud.* ut aliquis &c. magis vel minus officium faciat: 3. 4. *h. v.* 2. §. 2. *de condict. ob turp. cauſam:* Nec magiſtratus poſt officium remunerationem accipere poteſt: *L. f. C. h. Matth.*
E *h. num* 8. Pœna hic eſt pecuniaria, ſc. quadrupli, 1. *f. in f. C.* [hujus dimidium actori dabitur, ſi ipſi à judice extortum eſt, quod dedit: *f. C. h.* 3. *C. de aſſeſſor.* aliàs totum fiſco cedit, ſi ſponte dedit: *f. C. h.*] quæ etiam ab heredibus intra annum peti poteſt: 2. *h.* 20. *de accuſ.* 2. *C. h. f. ad L. Jul. pecul.* vel extraordinaria, pro ratione circumſtan-

ſtantiarum, exilium, mors: &c. 7. §. *f. h. vid. Matth. c. 2. Mazienz. de refer. advoc. & Jud. offic. p.* 3. *t.* 24. *&c.* Si judex accepta pecuniâ malè judicaverit, ſententia eſt ipſo jure nulla, 7. *C. quando provoc. non eſt nec.* ipſe fit infamis, & parti ad ſolidum litis æſtimationis tenetur; *f. C. de pœn. jud. mal. jud.* Actor & reus corrumpentes cauſa cadunt: *L.* 1. *C. d. t.* Res ex hac cauſa fit vitioſa, 8. *pr.*

DE L. JULIA DE ANNONA. XLVIII. 12.

Hîc coërcetur delictum publicum, quo rei cujusvis, ad annonam pertinentis, abundantia & commercium dolô malô impeditur. 2. *h.* Pœna eſt XX. ſolidorum, 2. §. *f.* & extraordinaria, pro circumſtantiis. 37. *de pœn.* D E

AD L. JUL. PECULAT. ET DE SACRILEG. ET DE RESIDUIS. XLVIII. 13.

(1) PECULATUS * latè eſt crimen publicum, quo pecunia publica, ſacra vel religioſa, ſurripitur. §. 9. *I. de publ. jud.* 9. D §. 2. *L.* 4. *pr. h.* * ſtrictè eſt crimen publicum, quo pecunia D publica ſurripitur ab eo, cujus fidei & periculo commiſſa non eſt: 4. *pr.* 9. §. 2. *h.* Objectum ſunt omnes res mobiles, publicæ, 4. §. *f. arg.* 9. §. 2. *Bach. ad W. h. Diſſ. Weſenb. h.* ſcil. ipſius reipublicæ O Romanæ, 4. §. *f.* quod Trajani conſtitutione extenſum eſt ad res civitatis: 4. *in f.* (*Obſſ.* 81. *de furt.*) *vid. Tabor. racem.* 2. *th.* 33. Pœna hic eſt pecuniaria, quadrupli, 6. §. *f. L. p.* exigitur etiam ab herede, *f. h.* vel extraordinaria in privatis deportatio, 3. *h.* in publicis ultimum ſupplicium: §. 9. *I. de publ.* E *jud. L. un. C. h.* Hodie pro criminis quantitate applicatur pœna furti: *Theod. D.* 9. *th.* 3. *in f.* Præſcribitur V. annis. 7. *h.* d.

(2) *SACRILEGIUM* eſt crimen publicum, quo pecunia ſacra, 4. *pr.* §. 1. *L.* 9. §. 1. vel religioſa, 4. *h.* 5. *C. de ſepulchr.* D *violat.* (non etiam privata: 5. *h.* (*Obſſ.* 16. §. 4. *de pœn.*) ex loco ſacro ſurripitur. 9. §. 1. 10. §. 1. *h.* 16. §. 4. *de pœn. Carpz. q.* 89. *num.* 4. De jure Can. & hodierno ſacrilegium eſt, quando vel D ſacra res, vel aliquid ex loco ſacro ſurripitur: Adeoque tres ſunt ſacrilegii ſpecies: *can. ſi quis contumax.* 20. §. *ſacrilegium. cauſa* 17. *q.* 4. *art.* 171. ¶. Pœna eſt Jur. civ. capitis, interdum gra- E

vior,

vior, interdum mitior: 4. §. 2. 6. *pr.* 10. §. 1. *h.* Hodie etiam est arbitraria: ad ignem extenditur. *art.* 172. 173. *v. Carpz. q.* 89.

(3) D Crimen *RESIDUI* est publicum, quo pecunia publica ab eo, cujus fidei & periculo, ad certum usum publicum destinata, data erat, retinetur, vel in usum proprium convertitur; 2. 4. §. 3. *L.* 9. §. 6. hac L. etiam illi tenentur, qui ex administratione publica fisco aliquid debent, & intra annum non solvunt. 9. §. *f. h.* Pœna hujus criminis est pecuniaria, & reus punitur amplius tertia parte, quod ipse fisco debet: 4. §. 5. *h.* e. g. si quis retinuerit 300. fl. pœna erit 100. fl. *Harppr. ad* §. 11. *I. de publ. jud. n.* 38. *Theod. D.* 9.

DE L. JULIA AMBITUS.
XLVIII. 14.

A AMbitus est crimen publicum, quo tenentur illi, qui illegitimo modo honores & dignitates sibi parant: *L. un. C. h. N.* 8. *c.* 1. 7. *N.* 161. e. g. si quis Principis consiliario pro suffragiis ad consequendos honores aliquid dederit. *Harppr. ad* §. 11. *I. de P. I. n.* 5. 6. *Ludvv. ex. f. vid. L. p.* |*C. si cert. pet. N.* 8.
E *c.* 1. *N.* 161. Pœna olim erat, ut reus intra quinquennium alios honores non peteret, deinde cœpit esse 100. solidorum ex SCto, Modestino docente, in *L. un.* §. 1. *h. vid. Matthæ. l.* 48. *t.* 11. *n.* 3. interdum etiam deportatio. *L. un. C. h. contra* ¶. *Wesenb. h. in f. vid. Forstner. ad Tacit. p.* 61. 62.

D Simonia est rerum spiritualium emtio venditio, *de qua tit. extra, de Simonia.*

DE L. FABIA DE PLAGIARIIS.
XLVIII. 15.

D PLagium est crimen publicum, quo liber homo, vel servus alienus dolosè supprimitur: 3. 4. *p.* sive id fiat vi, sive
E absque vi, perinde est: 1. 2. *C. h.* Pœna J. civ. quondam erat pecuniaria, *f. ff. h.* post arbitraria facta usque in metall. damnat. *f. h.* tandem gladio puniebatur: *f. C. h.* §. 10. *I. de P. I.* quod etiam observat jus Divinum, Can. & Saxonicum. *Deut.* 24. *v.* 7. *Exod.* 21. *v.* 16. *cap.* 1. *x. de furt. Heig. p.* 2. *q.* 32. *Theodor. D.* 9. *th.* 8. *Carpz. q.* 83. *num.* 90.

D Quasi plagium sive literarium committitur in alienis scriptis dolosè transscribendis, suppresso auctoris nomine, & pro suis venditandis, *de quo Speckhan. q.* 1. *c.* 8. *n.* 16.

AD

AD SENATUSCONSULTUM TURPILLIAN. ET DE ABOLIT. CRIMINUM. XLVIII. 16.

A PEccant accuſatores in his judiciis *(1.)Calumniando,ſc.alios D
dolô malô falſi criminis accuſando : 1.§.1.*h.v.*232.*pr.deV.S.*
Et tùm illorum frontibus inurebatur litera *K.*1.§.2.*h.* *L.*13.*de* E
teſt. Jure Codicis pœna erat talio : 17. *C. de pœn.f. C. de accuſ.*
a,, hodie eſt arbitraria. *Carpz.q.*106.*n.*41. * (2.) Prævaricando, D
h.e. doloſè colludendo in judicio publico cùm reo, ut ipſe abſolvatur : 1.§.6.*h.* Tales publico judicio accuſantur. 3.*pr.*§.1. E
de prævaricat. vid. tit. de prævaricat. lib. 47.*tit.* 15.
a. *(3.) Tergiverſando D
ſive intermittendo publicam accuſationem, abolitione non interveniente : 1.§.1.6.§.2.*L.*13.*h.* Hi incidunt in SCtum Turpil- E
lianum,non tamen publicam accuſationem, 3.§.*f.de prævaricat.*
& puniuntur infamiâ, 2. *C.ad SCt. Turp.* & quinque libr. auri,
3.§.*f. de prævaricat.* & ab accuſatione repelluntur : 2. *h.*

B Abolitio eſt neceſſitatis accuſationem peragendi remiſſio : eſt D
vel * Specialis ſive privata, 8. 10. quam judex competens D
2. *C. de abolit.* accuſatori petenti, 4.§. 8. *de damn. infect.* 10.
pr. h. 2. *C. de abolit.* ex juſta cauſa, 2. *C. de abolit.* 30. *C. ad L. Jul. de adult.* concedit. Hic etiam conſenſus rei requiritur, niſi abolitio petatur re adhuc integrâ, (h. e. antequam reus aliquid paſſus ſit) & quidem intra XXX. dies, à tempore inſtitutæ accuſationis. *l.* 3. *C. de abolit. f. pr.* §. 1. Abolitionem non im- O
petrant accuſatores criminis læſæ majeſt. patriæ oppugnatæ &
proditæ, peculatus. 3. *in f. C. de abolit.* Accuſator impunè deſi- E
ſtit ; 11. §. *f. de accuſ.* 4. §. 1. *h.* neque illud crimen rurſus accuſare poteſt ; *dd. LL.* niſi ſpecialiter impetraverit à Principe, 1. *C. de abolit.* vel niſi à cauſa capitali tanquam à cauſa pecuniaria impetraverit : *f.* §.*f.h.* hîc enim judex accuſationem reſtituit, quaſi ex falſa cauſa abolitam.

b,, * Generalis ſive publica, quæ propter cauſam publicam, vel D
ipſo jure, vel SCto conceditur : hæc reſpectu reorum dicitur exemtio liberativa : 12. *in f. h.* e. g. tempore feriarum paſchalium rei leviorum criminum eximuntur ipſô jure ab accuſatione, 3. *C. de Epiſc. aud.* 12. *h. propter* 8. 10. 12. *h.* Feriis durantibus ſuſpenditur accuſatio, iisdem finitis poteſt accuſator, ſi velit, iterum accuſare, ſi nolit, deſiſtere. 12. *h. v.* 1. 2. *C. de general. abolit.* 10. §. 2. *h.*

D * Legalis est, quæ à L. conceditur, reo, vel accusatore
SS mortuô, vel accusatore impedito, 10.*pr.*15.§.3.*h.* nisi accusatio contra heredem fieri possit. 15.§. 3. Aggratiatio est pœnæ à Principe abolitio. 1. 2. 3. *C. de sent. pass. vid. Gebhard. in tr. de Princip. Jur. Perez. in tit. C. de general. abolit. Carpz. q.*150.

DE REQUIRENDIS VEL ABSENTIB. XLVIII. 17. DAMNANDIS.

QUomodo absentes evocentur, & bona eorum annotentur, *vid. tit. de accusat. in Subjecto passivo. p.* 682.

XLVIII. 18. DE QUÆSTIONIBUS.

D QUæstio est interrogatio. 10. *C.h.* ex justa causa, à judice, per corporis cruciatus, maximè de crimine commissô, ad eruendam ejus veritatem, legitimè instituta: 12. *C. h. Bocer.*
N *tr. de quæstion. c.* 1. *n.* 12. 13. *Carpz. q.*117.*n.* 17. Earum usus à quibusdam rejicitur, *Bach. & Zepper.* periculosus est, & eô cautè procedendum: 1. §. 23. *L.*7.8. *Hahn. h. n.*2. *Besold. voce* Peinliche Frage.

C Quærit Judex competens, 2. *de appell. recip.* 8. *pr. h.* 178. *de R.l.* 5. *C. de defens. civit. Bocer. d.l. Gentil. de jurisd. lib.* 3. *c.* 10. *Carpz. q.* 117. *n.* 19. *Gail. de P. P. lib.* 2. *c.* 2. *n.* 16. Adhibitis JCtis, *art.*7.28. *Carpz. q.* 123. *n.*68. etiam ex officio, in processu inquisitorio, *Bocer. d. l. c.* 3. *n.* 6. non etiam in ordinario:
C.i *Bocer. d.l. v. tamen Besold. ad O.P.W. p.* 475. si aliæ probationes deficiant, 1. *pr.*9.10. §. 4. *ff.*8. §. 1. *L.*12. *C.h. Carpz. q.*119.*n.*64. *Zanger. c.*2.*num.*5. quod juratò debet asseverare Jure civ. accusator; 1.§.1 *C. de jurej. propter. cal. f. C.h. Bocer. d. tr. c.*3.*n.*7. quod tamen hodie non observatur: non etiam delictô confessô aut convictô, 16. *C. de pœn.* 2. *C. de custod. reorum. Sande, lib.*5. *decis. Frisic.*9.*d.*14. *Ordin. crim. art.*22. & 69. *Carpz. q.* 116. *num.* 35. ¶. *Gomez. lib.*3. *var. resol. c.*11.*n.*9. nisi de circumstantiis aut correis res adhuc dubia sit, *Carpz. q.*119.*n.*68.) Et legitima adsint indicia: 1.§.1. & 4. *L.*18.§.1. *L.f. ff.*8.§.1. *C.h.*17. *C. de fals. art.*6. 7. 8. 18. 22. 23. 30. aliàs enim tortura & confessio est ipso jure nulla, *art.*20. licet post eam superveniant indicia legitima, *Bocer. d.l.c.*3.*n.*10. *Carpz. q.*123. *n.*10. & reus perseveret in confessione, *Carpz. d.l. art.*20. & tortura ad rescriptum principis instituta; 3. *C. de prec. Imper. Carpz. q.*123.*n.*23. quæ indicia autem sint legitima, Judex cognoscit. 3. §. 2. *de testib. art.* 18. 24.

27. *Carpz.*

27. *Carpz.q.*120.*n.*3.*q.*123.*n.*27. In genere *INDICIA* sunt ar- D
A gumenta rei propositæ demonstrativa; & sunt vel * communia
B omnium criminum. *art.* 25. 33. * Necessaria, quæ rem per necessariam consequentiam demonstrant, 34. §. 4. *de leg.* 1. 17. *in f. de manum. testam.* 3. §. 4. *de susp. tut.* e. g. si virgo sit prægnans, 6. *de his, qui sui vel alien. jur.* hæc non faciunt ad torturam, sed ad condemnationem. *f. C. de probat.* 19. *C. de R. V. Zœs. h. n.* 8. *Sand. lib.* 5. *t.* 9. *d.* 16. *v.* 34. *C. ad L. Jul. de adult. c.* 30. *x. de sponsal. c.* 12. *x. de præsumt.*

b. * Non necessaria sive probabilia D
sunt, quæ ex probabilibus argumentis rem demonstrant, sunt-
C que * minus plena, quorum singula ad torturam non sufficiunt, sed conjuncta demum eidem locum faciunt: *art.* 25.27 dicuntur etiam remota, sive minora, ut (1.) Vita anteacta, & fama, *art.* 25. sc. in eodem genere delicti, 3. §. 8. *de susp. tut.* 7. §. 3. *ad L. Jul. Majest.* 5. §. 6. *de re milit.* 10. §. 5. *h.* modò orta sit ex viris fide dignis, *art.* 25. 27. & persona sit suspecta. *art.* 25. *Cothm. lib.* 1. *Resp.* 12. *n.* 62. *Carpz. q.* 120. *n.* 22. *vid.* 12. §. 1. *C. de pœn.* (2.) Præsentia in loco delicti, *art.* 25. *vers.* Zum andern. *L.* 32. *C. ad L. Jul. de adult. L. fin. Cod. ad Leg. Corn. de Sicar. vid. Zanger. de quæst. c.* 3. *n.* 33. *Bocer. de quæst. c.* 3. *n.* 77. (3.) Conversatio cum facinorosis hominibus, *art.* 25. *vers.* Zum vierdten. *vid. Prov.* 13. *vers.* 20. & *c.* 22. *vers.* 24. *sqq. L.* 25. §. 6. *de Ædil. Edict.* nisi justa fuerit conversationis causa: *Carpz. q.* 120. *n.* 38. *vid. art.* 40. (4.) Inimicitia capitalis cum læso: *art.* 25. *vers.* Zum fünfften. 3. *in f. de adim. legat.* 3. *pr. de test. vid. art.* 26. (5.) Spes lucri: *art.* 25. §. Zum fünfften. (6.) Assertio vulnerati ex justa causa facta, & morte vel juramento comprobata: *art.* 25. *vers.* Zum sechsten. Exculpatio vulnerati majoris est momenti; tollit enim reliqua legitima indicia, 2. *de SCt. Silan.* nisi ex affectu facta: *Zœs. h. n.* 26. (7.) Fuga, *art.* 25. *in f.* nisi ex justa causa, e.g. timore carceris, &c. fugerit. *Carpz. q.* 120. *n.* 67. 68. (8.) Variatio sermonis ipsius rei, 10. §. 5. *h.* sc. circa ipsum principale negotium, *Carpz. q.* 120. *n.* 71. item trepidatio: 10. §. 5. *L.* 15. *pr.* (9.) Taciturnitas, si sc. se non excuset: *Carpz. q.* 120. *n.* 81. huc etiam referunt malam physiognomiam, occultationem, nationem infamem, &c. *Bocer. de quæst. c.* 3. *per tot. Carpz. q.* 120. *num.* 86. *Zanger. c.* 2.
c. * plena sc. quoad torturam: quorum singula sufficientem ad tor- D
turam faciunt probationem, redliche und gnugsame Anzeigungen; *art.* 19. 20. ut (1.) si res suspecti in loco delicti reperiatur: *art.*

art. 29. hoc tamen admittit probationem in contrarium: (2.) Si unus testis omni exceptione major de ipso delicto deponat: *art.* 30. (3.) Socii criminis nominatio legitima: 11. *C. de test. f. C. de accus.* sc. (1.) quæ facta est ad generalem judicis interrogationem in ipsâ torturâ, ex quo sequitur (α.) quod spontanea nominatio non sit legitima; (β.) quod nominationem præcedere non debeat specialis interrogatio de certo individuo, 1. §. 21. *h.* nisi certa contra illum adsint indicia: *Steph. ad art.* 31. *n.* 2. *in f. L.* 1. §. 21. *h.* (γ.) nominatio fieri debet in tortura. *Carpz. q.* 121. *n.* 28. *arg.* 11. *C. de test. f. C. de accus.* (2.) si judex interrogaverit de omnibus circumstantiis, an, quando, ubi, &c. *art.* 31. *vers.* **Zum andern gebühret sich.** (3.) quæ facta est absque affectu, (4.) si in nominatum etiam cadat ejusmodi delicti suspicio: (5.) in ea perseveret nominans: Ex his quinque, si unum deficiat, non sufficit nominatio ad torturam, sed ad inquisitionem: *Carpz. q.* 121. *n.* 37. *Bocer. c.* 3. *n.* 53. *&c.* (4.) Seria extrajudicialis confessio personæ alioquin suspectæ: *art.* 32. *Carpz. q.* 121. *n.* 41. (5.) Si personæ suspectæ minas qualificatas (e. g. **Jch will ihn durch und durch stossen.**) factum mox secutum sit: *art.* 32. *Carpz. q.* 121. *n.* 50. (6.) Auxilium & præsidium facinorosis, qua talibus, scienter & dolose præstitum; *art.* 40. *arg. L.* 7. §. 7. *de dol. mal.* plura habet *Carpz. q.* 121. *n.* 61. *Bocer. de quæst. c.* 3. *Zanger. de tort. c.* 2. * propria certorum criminum: ut * (I.) Homicidii, (1.) Si quis in locô homicidii occultè perpetrati reperiatur cum armis & vestimentis sanguineis: hoc sufficit ad torturam: *art.* 33. *v. Sand. lib.* 5. *tit.* 9. *d.* 14. (2.) Si quis ex interfecti rebus aliquid habuerit, *art.* 33. hoc etiam sufficit ad torturam, sed utrumque admittit probationem in contrarium: (3.) Si quis homicidium confiteatur, sed neget se animo occidendi fecisse. *Carpz. q.* 122. *n.* 7. 8. 9. *&c.* * (II.) Veneficii, si quis venenum emerit, præparaverit, eôque aliquem interfecerit, ob spem lucri, dignitatis, aut ob inimicitias: hoc sufficit ad torturam: *art.* 37. *Carpz. q.* 122. *n.* 15. 16. 17. * (III.) Infanticidii, si virginis uterus successivè intumescat, postmodum ea macra existat, ac livida; *art.* 35. si in mammis lac deprehendatur, & alia indicia concurrant: *art.* 36. vel si fœmina dicat, se infantem mortuum peperisse, dum sola absque aliis fœminis peperit. *art.* 131. *ferè in f.* Fluxio sanguinis ex cadavere occisi non sufficit;

a. D
d,,
d,,

18. §. 1.

18. §. 1. *Carpz. q. 122. n. 30. Theod. D. 9. th. 9. H. Bocer. de quæst. c. 3. n. 22. Heig. p. 2. q. 39. n. 96.* aliis indiciis tamen concurrentibus hoc omninò negligendum non est.

d,, * (IV.) Furti, rapinæ, latrocinii, &c. Si ejusmodi res sit in custodia personæ suspectæ, *art. 39. Carpz. q. 122. n. 47.* & hic probare non possit, se rem comparâsse. *Carpz. q. 122. n. 39. &c. art. 38. 43. L. 2. 5. C. de furt.*

d,, * (V.) Sortilegii sive maleficii, recensentur in *art. 44. de quib. vid. Bodin. lib. 4. Dæmon.* Impositio in aquam frigidam fallax est: *Bocer. de quæst. c. 3. num. 105. Carpz. q. 122. n. 69. arg. 1. §. 17. ff. 8. §. 1. C. de quæst.*

d,, * (VI.) Adulterii, si nudus cum nuda in lecto reperiatur: *Carpz. q. 122. n. 70.*

d,, * (VII.) Incendii: *vid. art. 41.*

d,, * (VIII.) Proditionis: *art. 42.*

d,, * (IX.) Falsæ monetæ. *Carpz. q. 122. n. 84.* Plura *vid. ap. Bocer. tr. de quæstion. c. 3. Zang. Brunn. tr. de indic.*

Hæc indicia sunt probanda plenè, per duos testes, omni exceptione majores, *art. 6. 23. 30.* quos judex examinat, de jure civili, ipse, hodie etiam per alios. *Sichard. in C. ad L. 18. de fid. instr.* ¶. Si unus testis de proximo indicio deponat, sufficit ad territionem. *Zang. c. 1. n. 81. Carpz. q. 123. n. 59.* His ita probatis, reus contrarium probaturus est audiendus: qui refutando indicia, *art. 28. 29. 33. 43.* etiam post sententiam, 18. §. 9. (quæ etiam non petenti sunt communicanda: 2. *C. de edend.* 19. *de pœn. c. 24. §. debet. x. de accus. Boc. c. 3. n. 160.*) est maximè favorabilis, ita, ut pro eo audiatur unus testis, etiam inidoneus, ut frater, &c. & testis de credulitate, &c. *Mascard. de probat. vol. 2. concl. 904. n. 1. &c. Menoch. lib. 5. præsumt. 48. n. 7. Bocer. de quæstion. c. 3. n. 168.* Hæc ita peracta judex diligentissimè ponderet, ita tamen, ut facilior sit ad absolutionem, quam ad torturam, *art. 28. 47.* præprimis [1.] si reus non aufugerit, cum potuerit, 17. §. 1. *de Ædil. Edict.* [2.] si judici sese spontè exhibuerit, [3.] si ea nocte, quâ commissum est homicidium, quietè dormiverit, *Val. Max. lib. 8. c. 1. n. 13.* [4.] exculpet eum ipse læsus, 2. *de SCt. Silan. Carpz. q. 33. n. 56. 58.* [5.] si testes extra judicium revocaverint testimonium suum, *Bocer. c. 3. num. 165.* (6.] si benè anteà vixerit, bonam famam habeat, &c. pr.

TORTURÆ, vid. 15. §. 41. *de injur.* 10. 12. *C.* sunt variæ species, *vid. Brun. de indic. p. 2. q. 2. n. 6. Boc. d. t. c. 5. n. 20. Girland.* Q

*land. de quæst. q.*2.4. *Damhoud. c.* 27. *n.*18. *Carpz. q.*117. *n.*28. *Hippol. de Marsil. ad L.*1. *pr. h. n.*55. judex adhibeat usitatas, *Clar. lib.* 5. §. *f. q.*64. *Boc. d. l. c.* 5. *n.* 16. *Carpz. q.* 117. *n.* 39. & quidem pro ratione personæ, delicti, & indiciorum. 10. §. 3. *h.* 7. *h. art.* 58. *vid. O. P. W. p.* 361. *ferè inf.*

S Torquentur omnes, qui specialiter non excipiuntur: 3. *de pœn.* 1. §. 10. *L.*8. *pr.* 17. 15. *pr. L.* 18. *ff.*8. §. 1. *C. h.* ut (1.) ob E F defectum *Judicii, furiosi, 3. §. 11. *de SCt. Silan. Bocer. d. l. c.* 4. *n.* 10. licet antę furorem deliquerit: *Carpz. q.* 118. *n.*17. *Clar. q.*60. *n.*11. *Carpz. q.* 118. *n.* 22. impuberes, 10. *pr. h.* 1. §. 32. 33. *de SCt. Silan.* pubertati proximi tamen terreri possunt; 1. §. 33. *de SCt. Sil. Carpz. q.* 118. *n.* 11. Minor potest torqueri, 1. 2. *C. si adverſ. delict. Carpz. q.* 118 *n.* 29. & hodie etiam absque curatore. *Carpz. q.* 118. *n.* 29. 32. 33. *vid.* 4. *C. de auct. præst. Diss. Oldenkop. obs. crim. t.* 2. *O.* 32. Surdus & mutus naturâ: *arg.* 10. *C. qui test. fac.* 3. §. 10. *de SCt. Sil. v. Carpz. q.* 118. *n.* 22. * Virium, Senes, 3. §. 7. *de SCt. Sil.* (hic non tam anni, quàm f. corporis vigor spectatur, *Carpz. q.* 118. *n.*40. decrepiti terrentur, *arg.* 1. §. 33. *de SCt. Sil. Carpz. q.* 118. *n.*42.) Valetudinarii, *arg.* 3. §. 7. *de SCt. Sil.* (rupti, & Epilepsia laborantes moderate torquentur: *Carpz. q.* 118. *n.*49.) Fœmina prægnans, licet ante paucos dies illegitimè conceperit, hîc nec territio locum habet: *Carpz. q.* 118. *num.* 61. 62.) Puerpera intra 40. dies post partum. *Carpz. q.* 118. *n.*60. *(2.) ob dignita- c. tem, virtutes, labores reipubl. præstitos, Episcopi & Presbyteri, 8. *C. de Episc. & Cler.* (reliqui Clerici torquentur: *Bocer. d. l. c.*4. *n.* 22. *Carpz. q.* 118. *n.* 98.) de jure civ. viri Clarissimi, 10. *C. de dignit.* 11. & 17. *C. h.* (quibus hodie comparantur personæ illustres, *Carpz. q.* 118. *n.*71. *vid. Tiraq. de pœn. remitt. c.* 31. *n.* 16.) Decuriones, eorumque liberi usque ad pronepotes, 11. 17. *C. h.* 33. *C. de Decur.* (quibus hodie comparantur Consiliarii, Senatores, præcipuè in civitatibus imperialibus) Nobiles, *Tiraq. de nobil. c.* 19. 20. 21. *per L.* 4. *C. ad L. Jul. maj. vid.* 8. §. 1. *C. h. junct. L. un. C. de equestr. dign. Carpz. q.* 118. *n.*97. Doctores & Professores, 6. *C. de Profess. & Med.* 10. *C. de dignit. junct.* 4. §. 1. *C. de advoc. diverſ. jud.* 2. *vid.* 8. *C. h.* 4. *C. ad L. Jul. Majest.* 14. *C. de advoc.* 1. *contra* ¶. *Tiraq. de pœn. remitt. c.* 31. *n.* 16. *Rebuff. in Aut. Habita. C. ne filius pro patr. Faber. in C. h. q.* 13. *Casonus. c.* 10. *n.* 13. *Zanger. de quæstion. c.* 1. *n.* 57. *Coler. de process. execut. p.* 1. *c.* 3. *n.* 156. *Carpz. q.* 118. *n.*96. *Binsfeld. de confess. malefic.* 7. *C. de malefic. & math. Gail.* 1. *de P. P. c.* 1. *n.* 28. (*Diss. Bocer. de quæst.*

c. 4.

c.4.propter 33.C. de decur. Aut.Cassa.C. de SS. Eccles.) milites, eorumque liberi primi gradus, *4.C.ad Leg. Jul.majest.8.pr.C.h. 3.§.1. de re milit. Enenck.de privil.milit.lib.2.c.27.n.2.3.* (Hoc etiam affirmat de militibus nostri temporis *Wesenb.p.1.cons.17. n.32. Bocer. de bello & duell. c.28.* de illis, qui in officio publico sunt constituti. *Carpz. q.118.* omnibus verò generaliter negat *Zanger. tr. de tortur. c. 1. n. 58. Clar. q. 64. num. 18. vid. Enenck. d. l. n. 8.*) Et hoc obtinet in decurion. milit. &c. etiam finito officio, modò non ex causa famosa missi sint: *8. pr. 17. C. h. f. C. de decur.* Hæ tamen personæ torqueri possunt in causa [1.] læsæ majest. *3. 4. C. ad L. Jul. majest. 10. §. 1. h.* [2.] proditionis patriæ, *3. §. 10. de re milit.* [3.] hæreseos, *4. §. 4. C. de hæret.* [4.] falsi, *21. C. de fals.* [5.] maleficii sive veneficii, *7. C. de malef. & math.* [6.] atrocissimi cujuscunque delicti. *Bocer. de quæst. c. 4. n. 75.*

In crimine *1. pr.* atroci, *8. h.* cujus pœna est corporis afflictiva; *Clar. 5. sent. §. 1. n. 1. Carpz. q. 119. n. 8. v. N. 134. c. f.* (non etiam, quorum pœna est arbitraria, nisi concurrant circumstantiæ, quæ si veræ essent, reum morti darent, vel pœnæ corporis afflictivæ: *Carpz. q. 119. num. 35.* e. g. in causis pecuniariis & civilibus, quæ crimen annexum habent falsi; vel stellionatus, &c. ut si mercator fallitus dolô malô in fraudem Creditorum pecuniam, sive rationes suas supprimat: *Strach. de decoct. p. 7. & f. n. 2. Bocer. de quæst. c. 2. n. 2. vid. 1. §. 4. L. 16. de fals. 3. §. 2. Stellionat. & not. ad dd. tit.* Et hoc in casu etiam testes possunt torqueri, si veritatem malitiosè supprimant, *Clar. lib. 5. §. f. q. f. n. 9. Zanger. c. 1. n. 9. Carpz. q. 119. n. 46.* modò veritas aliter haberi non possit, *8. pr.* & urgentia adsint indicia, testes veritatem scire: *18. §. 3. h. Zanger. de quæst. c. 1. n. 11. Carpz. q. 119. num. 49.* plura exempla de causa civili habet *Carpz. 2. c. 53. d. 8. n. 3. 4. & q. 86. n. 25.* In levioribus delictis territio locum habet. *Clar. lib. 5. §. f. q. 64. in f. Carpz. q. 119. num. 52.*) commisso: nam constare debet de corpore delicti. *Carpz. q. 119. n. 56. 63. vid. art. 6. 8. O. C.* O

Forma est *ut in D.* requiritur igitur (1.) ut fiat præsente judice, ad minimum duobus assessoribus & actuario; *art. 46. in f. & art. 47.* Advocati non admittuntur. *Clar. 5. quæst. 64. n. 35.* fr.
G (2.) justo * tempore, sc. statim post latam sententiam, *O. P. W. p. 361. n. 8.* non in feriis divinis; *p. f. C. de feriis.* nisi sit causa famosi latronis. *p. C. de feriis. vid. tamen Clar. lib. 5. q. 64. Bocer. d. l. c. 3. n. 1.*

Yy 4 * loco

* loco, ſc. ab hominibus remoto. (3.) ut g.
reus ante realem torturam à judice prius interpelletur: (4.) ut juſtus ordo ſervetur, in pluribus torquendis: ita, ut initium fiat à ſuſpectiſſimo, 1. §. 2. *h.* aut ſi omnes ſimiles fuerint, à timidioribus & infirmioribus: ſic torqueantur fœminæ ante maſculos, filii ante parentes: 1. §. 2. 18. *pr h. Zanger. de quæſt. c.* 4. *n.* 27. *Bocer. de quæſt. c.* 5. *n.* 11. *& DD. in L.* 8. *in f. quod. met. cauſ.* (5.) ut moderatè ſecundùm ſententiam latam peragatur: *art.* 58. (6.) ut ipſa interrogatio inſtituatur (α.) non, dum reus pendet; nam quod tùm loquitur; nullius momenti eſt, neque ab actuario notandum, ſed cum iterum dimiſſus eſt: *art.* 58. *Carpz. q.* 124. *n.* 28. *Bocer. de quæſt. c.* 5. *num.* 35. (β.) in genere, ſine omni circumſtantiarum mentione: 1. §. 21. *h. art.* 56. (γ.) articulatim ad evitandam confuſionem, qui articuli debent eſſe breves: *art.* 100. *vid. Carpz. q.* 124. *n.* 31. Si verò reus eſt confeſſus delictum, tùm quæri debet de omnibus circumſtantiis. *art.* 48. (7.) Conſignatio notarii, qui annotat non ſolum ipſam confeſſionem, ſed & quantitatem & qualitatem torturæ. *art.* 46. 47. 52.

E Effectus eſt, reo * perſeverante in negatione, indiciorum purgatio, *Beſold. v.* 2. *conſ.* 108. *n.* 1. 2. *Bocer. de quæſt. c. f. n.* 1. *Cz. q.* 125. *n.* 3. (nec tortura ulterius repetenda, niſi (1.) nova indicia ſupervenerint, 18. §. 1. *h. Tabor. racemat.* 5. *th.* 10. *Beſold. Vol.* 3. *conſ.* 109. *n.* 2. 8. *& ad O. P. W. p.* 476. *Weſenb. h. in f. Carpz. q.* 125. *n.* 30. (*Obſt.* 16. *h. art.* 58.) *vid. Carpz. q.* 125. *n.* 42. (2.) Reus corpus vel animum induraverit magica vel alia arte; 18. §. 1. *h. Carpz. q.* 125. *n.* 65. *Faber. in C. h. n.* 3. tùm enim repetitur tortura ad arbitrium judicis, non tamen ultra tertiam vicem: *Beſold. ad O. P. W. p.* 476. *Carpz. q.* 125. *num.* 34. *&c.*) adeoque abſolvitur reus, 4. *C. de edendo. f. ff. de Calumn.* definitivè; *f. de calumn.* 3. *C. de ſent. & interlocut.* 4. *C. de edend. artic.* 61. *Bach. V.* 2. *D.* 31. *th.* 5. *G. Bocer. de quæſtion. c.* 6. *n.* 4. *Theodor. D.* 9. *th.* 11. *B.* ita tamen, ut exceptio rei judicatæ tantùm priori accuſatione obſtet, & novis ſupervenientibus indiciis nova accuſatio admittatur. *Carpz. q.* 125. *num.* 7. *&* 8. (*vid. Diſſ. Menoch. de præſumpt. Zanger. de quæſt. c.* 5. *n.* 2. 5. *Girland. &c. Mynſ.* 5. *O.* 11. 12. *Beſold. ad O. P. W. p.* 477. *& V.* 6. *conſil.* 208. 209.) Urphedam tamen præſtat: *Carpz. q.* 125. *n.* 14. *& q.* 127. *n.* 46. Carnifici judex ſatisfacit; *art.* 61. * confitente, * ſed paulò poſt iterum negante, h.
reiteratio torturæ: *art.* 57. qui ſi in ſecunda tortura I
con-

conſtanter neget, abſolvendus eſt; ſin confiteatur, & poſteà iterum revocet, tertiùm torquendus eſt: *art.* 57. quod ſi etiam hic confiteatur, & paulò poſt neget, extra ordinem puniendus eſt. *Bocer. de quæſt. c.* 5. *n.* 39. *vid. Carpz. q.* 126. *n.* 50. *Zanger.*
i. *de quæſt. c.* 5. *n.* 81. * conſtanter, comdemnandus eſt, modò confeſſio ſit vetitati conſentanea, *art.* 60. *Carpz. q.* 126. (in dubio ad extraordinariam pœnam deveniendum) & ritè ſit ratificata; 2. *C. de cuſtod. reorum. art.* 56. ad quod requiritur (1.) ut ratificata ſit extra locum torturæ, 2. *C. de cuſtod. reorum. art.* 56. §. **Der Gefangene ſoll.** (2.) poſt aliquod tempus, ſc. ad mininum poſt diem & noctem, nec ultra tres dies differenda: *art.* 56. (3.) coram judice, præſentibus duobus aſſeſſoribus, cum actuario: *art.* 56. *inf.* (4.) & hæc ratificatio diligenter conſignetur, quam actuarius reo prælegere, & judex reum ſuper ea interrogare debet; *art.* 56. (hæc ratificatio etiam in territione eſt neceſſaria,) 2. *C. quorum appell. non rec.* & hæc reſponſio à tacente reo torturâ eſt exprimenda: *Carpz. q.* 126. *n.* 73. quod ſi ratificationem in die executionis demum revocaverit, ex juſta cauſa, executio fieri non poteſt: *vid. art.* 91. *Carpz. q.* 126. *n.* 63. (5.) & tortura fuerit juſta: aliàs enim omne, quod illam ſequitur, eſt ipsô jure nullum, *art.* 20. *Carpz. q.* 126. *n.* 8. *Zanger. de quæſt. c.* 5. *n.* 30. & Judex tenetur actione L. Aquil. vel injuriarum: quandoque etiam ultimô ſuppliciô afficitur. *Carpz. q.* 127. *n.* 7. *&c.*

DE POENIS. XLVIII. 19.

POena eſt malum paſſionis, quod infligitur propter malum D
A actionis. *Grot. de J. B. & P. l.* 2. *c.* 20. *n.* 1. Eſt vel * Con- †
ventionalis, quæ orta ex conventione partium: hæc etiam ab D
a„ heredibus exigitur: l. 47. *de A. E. V.* §. *f. I. de V. O.* * Teſta- D
mentaria, quæ orta ex Teſtatoris diſpoſitione: hæc veteri jure
a. prohibita erat, hodie licita eſt. §. *f. I. de Legat.* * Lega- D
lis, quæ LL. conſtituta eſt: 52. *pr.* §. 8. *ff. de O. & A.* hæc eſt †
B * (1.) * Civilis, quæ reſpicit privatam actoris intereſſe: 9. §. 5. D
C *de publican.* §. 10. *I. de injur.*
c. * Criminalis, quæ publicum intereſſe reſpicit: 9. §. 5. *de publ.*
D *Carpz. q.* 102. *n.* 29. 30. hæc iterum eſt vel * capitalis, quæ adimit
E caput hominis, vitam ſc. * naturalem, ut decollatio, 8. §. 1. ſuſpendium in furca, 28. *pr.* vivi concrematio, 28. *pr.* §. 11. *h. un. C. de Nili agger*: objectio beſtiis, 11. §. *f. h. vid. Bach. ad W. h. n.* 3.

Carpz. q. 128. *n.* 26. vivi defoſſio, ſtipite peracuto per corpus transfixo, *art.* 131. ſubmerſio in aquis, 9. *d. L. pompej. de parricid.* vid. plura *ap. Carpz. q.* 128. *n.* 26. * civilem * libertatem, 2. e.
pr. 28. *h.* 103. *de V. S.* damnatio in metallum, vel opus metalli, F
8. §. 6. 17. *h.* hodie damnatio ad triremes. *Carpz. q.* 129. *n.* 8.

* civitatem, perpetua condemnatio f.
ad opus publ. 17. §. 1. *h.* temporalis condemnatio eſt tantum civilis pœna. 28. §. 1. *h.* 17. §. 1. *h.* 2. §. 1. *h.*

* non capitalis, quæ non ad capitis d.
periculum reſpicit: 28. §. 1. *h.* ut infamia, *vid. tamen* 103. *de V. S.* relegatio, fuſtigatio, membri abſciſſio, confinatio, ſtigmatis inuſtio: 17. *C. de pœn. vid.* §. 2. *J. de publ. jud.* 2. 28.
† §. 1. *h. Carpz. q.* 129. *n.* 10. * (2.) Ordinaria: quæ à L. de- b.
D terminata ac definita eſt: 10. §. *f. de vi publ.* 1. §. 1. *de effract.*
D Extraordinaria, quæ non eſt à LL. definita, ſed judicis arbitrio relicta. 1. §. 1. *de effract. vid.* 11. *pr.* 13. *h.*

HODIE;

D Pœna eſt * civilis, **die bürgerliche Straffe/** quæ non afficit cor- G
pus, **die nicht auf Haut und Haar gehet**; ut pœna pecuniaria, *Carpz. q.* 130. *n.* 5. carceris, confinatio, relegatio perpetua & temporalis, infamia, detruſio in monaſterium, &c. *N.* 134. *c.* 10. (*Obſt. art.* 104. 110. 196. *Reink. de R.S. & E.L.* 2. *cl.* 2. *c.* 14. *n.* 37.) *vid. Hahn. h.* numellæ: *Carpz. q.* 129. *in f.*

D * criminalis, quæ corpus afficit, **die an Haut und Haar** g.
gehet: *Carpz. q.* 102. *num.* 51. *Hahn. ad W. h.* hæc * capitalis, H
D **eine Lebensſtraffe/** qua tollitur vita naturalis: *Theodor. D.* 10. *th.* 2. *B. Carpz. q.* 128. *n.* 8. 10. ut decollatio, ſuſpendium, ſupplicium rotæ, (quomodo hic procedendum ſit, Judex ſpecificè mandat: *Carpz. q.* 23. *n.* 63. *& q.* 128. *n.* 66.) ſuffocatio in aquis, *art.* 130. 131. 159. *v. Carpz. q.* 128. *n.* 48. combuſtio, &c. diſſectio in partes: *art.* 192. *Carpz. q.* 128. *n.* 52. Aggravantur hæ pœnæ quandoque ita, ut quis trahæ imponatur, *vid. art.* 193. vel rotæ: *Carpz. q.* 128. *n.* 60. aduratur ferrô candenti; *art.* 137. 194. Defoſſio, quæ tamen ubique ferè in deſuetu-
D dinem abiit. * non capitalis, **eine Leibsſtraffe/** h.
quibus corpus quidem afficitur, vita naturalis autem non adimitur; ut fuſtigatio, *art.* 196. 198. cui hodie ferè ſemper adhæret perpetua relegatio, *art.* 198. quæ tamen ita moderanda eſt, ne vitæ noceat: *art.* 196. *Carpz. q.* 129. *num.* 24. *vide Beſold. voc.* **Ruthen-außſtreichen.** Abſciſſio auris, digi-

digitorum, linguæ, manus: *art.* 107. 108. 159. *v. Carpz. q.* 129. *n.* 34. Membrorum extensio, wippen: *Carpz. q.* 129. *n.* 39. *&c.* Condemnatio ad triremes.

Infligitur Jure naturali, 42. *de V. S.* 7. *de LL.* (*Diss. Grot. de J. B. & P. lib.* 2. *c.* 20. *num.* 1.) *vid. Matth. de crim. ad lib. ff.* 48. *t.* 19. *c.* 5. *n.* 2. *&c. adde Deut.* 13. *v.* 8. Civili, &c. Auctoritate Judicis, qui utplurimum adhibet JCtos, *art. fin. Carpz. q.* 116. *vid. Boc. de furt. c.* 1. *n.* 41. & pœnam facto convenientem imponit; *N.* 82. *c.* 10. *L.* 1. §. 4. *ad SCt. Turp.* 15. *in f. pr. ad munic.* 1. §. 1. *de feriis.* nam leviorem, quàm causa postulat, pœnam irrogans fit infamis: 8. §. 2. *C. de vi publ. vid. f. C. ne sanct. bapt. reiter.* Per ministros publicos, lictores, carnifices, &c. de quorum conditione *vid. Can.* 18. 28. 29. *c.* 23. *q.* 5. *Carpz. q.* 137. *n.* 55. *Jul. Clar. lib.* 5. *sent.* §. *f. q.* 99. *n.* 4. *Carpz. q.* 137. *n.* 53. C

Facinoroso ipsi; 22. *C. h.* 1. §. 12. 13. *L.* 3. *pr. de vi & vi arm.* 26. *h.* 2. §. 7. *de decur.* 7. §. *f. L.* 9. *de Senator. & t. t. C. ne filius pro patr. Ezechiel. c.* 18. *Deuter.* 24. 16. *Carpz. q.* 131. *n.* 6. non etiam heredi, 20. 26. *h.* 111. §. 1. *de R. I.* nisi sit lis contestata: hic enim reus quasi contrahit, & promittit se soluturum, quod continebitur in sententia, 3. §. 11. *de pecul.* 58. *de O. & A.* 22. *de SCt. Silan.* 20. *de accusat. Grot. de J. B. & P. lib.* 1. *c.* 21. *n. p. & f. tit. de accus. P. p.* 683. Differtur pœna mulieris gravidæ. 3. *h.* S

Pœnæ infligantur adæquatæ delicto; hinc earum æstimatio fit secundùm proportionem geometricam, infligantur autem secundùm proportionem arithmeticam: *v. Fr. ad t. de I. & I. n.* 28. *Horn. in Eth. lib.* 3. *c.* 13. *n.* 10. *v. L.* 11. 13. *h. N.* 82. *c.* 10. Propter justitiam divinam, *c.* 32. *caus.* 23. *q.* 5. emendationem delinquentis, 20. *h.* terrorem aliorum, 1. *C. ad L. Jul. repet.* & bonorum securitatem. *can.* 18. *c.* 23. *q.* 5. Executio fieri debet * loco consuetô, in conspectu totius populi, propter finem; *tempore justo, sc. non feriatô die, *f. C. de feriis,* & sententiæ conceptæ publicatio & executio differenda non est, propter 5. *C. de cust. reorum.* 18. *C. de pœn. vid. Senec. de benef. lib.* 2. *c.* 5. Differtur tamen pœna, (1.) si ulterior gravioris criminis accusatio & inquisitio supersit: *Theod. D.* 10. *th.* 5. *F.* (2.) propter reorum potentiam, & tumultum, qui timetur: *Carpz. q.* 137. *n.* 12. (3.) si testes, ex quorum dispositione reus est condemnatus, criminis falsi accusati fuerint, *Theod. d. l.* (4.) ad socios criminis indagandos, 29. *h.* (5.) si reus condemnatus aliorum administrator fuerit, tùm breve tempus conceditur ad rationes reddendas: 1. *C. de bon.*

Margin: fr. F I i. Q

bon.proscript. (6.) si Princeps jusserit reum majori, quàm consuetâ, pœnâ afficere, tùm enim expectantur XXX. dies: *20. C.* 7.) in muliere prægnante, donec enixa fuerit: *3.h.*(8.) Corporis afflictiva propter morbum rei condemnati, *3.pr. de SCt. Silan.* capitalis autem in eo statim executioni mandatur: *Carpz. q.* 137.*n.* 34. nam quando decernitur pœna ultimi supplicii, tùm ea reo est denuncianda triduum ante executionem, *art.*79. eique è carcere in aliud conclave educto minister Ecclesiæ adjungitur, *art.* 79. 102. cibique lautiores offeruntur, *Prov.* 31. *v.* 6. 7. ne tamen inebrietur: *art.* 79. quod si pœnitere nolit, executio aliquantulum differenda, illeque diligenter admonendus est; quod si nihil operetur, justo DEI judicio relinquitur, & sententia datur executioni: *Carpz. q.* 137.*n.* 47. Si fortè carnifex in executione peccaverit, lapidibus obruendus non est, *art.* 97. sed, si quidem latâ culpâ peccavit, punitur à magistratu. *Carpz. q.* 137. *n.* 67.

Impediunt pœnam (1.) Mors rei; *6. de publ.jud.*15.§.3. *ad SCt.Turp.*26.*h.* animadvertitur tamen in cadaver, si de atrocissimo delicto fuerit confessus aut convictus: *vid. Carpz. q.*131.*n.* 27.*Heig. p.*2.*q.*37.*n.*32. (2.) Præscriptio: *vid.tit.de diverf.temp. præscript.p.*615. (3.) Aggratiatio, quando sc. Princeps ex gratia pœnam remittit. Mitigantur pœnæ ob certas causas à Principe, ob alias à Judice, ob alias ab ipsa Lege. *v. Tiraq. de pœn.remitt. Farin. eod. Wes. h. in f. Carpz. q.* 142. 143. *&c.*

DE BONIS DAMNATORUM.

XLVIII. 20.

JUre * veteri capitali pœnæ jungebatur confiscatio bonorum, scil. propter sententiam condemnatoriam, quæ hoc continebat expressè, ut in stupro, incestu; §. 4. *J. de publ. jud. N.* 12. *c.* 1. vel tacitè, ut in omnibus pœnis capitalibus; 1.*h.* 8.§.*f. qui test.fac.* Bona reorum propria, quæ ad extraneos heredes transire possunt: *NON* etiam (1.) bona uxoris, & quæ ea donationis titulo ante crimen ab illo accepit: *9. pr. &* §.1.*C. de bon.proscript.* (2.) servi condemnati peculium: 1.*C. de bon.proscr.* (3.) filii condemnati peculium profectitium, etiam castrense & quasi, quæ patri relinquuntur: 3.*C. d. t.* nam separatio peculiorum facta est in favorem filii, qui hîc cessat, *vid. Matth. de pœn. c.* 2. *n.* 7. 8. (an etiam post *N.* 118. *c.* 1. 2. *junct. N.* 134. *c. f. vid. Matth. ibid.*) (4.) bona feudalia: *Hahn. ad W. h.* (5.) fideicommisso sub-

ſubjecta: *Hahn. h.* (6.) aliis ex contractibus debita: 2. *C. de vi publ.* (7.) quæ reus poſt condemnationem ex nova cauſa acquiſivit, de quibus tantùm diſponit inter vivos: 22. §. 5. *mandat.* nam ſi per condemnationem deſiit eſſe civis, amittit jus teſtandi, nec habet heredes, ſed fiſco bona vindicantur. 2. *C. de bon. proſcript.*

* Jure Novo confiſcatio non cohæret tacitè delictis capitalibus, exiſtentibus deſcendentibus & aſcendentibus uſque ad III. gradum, ſolô Majeſtatis crimine excepto: *N.*134.*c.f.* ſic etiam uxori rei indotatæ quarta bonorum pars relinquenda eſt; *N.* 134. *c. f. vid. Matth. de pœn. c.* 2. Si verò tanquam pœna principalis expreſsè adjiciatur ſententiæ, tùm res expedita eſt. *arg. N.*134. *v. art.*218. *Theod.D.*10. *th.* 6. *Heig. p.* 2. *q.* 33. *num.*53. [*Diſſ. Moller. Carpz. q.* 135. *n.* 25.] ¶.

DE BONIS EORUM, QUI ANTE SENTENTIAM VEL MORTEM SIBI CONSCIVERUNT, VEL ACCUSATOREM CORRUPERUNT. XLVIII. 21.

Confiſcantur etiam bona reorum, qui (per deprehenſionem, vel accuſationem, vel poſtulationem,) conſtituti in
A reatu capitali, 3.*pr.*§.1.2.3.*h.*45.§.2.*de jure fiſc.* * ipſimet ſibi mortem conſciverunt, 3. *h.* (quod probandum) conſcientia criminis, aut metu futuræ pœnæ: 3. *h. v.*3.§.6.*ff.*1.*C.h.L.*45.§.2. *de jur. fiſc.* neque horum teſtamenta valent: 2. *C. qui teſt. fac.*
a. *poſſ.* 6. §. 7. *de injuſt. rupt.* * corruptô adverſariô diem ſuum obierunt: *rubric. h.* niſi ita ſeſe liberarint à capitali pœna: 1. *h.* 18. *C. de transact.* Hodie hoc procedit in delictis, in quibus condemnatorum bona confiſcantur, ut crim. majeſt. &c. aliàs non. *art.* 135.

DE INTERDICT. RELEGAT. DEPORTATIS. XLVIII. 22.

INTERDICTUS eſt, cui certus locus, vel aliud quid interdi- D
ctum eſt, e.g. officia, &c. 7.*pr.* §. *p. L.* 8. *h.*

